IGNATII ROSSII

ETYMOLOGIAE

AEGYPTIACAE.

Το περι των ονοματων, ȣ σμικρον τυγχανει ον μαθημα. *Plato in Cratylo*.

LIBER PRIMVM IN LVCEM PRODIT

ROMAE ANNO DOMINI MDCCCVIII.

PERMISSV PRAESIDVM

Offerto [illegible] questo volume [illegible] parte [illegible] del fondo

PRAEFATIO

Quae de originibus Linguae Copticae jamdiu meditatus ac mecum commentatus fueram, ea dum nunc in unum collecta ac litteris consignata in publicum profero, paucis tibi, qui ista leges, in hoc scribendi exordio instituti operis caussas ac rationem exponam. Nam quum plures annos veterum linguarum studiis, quae ad omnem scientiam atque doctrinam non parvo usui esse intelligebam, operam adiecissem, earumque cognitionem, quantam poteram, mihi comparare omni industria curassem; postremo ad linguam copticam, cuius notitia caeteris, ad graecas certe ac latinas litteras, non minus utilis esse videbatur, me contuli: tum eam partem potissimum, quam etymologicen vocant, pro viribus excolendam atque exornandam suscepi; ex qua, sive ad ingenii exercitationem, sive ad eruditionis usum, majorem ac iucundiorem fructum colligi posse existimarem. Itaque quum linguam universim, tum eius vocabula singillatim cum sermone atque vocibus extranearum linguarum, earum maxime, quae in Oriente adhibitae atque usurpatae sunt, non mediocri labore ac diligentia conferre ac componere institui; quo de copticis originibus, mira obscuritate involutis, dispicere aliquid, vel coniecturam capere possem. Ex hoc studio, in quo sum diu multumque versatus, sive ex diligenti ista verborum seu nominum comparatione factum est, ut aegyptium sermonem, qui a caeteris aliarum gentium linguis quam longissime distare a multis putabatur, cum iis certe, quarum in Oriente usus erat, in plurimis convenire ac

congruere deprehenderem: unde aliquod, veluti lumen, ad illius antiquitates sive origines investigandas accendi videretur. Neque enim veritati aut rationi consentaneum esset, si quando voces Aegyptiorum usu receptae, eaedem fere vel similes in Oriente olim usurpatae inveniantur, orientales potius a lingua Aegyptiorum, quam contra ab illis, Aegypti sermone ac consuetudine tritas arcessere. Nam linguae Orientis, si cui bene cognitae atque perceptae sint, ut plurimum capita seu fontes demonstrant, unde eorum vocabulorum, de quorum ratione ac origine inquiritur, facile vis ac significatio duci possit: quos tamen multo saepius, etiamsi studium adhibueris, vel unde ea nomina petita sint, in Aegyptiorum sermone quaesieris, non invenies. Praeterea quum voces fere easdem Hebraeis, Syris, Chaldaeis, Arabibus, Samaritis communes ac usitatas videamus, quod eorum linguae magna inter sese affinitate coniunctae, ab unaque stirpe progenitae ac proseminatae sint; profecto eas multo facilius ab his in Aegyptum propagatas, quam gentes tam multas ab unis Aegyptiis traditas accepisse credamus. Caeterum quum lingua aegyptia, quae ab initio inops, decursu temporis ditior et uberior facta est, ac tum multis sive locorum sive rerum cognominibus est aucta, tum vocabulorum, praesertim compositorum, magnam quamdam vim atque copiam protulit; tunc vero etiam illud interdum contigit, ut Hebraei vicissim, Syri, Arabes quasdam ipsi quoque ab Aegyptiis voces peterent ac mutuarentur: quarum nonnullae a nobis in hunc librum relatae, suoque loco positae ac explanatae sunt. Idem multo frequentius accidit in Graecis, qui, posteaquam cum Aegyptiis commercium ac consuetudinem habere coeperunt, quam plura ab his accepere vocabula, ut Aegyptii contra non pauca a Graecis: quorum aliqua pariter a nobis notata atque explicata reperies.

Sed ut iam de libro ipso, qui studii hujus ac laboris mei, veluti fructus est, ac ratione eius, seu de copticis vocibus, quas mihi in illo enarrandas ac declarandas proposui, verba faciam; primum illud scire ac animadvertere eos, qui legerint, volo: delectum scilicet a me in istis fuisse habitum; ut eas tantum heic referrem, quarum vis aut origo intellectu facilior vel apertior videbatur, praetermissis, non modo iis, de quibus nihil conjicere aut statuere poteram; sed etiam aliis quamplurimis, quarum explicationem, etsi non improbabilem, tamen minus planam ac expeditam iudicarem. Eae vero depromptae a me sunt, partim e libris in lucem prolatis, partim ex abditis manuque exaratis codicibus, huiusmodi opibus ditissimae, bibliothecae Borgianae: Quorum aliquos iampridem, vivo ac Romae agente Stephano Borgia, viro Eminentissimo, quasi raptim legendo percurri, tum multo plures, quos mihi, illo absente, Iohannes frater eius, vir amplissimus, domi habendos, ac per otium evolvendos et pernoscendos tradidit. Adiumento etiam fuit aegyptiorum verborum index, ex iisdem codicibus collectorum, quem perhumaniter a Georgio Zoega, copticis litteris in primis exculto, utendum accepi. Ex his hoc, quicquid est operis, compositum ac fere absolutum, quum propediem in vulgus emittendum putarem, ii Reipublicae casus inciderunt, qui et animum curis non levibus afficerent, et propter angustias rerum ac pecuniae difficultatem, omnem prorsus, etiamsi maxime vellem, eius edendi spem viamque praeciderent. Quare sepositum et in arcam reconditum diu latuit. Quo tempore, sive otii, quod erat, consumendi, sive recreandi animi caussa ad alias me litteras ac studia contuli, quorum etiam, si Deus vitam ac valetudinem dederit, quo possim inchoata perficere, fructus, ut spero, aliquis, fortasse non contemnendus, exsis-

tet . Verum quum aliquot post annos lux affulsisset, oblataque esset ad exitum, quod optabam, perducendi, id est evulgandi operis commoditas, in manus resumptum, novisque ex elencho aegyptiorum codicum Borgianorum, intermixtis quamplurimis eorundem librorum partibus, tum litterarum typis consignato, vocibus auctum, nunc tandem in publicum Deo iuvante proditum est.

Ex his, quae hactenus a me dicta ac enarrata sunt, habes, opinor, qui legis, genus laboris mei, atque operis seu libri huius historiam ac rationem, plane cognitam atque compertam. Et iste quidem a nobis de etymologiis aegyptiacis inscriptus est: Quamquam, si ex merito aut ex rei veritate aestimetur, potius etymologiarum specimen sive adumbratio quaedam, appellandus inscribendusque videatur. Etiamsi enim multa, quae Aegyptiorum sermone usurpantur, verba complectitur, plura tamen praetermissa sunt; quorum nempe, ut supra monui, vel nulla se mihi obtulit explicandi sive ab origine sua repetendi ratio, vel si aliqua occurrit, non illa mihi ita expedita ac probabilis visa est, ut eam in publicum proferendam putarem. Sunt enim vero copticae linguae initia multis occultata ac circumfusa tenebris: et nemo hactenus ex universa eruditorum natione inventus est, qui hanc caliginem discutere, eaque pro viribus ac dedita opera illustrare ac patefacere moliretur. Ast ego viam nullius tritam vestigiis, multisque difficultatibus obstructam ingressus, si aliquantulum in ea processerim, ac pro mea facultate opis nonnihil aut luminis aegyptiacis originibus adhibuerim, potius laudem promeritus; quam, quia non amplius profecerim, nec maius quidquam atque illustrius ad propositum finem obtinendum adtulerim, quod omnino hac ingenii mediocritate ac eruditionis inopia facere non poteram, reprehensione dignus videbor. Interim

hoc mihi exspectandum, vel certe non desperandum esse video, libellum hunc, indoctum licet ac rudem, aliquo tamen ad aegyptiarum litterarum studia invitamento futurum, ut homines acriori ingenio ac uberiore doctrina praediti in ea curas atque industriam impendere velint: itaque linguae copticae scientia, ad omnem eruditionem apprime utilis, quae per hosce annos cupidius expeti ac florere coepit, multo magis istorum opera ac litteris aucta, multoque diligentius exculta perficiatur.

De originibus verborum qui multa dixerit commode, potius boni consulendum, quam qui aliquid nequiverit, reprehendendum.

Varro de lingua latina l. 6.

ETYMOLOGIAE AEGYPTIACAE.

ⲁ

ⲁⲃⲁϫⲏⲛⲓⲛ, ὕαλος, *vitrum* Apoc. IIII. 6. XXI. 18. Repetenda vox est a Persis, qui eandem habent آبگینه *Abgine*, *vitrum*. Significatio nominis, ut arbitror, *aquam colore referens*. Nam Persis آب *Ab* aquam sonat; גון autem est *color* in Oriente. Inde etiam آبگون, aliquid *aquei coloris*, *vitrum*, *glacies*.

אברך *Abrec*, *Aberec*. Aegyptia vox est, non hebraea. Sic enim ad populum Aegypti ante Iosephi currum clamabat praeco Gen. XXXXI. 43. Eius autem facilis et expedita mihi videtur interpretatio, *inclinare caput*: quo honos Iosepho tribuendus indicitur; ac simul nomen verbo praeponitur, quod in vocibus compositis etiam apud Aegyptios interdum in usu est, uti apud Graecos ac Latinos. Vide voc. ϩⲏⲧϫⲏ. Coptice scriptum ⲁⲡⲉⲛⲣⲉⲕ sive ⲁⲡⲣⲉⲕ; unde *Aberek* vel *Abrek*. ⲣⲉⲕ *inclinare* est, ⲁⲡⲉ *caput*. Quum tam multa de huius vocis significatione scripta sint, fortasse hoc verius ac probabilius putabitur.

ⲁⲃⲱⲕ, κόραξ, *corvus* Gen. VIII. 6. Simile ܢܒܐ *Nabo*, *corvus* syr. vel ܢܥܒܐ, arab. نعاب: quae nomina a نعب, id est a crocitando ducunt grammatici. *K* finalis addititia littera est in Aegypto, uti se habet ⲃⲱⲕ a בוא *Bo*, *venire*, ⲛⲕⲟⲧⲕ ab ⲛⲕⲟⲧ *cubare*, ϩⲣⲟⲕ ab ϩⲉⲣⲓ *cessare*. *N* vero a principio interdum excidit, ut in Oriente.

Adipson. Plinius lib. 6. cap. 29. *Tertium a Gerrho, quod Adipson vocant, per eosdem Arabes sexaginta mill. passuum propius; sed asperum montibus et inops aquarum*. Ubi erratum a doctis, Harduino ad hunc locum, Wesselingio ad Hieroclem pag. 727. qui *Adipson* ad Gerrhum, quod est Aegypti oppidum, referunt. Nam sine dubio *Adipson* dictum de itinere hoc sensu,

Tertium a Gerrho est iter, quod Adipson vocant, propius sexaginta millibus passuum (quot alterum complecti proxime dixerat) *sed asperum montibus et inops aquarum*. Iam ut de cognominis ratione loquar, quî potuit *Adipson* αδιψον dici, quod *aquarum inops* fuisse traditur? Harduinus quidem facile, sed minus belle, rem expedit, subnotans per αντιφρασιν ita appellatum fuisse. Vide porro, utrum ego verum comprehenderim. *Adipson*, quod fertur, mea sententia non est graeca vox, sed aegyptia, ita se habens ⲁⲧⲡ̀ⲥⲱ *Atepso*, quod Copti recentiores *Adepso*. Hinc ortum *Adipson*: quod e Graecia petitum a doctis, difficile est intellectu. Habet enim significationem a re prorsus dissentaneam, nempe *absque siti*. Contra *Atepso* sive *Adepso* aegyptiace est *sine potu*: quippe ⲁⲧ *sine*, ⲡⲥⲱ *potus*. Hoc autem nihil est aliud, quam ανυδρον, sive, ut ait Plinius, *aquarum inops*.

Ⲁⲕⲱⲣⲓ ⲡⲓ, ασπις. Est in vita Macarii Alex. ex codic. Borgian. ubi Macarius ab aspide morsus narratur: quae historia cap. 20. *Lausiac.* litteris prodita est: Αλλοτε παλιν, inquit, ορυσσων φρεαρ ὑπο ασπιδος εδηχθη &c. Videtur ⲁⲕⲱⲣⲓ conjunctum ex ⲁⲧⲱ vel ⲁⲕⲱ, *pernicies*, *exitium* et ⲣⲉ vel ⲓⲣⲓ *facere*, id est *perniciem* vel *mortem faciens*, *afferens*. Iure autem ac merito id nomen aspidi tributum, cuius venenum οξυτατον και ανιατον putatur, ut Deuter. xxxii. 33. Unde vetus adagium, δηγμα ασπιδος pro immedicabili vulnere. Et Phile cap. 59.

Της ασπιδος το δηγμα, δηγμ᾽ εςι θανατυ.

Sic etiam loc. cit. ex vit. Macarii ⲡⲓ ⲁϧⲱⲣⲓ ⲉⲧⲉⲙⲙⲁⲩ ⲡⲉ ⲟⲩⲣⲉϥϧⲱⲧⲉⲃ ⲡⲉ. Et in graecis, αναιρετικον δε εχει ιον τυτο το ζωον. In Scal. M. p. 173. ⲡⲓ ⲁϧⲟⲣⲓ, الثعبان, *draco*, *serpens*, *basiliscus*. Sed est etiam Θερμουθι aspidis genus in Aegypto, de quo Aelianus lib. 10. cap. 31. Hoc etiam, quasi ⲑⲉⲣⲙⲙⲟⲩⲧ seu ⲑⲉⲣⲙⲟⲩⲟⲩⲧ, ab inferenda morte appellatum. Quamquam verba Aeliani (neque enim hoc praeterire volo) aliam vocabuli rationem suggerunt, certe ex ingenio sacerdotum profectam, si quidem ea, quae narrat, ad nominis vim spectare credantur. Λεγυσι δε, inquit, αυτην επι δηλησει των ανθρωπων και βλαβη μη φυναι. εκεινο δε τερατευονται, φειδεσθαι μεν αυτην των αγαθων, τυς δε ασεβυντας αποκτιννυναι; id est, *eam vero aspidem in hominum perniciem ac interitum natam esse negant* (quae recepta erat ea-

que verissima significatio vocis) *sed portentum comminiscuntur, bonis quidem parcere, malos autem perimere*. Nam si nomen ita fuerit scriptum ⲑⲉⲣ ⲙⲟⲩⲧ ϩⲟ *Thermutho*, profecto hoc ipsum, nempe *mortem malo afferens* exprimit. Utrum, qui haec apud Aelianum narrabant, de nomine cogitarint, ignoro: id tamen, ut erant Aegyptii sapientes in etymologiis vocum exquirendis curiosi, habuisse in animo, atque inde fabulam adornasse, a vero abhorrens non arbitror.

Ⲁⲗ ⲟⲩ, λειχὴν, *impetigo* cum leni pruritu Levit. xxi. 20. Consonat cum حل *Hal*, *pustula*, *pustulae*, et verbo حلا *Hala*, *pustulis affici*, item *fricare*, *scalpere*. Namque adspiratio negligi ac contemni solet. Alias λειχῆνα Copti reddunt ⲙⲉϣϥⲱⲛ, uti Levit. xxii. 22. quod aegyptium nomen est, ⲁⲗ, ut opinor, arabicum. Quid autem ⲙⲉϣϥⲱⲛ valeat, infra exponam.

Ⲁⲗⲁⲕ ϩⲁⲛ, ψαλίδες, *arcus*, *annuli*, *ansae* Exod. xxx. 4. De ψαλίδες *arcus* ita Augustinus quaest. 132. in Exod. *Quos annulos dixerat* (cap. 27.) *arcus dicit. Annulos quippe pro rotundis ansis posuit. Et quid est aliud annulus, vel circulus, nisi undique arcus?* Ⲁⲗⲁⲕ porro Copti ab حلقة *Halkah*, *annulus*, sive ab حلق *Halak*, *annuli*, *ansae* Exod. xxv. 15. Theb. ϩⲁⲗⲁⲕ *annulus*, ψέλλιον lego in elencho cod. Borg. p. 534. ex Iobi xxxxi. 2.

Alachroes. Ita Lotophagos a quibusdam denominatos scribit Plinius lib. 5. cap. 4. Quos Ptolemaeus Μαχρυες, Herodotus Μαχλυας dicit. Facile enim ΛΛ in Μ verti aut transformari potest. Si vera est Plinii lectio, fortasse *Alachroes*, parum immutato vocabulo, est ab ϩⲁⲗϫϧⲣⲉ sive ϩⲁⲗⲥϧⲣⲉ, *Halgiachre*, aut *Halsachre*: quae vox in Aegypto dulcem ac suavem cibum exprimit. Nam ϩⲟⲗϫ, ϩⲁⲗϫ, ϩⲁⲗⲥ *dulcis*, ϧⲣⲉ *esca* vel *cibus* est. A quo Lotophagi recte *Halgiachres* aut *Halgiachroes* et *Halsachroes*, tum *Alachroes*, veluti grato ac delectabili cibo utentes, nuncupati sunt. Quippe loti saporem suavissimum ferunt. Ac fama erat, advenas omnes, qui eius fructum gustarent, tanta iucunditate affici, ut eos patriae oblivio caperet; nec inde, nisi inviti ac nolentes, abducerentur. Quod Ulyssis sociis evenisse fabulatur Homerus *Odyss.* lib. 9. Adi Plinium lib. 13. cap. 17. Harduinus ad eundem lib. 5. cap. 4. *Alachroas* ex graeco, *marini coloris* viros interpretatus, nulla tamen reddita eius appellationis ratione.

אלגביש Ezech. XIII. v. 13. XXXVIII. 22. *grando*. Ita quidem plerique intelligunt: sed unde sit vox, apertum non faciunt. Namque illud certe parum scite atque eleganter, grandinem dici אלגביש, quasi *potentem crystallum*: quippe אל *potens*; גביש Iobi XXVIII. 18. vulgo exponitur *margarita*, *gemma alba*, *crystallus*. Mihi vero suspicio est, aegyptium id esse nomen, vel ab aegyptio deflexum; videlicet ab ⲁⲗϫⲁϥ, quo significatur *calculus glaciei*, sive lapillus glacie concretus, qualis est grando. ϫⲁϥ enim *glacies* vocatur, ⲁⲗ *calculus*. Copti quidem nunc paullo aliter grandinem appellant, nempe ⲁⲗ simpliciter, aut ⲁⲗⲙⲫⲉ, id est *lapillus caelestis*, sive e caelo delapsus; de quo infra. Sed hoc non obstat, quominus olim etiam grandinem dixerint ⲁⲗⲛ ϫⲁϥ; quum talis revera sit nominis potestas. Igitur a ϫⲁϥ *Giaph* forsitan ortum גבש, quod legas *Giabs*, vel *Giavs*, *conglaciare*, *glacies*: inde גביש, id quod ex aqua glaciatur et concrescit, veluti margarita, gemma, crystallus. Eodem modo ab ⲁⲗϫⲁϥ factum אלגביש *calculus conglaciatus*.

Ⲁⲗⲏⲓ *ascendere*. Lege Crozium. Theb. ⲁⲗⲉ apud Tukium *gram. copt.* pag. 330. Quis vero non videt ⲁⲗⲏⲓ et ⲁⲗⲉ esse idem, atque עלה, עלא *Ala*, *ascendit* in Oriente?

Αλλωλο, *solanum hortense*, στρυχνος κηπαιος. Hoc hortensi solano, seu strychno cognomen ab Aegyptiis inditum legitur in append. Dioscoridis ad cap. 71. lib. 4. Est autem αλλωλω, copt. ⲁⲛ λⲉⲗ, *prurigines*, *herpetas*, sive *impetiginem tollens*, constante vocabulo ex ⲉⲗ *tollere*, atque ⲁⲗ *impetigo*, *herpes*. Plinius lib. 26. cap. 11. *Pruriginem sanat succus strychni illitus*. Dioscorides loc. cit. Στρυχνη κηπαια τα φυλλα ἁρμοζει προς ἑρπητας. Infra, και ὁ χυλος δε αυτε ποιει προς ερυσιπελατα και ἑρπητας. Sed in hoc habendum prae oculis, quod pag. 454. monuit Dodonaeus. *Fieri potest*, inquit, *ut huiusmodi malis* (hortense solanum) *auxilietur*. *Sed tamen saepe nocet adhibuisse*. *Plus etenim non raro periculi ab huius generis remediis imminet*, *quam ab ipso morbo*. *Nam huiusmodi frigefacientium ac repercutientium remediorum usu vitiosi acresque humores introrsum ad principes et nobiles partes repelluntur*, *quod absque summo vitae periculo fieri nequit*.

Ⲁⲗⲙⲫⲉ, theb. ⲁⲗ ⲙⲡⲉ, χαλαζα, *grando* Psalm. LXXVII. 47. apud Tukium *gram. copt.* p. 24. 25. Item ⲁⲗ ⲙⲡⲉ Haggaei

n. 18. in cod. Borg. Constituta vox est meo iudicio ex ⲁⲗ *lapis* et ⲫⲉ vel ⲡⲉ *caelum*, hoc est *calculi e caelo*. Auctor Arabs grammaticae copticae, quam Tukius edidit, pag. 22. ⲁⲗⲙⲫⲉ sic explicat, برد، او تل سماوى, *grando, hoc est tumulus* vel *collis caelestis*: quod certe nec grandinis naturam, nec vim aegyptii nominis exprimit. Inepte Tukius vertit *caelestem collis tumulum*. Ego crediderim pro تل scriptum ab auctore libri fuisse دال *calculus*, quod est scriptura simillimum τῷ تل; erratum vero a scriba librario, ac Eliph mediam fortasse habitam veluti crus τῆς ل, iungens eam cum antecedente littera: tum huic punctula inscripta, ut certa esset significatio vocis, quae utcumque accomodata videretur. Hoc eo magis credibile est, quod puncta, quae arabicis vocibus solent adscribi ad internoscendas litteras, vetustis in codicibus saepe praetermittantur. Ita د et ذ, alteram pro altera accipere fuit admodum facile. Iam si pro تل fuerit دال, utique consentanea erit sententia, ⲁⲗⲙⲫⲉ, *grando, seu calculi caelestes*. Etiam ⲁⲗⲛⲧⲉⲧⲫⲉ, theb. ⲁⲗⲛⲧⲡⲉ, est apud eundem Tukium p. 22.

Ⲁⲗⲟⲗⲓ, *σταφυλη*, *uva* Matth. VII. 17. theb. ⲉⲗⲟⲟⲗⲉ, basmyr. ⲉⲗⲁⲁⲗⲓ. Est idem atque עוללות *racemi*, dempta finali: עולל *racemavit*. Hinc ⲃⲱⲛⲁⲗⲟⲗⲓ, theb. ⲃⲱⲛⲉⲗⲟⲟⲗⲉ, *vitis*. ⲓⲁϩⲁⲗⲟⲗⲓ vel ⲙⲁⲛⲁⲗⲟⲗⲓ, theb. ⲙⲁⲛⲉⲗⲟⲟⲗⲉ, basmyr. ⲙⲁⲛⲉⲗⲁⲁⲗⲉ, *vinea*. In Scala El., pag. 318. ⲃⲱⲛⲁⲗⲟⲗⲓ كرم, *vinea, vitis*: quae perperam vertit Kirkerus, *honoravit, honestas, humanitas, bonitas*, arabicae vocis ambiguitate deceptus. Legi etiam ⲉⲗⲏⲗ theb. in reliquiis lib. med. Borg. ubi ⲉⲗⲏⲗϩⲙⲁϫ, *uva acerba*, ital. *agresto*.

Ⲁⲗⲟⲩ ⲡⲓ, *παιδιον*, *παις*, *puer*. ϯ ⲁⲗⲟⲩ, *κορασιον*, *νεανις*, *puella, adolescentula*. Adi Crozium. Est etiam ⲗⲉⲗⲟ *puer, puella* in elencho cod. Borg. p. 396. Sane ⲁⲗⲟⲩ et ⲗⲉⲗⲟ conveniunt cum עולל *Olal, Olel, puer* hebr. ϯ ⲁⲗⲗⲟⲩ الحدقة, *pupilla oculi* in Sc. M. est a ϯ ⲁⲗⲟⲩ *puella*: ut Graeci *κορη*, Latini *pupillam* aut *pupulam* vocarunt ob pupae speciem, quae in oculo cernitur. Psal. XVI. ϯ ⲁⲗⲗⲟⲩ ⲛⲟⲩⲃⲁⲗ ex graeco *κορη οφθαλμου*, *pupilla oculi*.

Ⲁⲗⲟⲩⲃⲁϩ ⲟⲩ, *αναφαλαντος*, *recalvaster* Levit. XIII. 41. ⲙⲉⲛ ⲧⲁⲗⲟⲩⲃⲉϩ, *αναφαλαντωμα*, *recalvatio* vers. 42. 43. Fit, opinor, ⲁⲗⲟⲩⲃⲁϩ *Alubah* ab حلب *Halaba, pilos avellere, depilare* arab.

Ⲁⲗⲱⲙ *caseus*. ϩⲁⲗⲱⲙ theb. in codic. Nan. apud Mingar. pag. 244. Est idem حالوم arab. Quod a حلم *pinguem esse*.

ⲀⲖⲰⲬ, ῥάπισμα, *alapa* Marc. XIIII. 65. Male explicat Crozius hoc loco *ictus baculo incussi*. Etsi enim saepius ῥάπισμα sit *baculi ictus*; heic tamen apud Marcum alapas notat. Sic etiam ῥαπίζειν est colaphum sive alapam dare Matth. v. 39. copt. ϯ ⲔⲞⲨⲢ: pro quo Matth. XXVI. 67. est κολαφίζειν. Glossarium vetus, ῥαπίζω *expalmo*, *alapo*. De origine τȣ ⲀⲖⲰⲬ id unum occurrit. Quoniam ⲀⲖⲞϪ in Aegypto *femur* significat, hinc fortasse ⲀⲖⲰⲬ ictus in femur, et baculi seu virgae ictus, ῥάπισμα ortum est. Postea etiam pro alapis, sive plagis in faciem usurpatum, quo sensu ῥάπισμα et ῥαπίζειν dicunt evangeliorum scriptores. ⲀⲖⲞϪ autem *femur* unde sit, inferius v. ϬⲀⲖⲞϪ explicabo.

ⲀⲖϬⲰⲞⲨ, زبيب, *uva passa* in Sc. M. p. 176. Item ⲀⲖϢⲰⲞⲨ Num. VI. 3. et ⲈⲖϢⲰⲞⲨ, σταφὶς Hos. III. 1. Vox constans ex ϢⲰⲞⲨ *siccum*, atque ⲀⲖⲞⲖⲒ *uva*, tamquam ⲀⲖⲞⲖϢⲰⲞⲨ *uva passa*. Nam ea theb. ⲈⲖⲈⲖϢⲞⲨⲰⲞⲨ in reliquiis lib. medic. Borg.

ⲀⲘⲀⲖⲎϪ, περιλαμβάνειν, *amplexari* Gen. XXXXVIII. 10. et in *Encom.* Theodori Abb. in cod. Borg. Item ⲘⲞⲖϪ, ⲘⲞⲨⲖϪ apud Crozium. Certum mihi est, ⲀⲘⲀⲖⲎϪ ortum ab ⲀⲘⲀϨⲒⲀⲖⲰϪ, quod in suas partes divisum, hoc significat, *femur tenere*, *comprehendere*: ⲀⲖⲞϪ *femur*, ⲀⲘⲀϨⲒ *tenere*. Inde ⲀⲘⲀⲖⲰϪ, ⲀⲘⲀⲖⲎϪ: postea detruncatum ⲘⲞⲖϪ, quod in usum linguae ultimo a Coptis receptum. Ab ⲀⲘⲀⲖⲎϪ est ⲈⲢⲀⲘⲀⲖⲎϪ *amplecti*, quod habemus in homil. Theodosii episc. Alex. et in *Encom.* Macarii et in actis Epimii martyr. ex cod. Borg.

ⲀⲘⲀϨⲒ, theb. ⲀⲘⲀϨⲦⲈ, κράτος, κρατεῖν, *robur*, *robustum esse*, *tenere*. Vide Crozium. Est ⲀⲘⲀϨⲦⲈ, opinor, ab אמצה *robur*, quod ab אמץ *robustum esse*. Indidem et ⲀⲘⲀϨⲒ, quippe idem atque ⲀⲘⲀϨⲦⲈ. Sed in hoc excidit Tsade, quod in ⲀⲘⲀϨⲦⲈ exprimitur.

Αμβρης, cognomen libri, quo utebantur ἱερογραμματεῖς in Aegypto teste Horo Apolline lib. 1. cap. 38. Ἐστὶ δὲ παρὰ τοῖς ἱερογραμματεῦσι καὶ βίβλος ἱερά, καλουμένη Αμβρης. Fortasse nomen habuit ab ⲀⲘⲂⲢⲈ, σιτοποιὸς Ex. XXXX. 17. 20. propterea, quod eo arcana scientia ac doctrina, σβῶ, traderetur, quae est Horo interprete πλήρης τροφή. Inquit enim eodem loco, ἡ παιδεία παρ' αὐτοῖς σβῶ καλεῖται· ὅπερ ἐστὶν ἑρμηνευθὲν πλήρης τροφή. Eodem spectare crediderim, quod τὸν ἱερογραμματέα Aegyptii τῷ κοσκίνῳ *cribro* significa-

bant Horo auctore. Κοσκινον vero, inquit, πρωτον ὑπαρχον σκευος αρτοποιΐας. Crozius in lexico exhibet ⲁⲙⲣⲉ σιτοποιον. Sed ⲁⲙⲃⲣⲉ semper Wilkinsius. Quamquam *B* inter *M* et *R*, modo notari, modo praetermitti solet.

Ⲁⲙⲉⲛ̀ϯ, ᾁδης, *infernus* Apoc. vi. 8. Plutarchus de *Is. et Osir.* p. 74. edit. Cantabr. Και παρ' Αιγυπτιοις αλλα τε πολλα των ονοματων λογοι εισι· και τον ὑποχθονιον τοπον, εις ὃν οιονται τας ψυχας απερχεσθαι μετα την τελευτην αμενθην καλυσι, σημαινοντος τυ ονοματος τον λαμβανοντα και διδοντα. Vim nominis notatam a Plutarcho, ex lingua coptica demonstrare perfacile est. Namque ⲁⲙⲟⲛⲓ est *apprehendere, tenere*; ϯ autem *dare*. Itaque erit ⲁⲙⲉⲛ̀ϯ, tamquam ⲁⲙⲟⲛ̀ϯ, λαμβανων και διδυς. Quae ratio conveniens videbitur τῳ αδῃ seu Plutoni: *qui dives*, inquit Cicero *de nat. Deor.* lib. II. cap. 26. *ut apud Graecos* Πλυτων; *quia et recidant omnia in terras, et oriantur e terris*. Tamen aliter Plutarchus accepit: quia nempe ὁ Αδης animos corpore solutos recipit, iterumque reddit, ut aliis corporibus iungantur: quae fuit Aegyptiorum, ac plurium Philosophorum sententia. Verum istiusmodi vocum notationes, nugae sunt ac ineptiae graeculorum, multoque post quam ea nomina usurpari coeperunt, repertae, de quibus veteres Aegyptii minime cogitaverant. Ⲁⲙⲉⲛ̀ϯ potius mihi videtur a tenebris ac caligine dici. Nam est אמיטתא, אמטתא, quae legas, si vis, *Amittha*, *Ametha*, *caligo*, *obscuritas* in Oriente. Aut *Amenti* vel *Amente* ab ⲉⲙⲉⲛ̀ⲧ *accidens* est ortum. Hoc autem a חומטא *crepusculum*, *caligo*, *tenebrae*, parum distat: quod ipsum a חמט *inclinari*, *deprimi*, *procumbere* derivant, quasi inclinatio solis et diei. At vero Wilkinsius in dissert. *de lingu. copt.* p. 95. nescire se inquit, unde interpretationem τυ ⲁⲙⲉⲛ̀ϯ traxerit Plutarchus: quod ego quidem ex lingua aegyptia non difficile explicavi. Tum addit, potius ⲁⲙⲉⲛ̀ϯ sumi posse, ut ⲁⲙⲉⲛ̀ⲧ *sine mensura*, sive tamquam ⲁⲙⲓⲁⲛⲑⲟⲥ *imperscrutabilis*. Quid dicam? An credit Aegyptios τῳ Alpha στερητικῳ fuisse usos; ut a ⲙⲉⲛ̀ⲧ *modius* mensurae genus, fecerint ⲁⲙⲉⲛ̀ⲧ *sine mensura*? Magis ridiculum, ⲁⲙⲉⲛ̀ϯ vocatum, velut ⲁⲙⲓⲁⲛ̀ⲧⲟⲥ. Id enim graecum est, neque *imperscrutabilem* notat, sed *impollutum*. Quare in Sc. M. (unde, opinor, hausit Wilkinsius) pag. 44. ubi sic, = ⲁⲙⲓⲁⲛ̀ⲧⲟⲥ, الذى لا يفحص, *qui non investigatur*, *imperscrutabilis* = ne arabica discrepent a copticis, pro ⲁⲙⲓⲁⲛ̀ⲧⲟⲥ scri-

bendum esset ⲁⲇⲓⲁⲃⲁⲧⲟⲥ *impenetrabilis*, quod sensu fere convenit cum *inscrutabilis*: namque ανεξιταςος, qui proprie *inscrutabilis* diceretur, et ανιχνιαςος, *qui nequit investigari*, ab ⲁⲙⲓⲁⲛⲧⲟⲥ sono ac litteris longius absunt.

Ⲁⲙⲉϣ *incus* lib. de gestis Macarii M. in cod. Borg. ⲡⲓ ⲁⲙⲉϣ ⲛⲧⲉ ⲡⲓⲃⲁⲥⲛⲏⲧ, *incus fabri ferrarii*. Ⲉⲙⲉϣ theb. ακμων Iobi XXXXI. 24. apud Shenuthum in elencho cod. Borg. pag. 461. Ⲁⲙⲉϣ et ⲉⲙⲉϣ a ⲙⲉϣ *percutere* nomen habent. Sic etiam פעם, quae incus est, a pulsando vocant Hebraei; et *incudem* pariter a *cudo* Latini; uti etiam ακμων a καμνω Graeci.

Ⲁⲙⲓⲥⲓ, ανηθον, *anethum* Matth. XXIII. 23. Crozius *menta* non bene. Mentam enim Graeci vocant ἡδυοσμον: ut in cit. Matth. loco, το ἡδυοσμον και το ανηθον, quae Coptus interpres, ⲡⲓ ⲁϣⲓⲛⲥⲱⲓ ⲛⲉⲙ ⲡⲓ ⲁⲙⲓⲥⲓ. Thebaei ⲉⲙⲓⲥⲉ in codic. Nan. pag. 322. Ⲁⲙⲓⲥⲓ et ⲉⲙⲓⲥⲉ anethum a verbo حمز *Hamasa*, *acri sapore fuit* meo judicio denominatum est, Z mollius enunciata, et adspiratione primae litterae neglecta. Inde حمز *acris sapor*. Est enim anethum gustu acutum et acre, sed gratum. Sic et erucam, quae pariter est acri sapore, حمزة dicunt Arabes: cuius vulgare nomen est جرجير, uti pluries Avicenna, et interpres Arabs Dioscoridis. Ita chald. גרגירא *eruca*. Anethum vero etiam سبت dicitur. In append. Dioscoridis, ubi de anetho, legimus, αραχυ vocatum ab Aegyptiis. An hoc etiam origine arabicum, a verbo ارج *Arega*, *bene olere*? Unde est ارج *Arego*, *suaveolens*. Ita videtur. Anethum enim praestat odoris suavitate. Quare Virgilius Eclog. 2.

Narcissum et florem iungit bene olentis anethi.

Ⲁⲙⲟⲛⲓ, ⲙⲟⲛⲓ, basm. ⲙⲁⲁⲛⲓ, ποιμαινειν, βοσκειν, *pascere* Ps. II. 9. Matth. VIII. 30. et alibi. Hinc ϯ ⲙⲟⲛⲓ, τροφος *nutrix* I. Thessal. II. 7. ubi codex MS. teste Crozio exhibet ⲙⲟⲛⲏ. Consonant cum his אמן *Aman nutrire*, אמון *Amon nutritius*, et مان *Mana*, *nutrire*, *alere* arabice. Sed etiam graece est νεμειν, νομη, νομευς, *pascere*, *pascuum*, *pastor*. Huc pertinet ⲙⲉⲛⲛⲏ vel ⲙⲉⲛⲛⲏⲧ, κατανεμεσθαι *depascere* Psalm. LXXVIIII. 13. Pariter ⲙⲁⲛⲉⲥⲱⲟⲩ huc referendum est. Constat enim ex ⲙⲟⲛⲓ et ⲉⲥⲱⲟⲩ *ovis*, proprie *opilio* vel ovium pastor. Tum generatim pastor ita denominatus. Unde ⲟⲩⲙⲁⲛⲉⲥⲱⲟⲩ ⲛⲧⲉ ϩⲁⲛ ⲉⲥⲱⲟⲩ Gen. IIII. 2. Sed olim pastor ⲡⲓⲙⲟⲛⲓ et ⲡⲓⲙⲁϩⲛ. Ex quo etiam ⲙⲁⲛⲙⲃⲁⲉⲙⲡⲓ

et ⲙⲁⲛⲉⲃⲁⲁⲙⲡⲉ, αἰπόλος, caprarius Amos vii. 14. ⲙⲁⲛϭⲁⲙⲟⲩⲗ et ⲙⲁⲛϫⲁⲙⲟⲩⲗ, *pastor camelorum*; ⲡⲁⲙⲛⲟⲩ pro ⲙⲁⲛⲛⲟⲩ *boum pastor* in codic. Borg. Porro a ⲡⲓⲙⲁⲛ Graeci ποιμην, ut arbitror, *pastor*, ποιμαίνειν *pascere*.

Ⲁⲙⲟⲛⲓ et ⲙⲟⲛⲓ, ἱστάναι, μένειν, ὑπομένειν, ὑπομονὴ Luc. v. 2. Ps. xxxvi. 34. Matth. x. 22. Psalm. lxi. 5. Eodem spectat ⲙⲟⲩⲛ, ⲙⲏⲛ, διαμένειν, προσκαρτερεῖν, *permanere*, *perseverare* Psal. ci. 26. Act. i. 14. Iam ⲙⲟⲛⲓ, ⲁⲙⲟⲛⲓ, ⲙⲏⲛ, ⲙⲟⲩⲛ sane conveniunt cum graecis μένω, μονή, μόνιμος &c. Sed etiam samar. ࠀࠌࠍ *Aman* valet *exspectare*, *manere*; sicut in אמן *Aman* seu vocibus inde derivatis *perseverantiae* ac *stabilitatis* significatio inest in Oriente. Idem verbum ⲁⲙⲟⲛⲓ est *tenere*. Vide Crozium. Etiam *appellere*, *tenere portum* in cod. Borg. Et est ⲡⲓ ⲁⲙⲟⲛⲓ *retinaculum* in Scala M. pag. 126.

Ⲁⲙⲟⲩ, ἔρχου, *veni*, *accede* vir Ioh. i. 47. ⲁⲙⲏ, ἐλθὲ, *veni* femina Ioh. iiii. 16. et in Sc. El. p. 303. ⲁⲙⲏ تعالي, *veni* femina. Perperam Kirkerus, *sublimis*, *dignus*, *eminens*, voce arabica in errorem inductus. Porro ⲁⲙⲟⲩ vocem esse vocantis testatur antiquus auctor Hecataeus Abderita apud Plutarchum de *Isid. et Osir.* Ἑκαταιος ὁ Ἀβδηριτης φησι, τουτῳ και προς αλληλους τῳ ῥηματι (αμουν) χρησθαι Αιγυπτιους, όταν τινα προσκαλωνται. προσκλητικην γαρ ειναι την φωνην. Hinc ⲁⲙⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ, δεῦρο ἔξω, *veni foras* Iohan. xi. 43. et in Scala El. pag. 355. ⲁⲙⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ, اخرج, *exi*, *prodi*, *veni extra*: ubi iterum prave Kirkerus *educo*, *egredi facio*. Putavit enim اخرج, quod a خرج prodivit, esse fut. 1. personam in con. 4. quum heic certe sit imperativum primae. Ex hoc facile intelliges, quam falsum sit Iovis Ammonis etymon, quod habes a Iablonskio propositum *Panth. Aeg.* tom. 1. p. 182. Nam quia legit in Scala Kirkeriana ⲁⲙⲟⲩ ⲉⲃⲟⲗ *educo*; inde is ⲁⲙⲟⲩⲛ, tamquam ⲁⲙⲟⲩ ⲟⲩⲓⲛ, id est *lucem educens* vocatum existimat. Multo illa verior, quamvis eidem Iablonskio improbata, est explicatio nominis, quae a חם *Ham* Noëmi filio, eodemque Aegyptiorum patre ducitur: quem morte obita Aegyptios divinis coluisse honoribus admodum verisimile est. A חם *Ham* facile *Hammon*, ⲁⲙⲟⲩⲛ, המון Ez. xxx. 15. potuisse fieri tam est perspicuum, ut operam perderem, si comprobare vellem. Verum antiquam vocis originem vulgi opiniones, ac, quae subinde exorta est, sacerdotum theologia quamplurimis fabulis obscurarunt; ut, ni

sacri Hebraeorum codices, quibus vetus historia consignata est, lumen praeferrent, eam certe adsequi non potuissemus.

Ⲁⲛ particula negativa. Eadem atque אין *non*. Habet etiam locum in compositione verborum, ex. c. ⲛ̀ⲛⲁϣⲁⲣⲓ *non percutiam* ⲛ̀ⲛⲉⲕϣⲁⲣⲓ *non percuties* &c. Neque enim dubito, quin illud ⲛ̀ ab ⲁⲛ vel אין ortum sit. Aliquando ⲁⲛ exprimit *si*, *num*, *an*. Idem fere valet אן chald. syr. samarit. arab. et *αν*, *ην*, *si* graece. Ab ⲁⲛ fit ϣⲁⲛ particula potentialis, ut vocant; quae eodem fere modo usurpatur atque *αν* apud Graecos. Item ϣⲁⲛ est *an*? *num*? *si*, *quando*.

Ⲁⲛⲁⲓ, *καλλονη*, *pulcritudo* Psalm. LXXVII. 61. Item *pulcrum*, *bonum esse* ex Scala M. p. 231. Eadem נאי, נוי, *pulcritudo*, *pulcher*, *decorus*, quae a נאה, *pulcrum*, *conveniens*, *decorum esse*. Ab ⲁⲛⲁⲓ fortassis est ⲛⲁⲛⲉ *bonus*.

Ⲁⲛⲁⲙⲏⲓ, *λιθος τιμιος*, *μαργαριτης*, *lapis pretiosus*, *gemma*, *margarita*. I. Cor. III. 12. Matth. XIII. 46. Credo nomen compositum ex ⲱⲛⲓ ⲙⲉⲓ. Quippe gemmae, quemadmodum dicuntur a Graecis *lapides pretiosi*, ita olim ab Aegyptiis *lapides cari*, *percupiti*; nam ⲱⲛⲓ est *lapis*, ⲙⲉⲓ *φιλειν*, *επιποθειν*. Quod dico, ⲁⲛ ⲛⲁⲙⲏⲓ factum ex ⲱⲛⲓ et ⲙⲏⲓ, comprobatur loco, qui est in *Encom.* Theodori Abb. in cod. Borg. ubi ⲧⲁⲉϩⲣⲏⲱϣⲓ ⲛⲛⲟⲩⲃ ⲛⲉⲙ ⲱⲛⲓ ⲙⲙⲏⲓ, *mea torques aurea cum margaritis*. Item in hist. Martyriani, ⲛⲓⲱⲛⲓ ⲙⲙⲏⲓ ⲉⲧⲧⲟⲓ ⲉⲡⲉⲥⲙⲟⲩⲧ, *margaritae cingentes collum ejus*. Corrigendus Kirkerus, qui in Scala El. pag. 338. ⲛⲓ ⲁⲛⲁⲙⲏⲓ, الجواهر *margaritae*, etiam *personae*, *naturae* latine vertit, ob dubiam vocis arabicae significationem. In elench. cod. Borg. nuper edito lego ⲱⲛⲉ ⲙⲙⲉ p. 377. et ⲉⲛⲉ ⲙⲙⲉ p. 618. ut de vi ac origine τȣ ⲁⲛⲁⲙⲏⲓ dubitare nemo possit.

Ⲁⲛⲁⲡⲁⲓ, الدجاجة, *gallina* Scala M. pag. 168. Videtur composita vox ex ⲁⲛⲁⲓ *pulcritudo*, *pulcher*, et ⲁⲡⲉ *caput*. Est enim hoc genus animantis celso capite ac decoro cristaque eminenti, quam *spectatissimum insigne gallinaceis* dicit Plinius lib. 11. sect. 44. Idem lib. 10. sect. 24. post quam gallum descripsit, *Et plebs tamen*, inquit, *aeque superba graditur*, *ardua cervice*, *cristis celsa*, *caelumque sola volucrum adspicit crebro*, *in sublime caudam quoque falcatam erigens*. Quamvis autem loco cit. ⲁⲛⲁⲡⲁⲓ denominetur gallina; tamen arbitror, totius gallinacei generis proprium hoc fuisse vocabulum, ut eodem gallus quoque, qui ca-

pite insignior est, comprehendatur. Ϫⲁⲛⲁⲡⲁⲓ omissum a Crozio, qui ex eadem Scala Kirkeriana ⲉⲣϫⲱ *gallina* protulit: quum tamen illud vetus gallinarum nomen fuerit, ab Aegyptiis inventum; ⲉⲣϫⲱ autem et ⲉⲣϣ postea ab Arabibus, ut mea fert opinio, tradita sint.

Anese, *artemisia*. Aegyptium nomen scripto prodidit Apuleius *de virt. herb.* cap. 10. Fortasse *Anese* pro ⲉⲛⲉⲥⲉ *pulcher*. Est enim artemisia planta insignis, ramis ac foliis laetioribus. Ευεgνης dicitur a Dioscoride l.3. c.127. πλάτυτερα έχυσα τα φυλλα και τας ραβδυς. *Herbam regiam* denominant Latini, ut est in append. eiusdem Dioscor. et *herbarum matrem* Aemilius Macer, quae ab Artemide nomen traxerit: idemque ab ea librum *de virtutibus herbarum* exorditur.

Ϫⲛⲍⲏⲃ, *schola*, *gymnasium*, ubi discipuli congregantur. Saepe legitur in codic. Borg. ut in vita Isaaci episc. Alex. et Pachomii et Theodori. Opinio est, nomen esse ab אסף *congregare*, in Piel *Assep*, ex quo *Ansep*; quia Daghesc in *N* more Orientalium dissolvitur. Est item אסף, אסיף, אספה, *Oseph*, *Asiph*, *Asepha*, *collectio*, *coetus*, *congregatio*; plur. numero אספות *collegia*, *scholae discipulorum*: unde בעלי אספות, *scholarum magistros* aliqui interpretantur Eccles. XII. 11.

Ϫⲛⲑⲟⲩⲥ, καλαβωτης, ασκαλαβωτης, *stellio*, *lacerta* Lev. XI. 30. Sic etiam in Scala M. pag. 172. Conjunctum nomen mea sententia est ex ⲁⲛⲁⲓ *pulcher*, et ⲑⲟⲓ *macula*, quae alias ⲑⲟⲩ Lev. XXII. 22. Unde erit ⲁⲛⲑⲟⲩⲥ, si recte accipiatur, tamquam *pulcris maculis* distinctus. Talis autem stellio est, de quo Ovidius lib. 5. fab. 7.

. . . . . *Latebramque petit, aptumque colori*
Nomen habet, variis stellatus corpora guttis.

Ab ⲁⲛⲑⲟⲩⲥ cognominata videtur Antaeopolis, quae *Anteu* vocatur, vel *Antheu* in Itiner. Antonini: quod ipsum sensit Zoega lib. de *Num. Aegypt.* pag. 124. Neque enim de Antaeo apud Graecos nobili, vel de Aegyptio quodam, seu Libyco cogitandum. Quare in Antaeopolis nummo apud eundem loco cit. palliatus vir, dextra manu hastam, sinistra lacertam tenens exhibetur.

Ανθραξ ακος *carbo*. Quoniam vox nequit e graeca lingua commode peti; ex aegyptia autem facile derivatur, unde tot alia in Graeciam venere vocabula: id ita mihi explicandum videtur. Ανθραξ

ανθρακες, *ανθρακι* &c. aegyptiace scriptum ⲉⲛⲑⲣⲁⲕϩⲓ, ⲉⲛⲑⲣⲁⲕϩ vel ⲁⲛⲑⲣⲁⲕϩ. ⲣⲁⲕϩⲓ, ⲣⲱⲕϩ est *incendium*, *incendere*, *comburere*: ⲉⲛ autem *afferre*, *inducere*. Itaque ⲁⲛⲑⲣⲁⲕϩⲓ, ⲁⲛⲑⲣⲁⲕϩ erit *incendium afferre*, *exustionem facere*: ⲡⲓ ⲁⲛⲑⲣⲁⲕϩⲓ, *incendium afferens*, *exurens*. Copti quidem hodie carbonem vocant ϫⲉⲃⲥ; sed olim ⲁⲛ̀ⲧⲣⲁⲕϩⲓ etiam Aegyptios dicere nihil vetat. Quamquam ϫⲉⲃⲥ nomen generis fuisse credo, quo carbo, sive extinctus, sive accensus comprehenderetur: ⲁⲛ̀ⲧⲣⲁⲕϩⲓ vero *prunam* proprie significat; quod Graeci latius usurparunt. Certe ϯⲣⲁⲕϩⲓ *prunae* sunt Iohan. XVIII. 18. et XXI. 9.

Ⲁⲛⲟⲕ *ego*: idem אנכי. ⲁⲛⲟⲛ *nos*: idem אנן. Pariter ⲛ̀ⲑⲟⲕ, ⲛ̀ⲑⲟ, *Anthok*, *Antho tu*, similia sunt *τῷ* אתא, את, אנת, *tu* hebr. chald. syr. arab. Et ut Kappa apud Coptos pronominis possessivi 2. pers. masc. singul. nota est in infixis ac suffixis verborum, ut vocant; ita Caph apud Orientales.

Ⲁⲛⲟⲛⲓ, *σπαθαλᾳν*, *deliciose vivere*, *voluptatibus frui* Iacob. V. 6. Verbum constare puto ex ⲁⲛⲁⲓ et ⲟⲛϩ, quod est *pulcre vivere*, scilicet iucunde. Sic etiam Plautus *victitare pulcre*, et Lucretius *pulcre degere aevum*.

Ανυσι, *salvia* aegypt. in append. Dioscoridis ad lib. 3. cap. 40. ubi *Αιγυπτιοι ανυσι*, uti legit Bodaeus ad Theophr. pag. 571. et ante eum Saracenus vertens *Aegyptii Anusi*. Sic etiam Apuleius *de herbis* cap. 92. *Aegyptii Anusi*. Scriptum mihi videtur ⲉⲛⲟⲩϫⲁⲓ vel ⲉⲛⲟⲩϭⲁⲓ *Enusal*, *Enuse*. Cuius vocabuli significatio est, *salutem vel sanitatem afferens*. Constat enim ex ⲉⲛ *adducere*, *afferre*, et ⲟⲩϫⲁⲓ *sanitas*, *salus*. Quod quum salviae naturae, ac viribus, tum etiam nomini, quo vulgo appellant, consentaneum est. *Salvia* enim dicitur, quia *salvos et incolumes homines praestat*, inquit Lobelius in *Advers.* et *ad multa*, *praesertim ad foecunditatem salutaris est*, uti Bahuinus in *Phytopinace*. De quo legendus Aëtius apud Bodaeum pag. 571. Sic *ελελισφακος αλθηεις salubris salvia* cognominata a Nicandro in *Theriac.* vers. 84. Hinc vulgare carmen, *Cur moriatur homo, cui salvia crescit in hortis?*

Ανυφι, *gramen* in append. Dioscor. pag. 464. Est, opinor, *Ανυφι* pro *Σνυφι*, aut *Ασνυφι*. Nam Latini *sanguinalem* vocant in eadem append. Ⲥⲛⲟϥ, *σνοφ* autem aegypt. *sanguis* est. Hoc vero nomine *gramen* donatum credas; quia radix eius trita atque im-

posita sanguinem sistit ac *vulnera glutinat* auctore Dioscoride lib. 4. cap. 30. et Plinio lib. 24. cap. ultimo sect. 118. Sed est etiam genus graminis, de quo idem Plinius lib. 24. sect. 119. *Gramen*, inquit, *capiti circumdatum sanguinis e naribus fluxiones sistit.*

Ⲁⲡⲣⲟ, χειλος, *labium* Ex. xxvi. 4. Suspicio erat, ⲁⲡⲣⲟ, quasi ϩⲁⲡⲣⲟ, constitutum ex ϩⲁ *ad*, et ⲣⲟ *os*. Id mihi nunc fere persuasum, postea quam hoc ipsum ⲡⲓ ϩⲁⲡⲣⲟ *labium* in *Euchologio* Tukiano tom. 1. pag. ϥ̄ⲕ̄ⲁ̄ editum legi.

Ανωνιμ, *oreoselinum*, apii genus aegypt. in append. Dioscoridis ad cap. 76. lib. 3. Fortasse Ανωνιμ pro ϩⲁⲛⲱⲛⲓ, hoc est *ad petras* vel *in petris* nascens. Quod petroselino melius convenit, quamvis etiam oreoselinum in saxis gignatur. An potius nomen fuisse putemus ϩⲁⲛⲱⲛⲓⲙⲓⲧ, unde *Anonim* in fine mutilum: quo Copti recentiores *petroselinum* ad litteram e graeco expresserint? Namque ϩⲁ *ad*, ⲱⲛⲓ *petrae*, ⲙⲓⲧ *apium* vel *selinum* est: quasi proveniens *ad petras apium*. Isidorus *Orig.* lib. 17. cap. 11. *Petroselinum vocatur, quod simile sit apio, et nascatur in petris montibusque praeruptis, quod nos petrapium dicere possumus. Σελινον enim graece apium dicitur.* Etiamsi vero vocabulum ita coniunctum ϩⲁⲛⲱⲛⲓⲙⲓⲧ, inusitatius videatur; non est tamen ab ingenio Coptorum aevi sequioris alienum: quibus fortasse propositum fuit, uti non modo binas voces, quibus *Petroselinum* constat, exprimerent; sed etiam ut eodem situ atque ordine referrent. Interim scias, hanc Dioscoridis appendicem ac ficti Apuleii librum *de herbis* ad deteriorem aetatem spectare, multaque in his vocabula occurrere, non tantum ex antiquis corrupta, sed etiam recentiora, atque ex graeco sermone parum commode ac eleganter efficta. Notabis ανωνιμ factum, ut ⲁⲡⲣⲟ *labium*, de quo paullo ante: et idem decurtatum, quomodo Οινω *Struthion* pro Οινων vel Οινιν, de quo inferius.

Ⲁⲟⲩⲁⲛ, χροα, *color*, et ⲁⲩⲁⲛ vel ⲁⲩⲁⲁⲛ theb. et in *Pontific.* Tukiano ⲁⲃⲁⲛ. Hinc ⲁⲟⲩⲓⲁⲟⲩⲁⲛ, ⲁⲩⲁⲛⲁⲩⲁⲛ, ⲁⲩⲉⲓⲁⲩⲁⲛ, ⲁⲩⲉⲓⲛⲛⲁⲩⲁⲁⲛ, *colore varius ac multiplex*, ποικιλος. Item διαλευκος Gen. xxx. 35. redditum ⲁⲟⲩⲓⲁⲟⲩⲁⲛ, non bene. Nam διαλευκος est definite albo intermixtus ac distinctus. Melius διαλευκος expressum v. 39. per haec ⲑⲟⲓⲑⲟⲓ ⲛⲟⲩⲱⲃϣ, id est frequentibus maculis albi distinctus. Iam ⲁⲟⲩⲁⲛ *Auan*, ⲁⲩⲁⲛ *Avan* sane conveniunt cum

لون *Lauon color*, الوان *Aluan eclores* arab. Verbum est لون *Lauana*, *colorare*.

Ⲁⲟⲩⲓⲛ, γομος, φορτος. Actor. xxi. 3. et xxvii. 10. *onus*, *sarcina*. Dicitur autem in his locis de sarcinis ac mercibus navis, neque significat *rem molestam*, *odiosam*, uti refert Crozius. Legitur etiam ⲁⲟⲩⲓ in glossar. MS. apud eundem. Idem videtur, atque عب *Ebo*, vel *Abo*, *Abon*, *onus*, praesertim *mercium* ac *supellectilis*. Plur. اعبا *Abaon*, *onera*, *sarcinae*. Dual. عبان, *Aban*. Quae etiam *Even*, *Avaon*, *Avan*: itaque nihil different ab ⲁⲟⲩⲓⲛ *Avin*.

Ⲁⲟⲩⲟⲧ, ⲁⲃⲟⲧ, ⲁⲟⲩⲃⲟⲧ, *habitatio*: item ⲁⲃⲏⲧ et ⲁⲟⲩⲛⲃⲏⲧ, ⲁⲟⲩⲏⲧ in cod. Borg. Habent Aegyptii ⲟⲩⲟϩ *diversari*, *habitare*, et Arabes اوى *Ava* eadem significatione; unde illa peti possunt. Iis etiam simile חוות *Havoth*, *villae*, *casae*; quod pariter ex arabica lingua ducunt.

Ⲁⲟⲩⲱ, ενεχυρασμα, *pignus* Exod. xxii. 26. Deuter. xxiiii. 6. Certe ⲁⲟⲩⲱ *Avo* ab עבוט *Abot*, *Avot*, *pignus* hebr. Quod ab עבט, *pignori dare* vel *accipere* grammatici derivant. Hinc ⲉⲣⲁⲛ ⲟⲩⲱ, *commendare* in *Encom.* Pisentii ex codic. Borg. Affertur etiam ⲱ, *pignus* ex Iobi xxiiii. 3. et Isai l. 1. Quod mihi videtur scripturae compendium. Neque enim ita enunciatum puto. Sic etiam ϯⲟ in Hom. Euchodii ex iisdem codic. Borg. pro ϯ ⲟⲩⲱ.

Ⲁⲡⲁⲥ, παλαιος, *antiquus*. Dan. vii. 9. ⲡⲓ ⲁⲡⲁⲥ ⲛⲧⲉ ⲛⲓⲉϩⲟⲟⲩ, παλαιος των ἡμερων. ⲁⲡⲁⲥ idem atque απας, αβας, αππας, αββας, et ⲁⲃⲃⲁ, ⲁⲃⲁ, ⲁⲡⲁ: quae non modo *patrem*, sed etiam *seniorem* designant. Quare quum Poemeni abbati dixissent quidam de Agathone, *Iuvenis est. Cur eum appellas Apa? Respondit, quia os eius facit eum appellari Apa*: uti est in *Vitis Patrum* a Rosweido editis p. 625. Quod etiam legitur in elencho cod. Borg. p. 298. Pro ⲁⲡⲁⲥ aliquando ⲁⲥ in thebaicis codicibus compendio scripturae. Porro omnia haec ⲁⲡⲁⲥ, αββας &c. quin ab אב sive אבא, quae in toto fere Oriente usurpantur, derivata sint, non videtur in dubium revocari posse.

Απεμφι, *cicuta* aegyptiace, ut est in append. Dioscoridis ad cap. 79. lib. 4. Αιγυπτιοι απεμφιν καλουσι. Scriptura videtur huiusmodi ⲁⲡⲛⲉϩϥ *Apnehf*, sive ⲁⲡⲉⲛⲉϩϥ *Apenehf*; unde *Apenf* hac sententia, *caput concutiens* vel *de statu movens*. ⲁⲡⲉ enim *caput* est, ⲛⲉϩ τιναττειν, εκτιναττειν. Quo signantur epotae cicutae vires, quae

maxime caput tentat, vertiginem parit, mentem alienat ac de statu dimovet. Nicander in *Alexiph.* a vers. 186.

Και τε συ κωνειυ βλαβοεν τεκμαιρεο πωμα.
Κεινο ποτον δη γαρ τε καρηατι φοινον ιαπτει,
Νυκτα φερον σκοτοεσσαν· εδινησεν δε και οσσε.

Eadem fere Scribonius Largus *Compos.* 179. et Galenus lib. *Quod animi mores temper. corp. sequantur*. Quare cicutam κωνειον dici volunt grammatici απο τυ κωναν, quod Hesychio est, *circumagere, capitis vertiginem inducere*. Consule Etymol. M.

Apis. Bos sacer in Aegypto. Quum significatio vocis studiose a multis quaesita fuerit, ego quamdam, quae mihi se obtulit, proferam; facilem illam quidem; non tamen ejusmodi, ut omnino eam veram esse contendam: scriptum videlicet ab Aegyptiis ⲁⲡⲉⲍ, id est *bovis* vel *boum caput* seu *princeps* (ⲁⲡⲉ enim *caput*, ⲉⲍ *bos*) quod nomen ei fuerit, sive ab ipsius celebritate divinisque honoribus, sive potius a spectabili quadam pulcritudine notisque insignibus adtributum. Eo fortasse pertinet Luciani locus lib. *de Sacrificiis* in fine, ubi haec, Εςι δε ὁ Απις εξ αγελης θεος, επι τῳ προτερῳ χειροτονυμενος, πολυ καλλιων και σεμνοτερος των ιδιωτων βοων. Mitto improbabilem, ut mihi videtur, ac longe petitam vocabuli rationem, quae a Iablonskio proposita est *Panth. Aegypt.* lib. 4. cap. 2. Apim scilicet denominatum ab ⲏⲡⲓ *numerus* propterea, quod in Nilometro, cuius imaginem referre Apim credit, gradus Nili exundantis numerarentur. Taceo etiam, quam dedit Zoega lib. de *Num. Aegypt.* pag. 81. esse Apim, velut ⲁⲡⲁⲥ, id est *senem*, *venerandum patrem*. Vossium quoque praetereo, cuius opinio de *Apis* significatu a Iablonskio eodem capite refutata est.

Αψαφες, *spondylium* planta: quam ita ab Aegyptiis nuncupatam, est in appendice Dioscoridis ad lib. 3. cap. 90. Coptice ⲁⲡⲥⲁϥⲉⲣ. ⲁⲡⲉ *caput* est, ⲥⲱϥ vel ⲥⲁϥ *colare*, *infundere*, ⲉⲣ verbum activum. Namque, ut ait Plinius Valerianus lib. 2. cap. 9. *Spondylium capiti infunditur, ad insanos et mente motos, et si qua alia vitia in capite habuerint*. Quae ex Plinio historico lib. 24. cap. 6. *Spondylium infunditur capitibus phreneticorum et lethargicorum; item capitis doloribus longis*. Pariter Dioscorides, Συν ελαιῳ εμβρεχομενης της κεφαλης, ἁρμοζει (σπονδυλιον) φρενιτικοις, ληθαρ-

γικοις, κεφαλαλγυσι. Eadem Galenus lib. 8. *de Fac. simpl.* ac medici recentiores. Porro ⲥⲁϥⲉⲣ et ⲥⲁϥ *colare*, de quo supra, ita se habet, uti ϫⲟⲕ et ϫⲟⲕⲉⲣ *perficere*, ⲧⲱⲙ et ⲧⲱⲙⲉⲣ *obturare*, ϩⲕⲟ et ϩⲟⲕⲉⲣ *esurire*, ⲱⲣϫ et ⲱⲣϫⲉⲣ *occludere*, ϭⲁϩⲟⲩ et ϭⲟⲩϩⲉⲣ *maledicere*, ϣⲧⲁⲙ et ϣⲧⲁⲙⲉⲣ *claudere*.

Ⲁⲣⲉϩ, φυλασσειν, φυλακη, theb. ϩⲁⲣⲉϩ. Non dissimile حرس *Haras*, *Hares*, *custodire*, *excubiae*, *custodes*, et حارس *Hares*, *custos*. Habes quoque ⲟⲩⲣⲓⲧ *custos* in Scal. M. pag. 113. ab ⲁⲣⲉϩ veniens, idemque ab ὑρος non differens. Plurale est ⲟⲩⲣⲁϯ *custodes* in vita Macarii M. in cod. Borg. ubi sic, ⲙⲁⲑⲁⲙⲓⲉ ⲛϭⲓⲣ ⲙⲏⲓⲧⲟⲩ ⲛⲛⲓⲟⲩⲣⲁϯ ⲟⲩⲟϩ ⲥⲉⲛⲁⲉⲛ ⲱⲓⲕ ⲛⲱⲧⲉⲛ: quae in *Apophthegm. Patrum* graece sic habent, ποιειτε σπυριδας, και παρεχετε τοις φυλαξι, και φερυσιν υμιν ψωμια. Pro ⲟⲩⲣⲁϯ, theb. est ϩⲟⲩⲣⲁⲧⲉ in elencho cod. aegypt. Borg. nuper edito pag. 344. Ⲟⲩⲣⲁϯ male acceptum ab interprete pro natione seu gente in eodem elencho pag. 49.

Ⲁⲣⲏⲃ *pignus* II. ad Cor. II. 22. Idem ערבה, ערבון *Araba*, *Arabon*, *arrha*, *pignus* hebr. Unde Graeci αρραβων.

عريش *Harisch*, *Rhinocolura*, urbs in finibus Aegypti et Syriae. Memorat Albulfeda in descriptione Aegypti sub initium ac p. 14. 15. edit. Goetting. Nomen certe ab Aegyptiis impositum, quod ita scriptum fuisse arbitror, ϫⲟⲣϩϣⲁⲓ *Gorehsciai* vel ϫⲟⲣϩϣⲁ *Gorehscia*, id est *naribus destitutus*. Nam ϫⲟⲣϩ *destitui*, *carere* significat, ϣⲁⲓ et ϣⲁ *nasum* sonat. *Gorehscia* vero aut *Garehscia* idem ac عريش, quod legas *Garisch*. Quppe Ajin veteres modo per *A*, modo per *Ga* efferebant: quam litteram Arabes recentiores in duas Ain et Gain punctulo inscripto distinxerunt. Porro vocem non esse arabicam ipsa ejus natura prodit. Neque enim est in ea lingua, unde apta ac rei consentanea eiusdem significatio duci possit. Mahumedanum vero scriptorem Ibn-Haukelem, το *Harisch*, *aedificationem* denotare commentum, ita refellit David Michaëlius in commentariis ad Abulfedam pag. 71. = Huic turri Muhammedanorum aliqui circa urbem *El Harisch* locum assignarunt, quod ibi ingentia viderent rudera, et nomen urbis, aegyptium fortassis, sed ad arabicum etymon distortum, posset *aedificationem* significare. Falsum sine dubio etymon: cui tamen nolim opponere, quae Reiskius hic in nota scripsit: *inepta etymologia*, *profecta ab iis*, *qui nescirent*, *vocabulum hoc defor-*

matum ex vetusta Larissa. Atqui nulla ibi, quantum novimus, Larissa (Stephanus certe ex novem, quas enumerat, Larissis nullam Aegypto tribuit) sed Rhinocolura; ipsumque potius recentiorum *Larisch* et *Larissa* ex *El-Arisch* deformatum = Idem alibi p. 68. haec habet = Dubio paene vacat, *Arisch* Rhinocoluram esse, situ urbis id demonstrante, verissimeque de ea et accurate d'Anville p. 103. *Au delà de cette pointe la mer forme un golfe, au fond du quel la position d'un chateau nommè El-Arisch, accompagnè de grands vestiges d'antiquitè, est indubitablement celle de Rhinocorura, et il n'y a pas beaucoup de place de choix dans ce canton de terre, aride comme il est, et couvert de sable*. Idem copiosius iam disputaverat Christianus Muller in *satura observationum* a pag. 156. = Tum paullo post, *Si quis*, inquit, *de nomine antiquo et Aegyptio urbis certi quid docuerit, quod forte ex linguae Copticae monumentis antiquioribus fieri possit, non ingratum geographiae et historiae studiosis facturum putem*. Sed hoc Michaëlius a me nunc facile praestitum videat, habeatque vetus urbis nomen ϫⲟⲣϩϣⲁ vel ϫⲁⲣϩϣⲁ *naso carens*, idem sane atque arabicum مرش, si rite enuncietur. Argumento est graecum eiusdem loci vocabulum *Rhinocolura*. Ρινοκολουρους enim Graeci vocant *naso mutilos*, quos et κολοβορρινας et ρινοτμητους appellant. Nomen urbi a facto inditum. Nam Aethiopum rex Actisanes, uti narrat Diodorus hist. lib. 1. p. 70. postquam Aegypto potitus est, latrones undique conquisitos naribus amputatis multavit, ac in ultimam solitudinem pulsos in urbem coniecit, quae a casu inhabitantium *Rhinocolura* denominata est. Habe Diodori verba: Αποτεμων Actisanes αυτων τους μυκτηρας κατωκισεν εν τοις εσχατοις της ερημου χωρας, κτισας πολιν, την απο του συμπτωματος των οικητορων Ρινοκολουραν προσαγορευθεισαν. Eadem fere Strabo lib. 16. p. 1102. atque alii.

Αρκευθος, *iuniperus*. Etymon vocabuli in Aegypto quaerendum videtur. Nam quae de eius origine argutantur Graeci, nemo sapiens probaverit. Scribere praestat ⲉⲣϧⲏⲓⲃⲑⲟ *Ercheibtho*, *Erchebtho*, graece ερχηβθο sive ερχιβθο, tum αρκευθο. Nam *B*, ut *V* consonans, effertur, et *X* adspirata cum *K* tenui commutatur. Porro ⲉⲣϧⲏⲓⲃⲑⲟ significat, *multam umbram faciens*. ϧⲏⲓⲃⲓ *umbra* est, ⲑⲟ *multus*, ⲉⲣ *facere*. Quod iunipero bene convenit. Unde illud Virgilii eclog. 10. *iuniperi gravis umbra*, nempe ob foliorum densitatem ac frequentiam, non ob noxiam arboris naturam: uti decla-

rat Bodaeus in comment. ad Theophrastum pag. 196. *Iuniperi umbra*, inquit, *quae alioquin amoena et salubris esse consuevit propter blandam odoris eluviem; tamen gravis est. Nam propter foliorum et germinum densitatem et frequentiam impedit vapores, qui e terra exhalant, ne evaporentur*. Eodem spectat, opinor, ἀρκευθος πυκαζουσα apud 70. interpretes Hos. XIIII. 9. In appendice Dioscor. pag. 443. aliud iunipero ab Aegyptiis tributum nomen reperio, λιβιωμ videlicet: quod his litteris exhibitum ⲉⲗⲗⲓϭⲓ, valet *insaniam tollens*; quia ⲗⲓϭⲓ *insania*, ⲉⲗ *tollere* dicunt Copti. Hoc autem praestare succum e baccis iuniperi expressum notat Bahuinus *hist. plant.* tom. 2. pag. 297. Porro ab ⲉⲗⲗⲓϭⲓ venire λιβιωμ non mirabitur quicumque quam sint in cit. append. Dioscoridis atque Apuleio corrupta plantarum vocabula non ignoret. Eodem modo ex ⲉⲗⲓϭⲓ factum ⲗⲓϭⲓⲁ in Scala Kirkeriana: de quo infra verba faciam.

Ⲁⲣⲱⲟⲩⲓ, καλαμη, *stipula* Ioel. II. 5. et alibi. Fortasse ⲁⲣⲱⲟⲩⲓ *Arovî* ducitur a חרב *Harab*, *Harav*, *siccari*, *arescere* hebr. chald. חרבה *Harava*, *siccum*, *siccitas*. Thebaeis ⲁⲣⲱⲟⲩⲉ aut ⲁⲣⲟⲟⲩⲉ sunt τριβολοι, *spinae* Hos. X. 8. Gen. III. 18. Quippe ea verba in Oriente pariter *vastum esse*, *inculta* et *vasta* loca adsignificant. Sed aliunde etiam *Arovi* aut *Arove* (quae saepe ⲣⲱⲟⲩⲓ *Rovi* scribunt Copti) hoc est *avenae*, *stipulae*, *tribuli*, *spinae* cognomen suum facile trahere potuerunt. Id est רבה *Rava*, *multiplicari*, *valde crescere*. De hoc plantarum genere Virgilius georg. I.

. . . . . Intereunt segetes, subit aspera silva
Lappaeque tribulique, interque nitentia culta
Infelix lolium et steriles dominantur avenae.

Ⲣⲟⲟⲩⲉ *stipula*, *palea*, etiam theb. reperio in elencho codic. Borg. pag. 504. et alibi.

Ⲁⲣϣⲓⲛ, العدس, *lens*, *lentes* Scal. M. pag. 193. et in vita Shenuthi, item Simeonis in cod. Borg. Ⲁⲣϣⲓⲛ *Arsin* ab ערשין *Adasin*, *Adsin*, *lentes* natum existimo, hebr. עדשים. *D* cum *R* commutari solere ostendit Vossius. Quae mutatio litterarum potuit etiam ex earum similitudine in scriptura Orientalium originem ducere. Pro ⲁⲣϣⲓⲛ scriptum ⲁⲣϫⲓⲛ *lens* apud Wilkinsium Gen. XXV. 34. Nam ϣ in ϫ, et ϫ in ϣ facile vertitur (V. Ϭⲓϫⲁⲓ) Graece sic, ἑψημα φακου: pro quo Wilkinsius ⲟⲩⲭⲛⲛⲁⲣϫⲓⲛ mendose. Corrige ⲟⲩⲭⲛϥ ⲛⲁⲣϫⲓⲛ, vel ⲟⲩⲭⲛⲁ. Lege v. Ⲭⲉϥⲭⲱϥ et Ⲭⲱⲛ.

Ασελονϱι vel Ασιαλουϱι, *Halimus*, fruticis genus. Aegyptiam vocem leges in append. Diosc. ad lib. 1. cap. 120. Certe nomen habet ab eo, quod in sepibus crescit. Namque ϭλοερ aut ϭλοαρι si scribas, erit frutex *nascens in sepibus*, a ϭλο *sepes* et verbo ερ vel αρι. Una voce ϭλοαρι φραγμιτης est, quomodo halimus vocatur ab Dioscoride cit. cap. De eodem paullo post, φυεται εν παραθαλασσιοις και φραγμοις. Quae etiam Oribasius et alii. In Creta tam frequentem esse, *ut maxima ex parte sepes eo constent*, narrat Bellonius *Observat.* lib. 1.

— Eodem referas Ασοντιϱι, alterum eiusdem fruticis apud Aegyptios cognomen in eadem appendice. Ασοντιρι enim, copt. ϣον̀ϯαρι valet, *in spinis succrescens*, item a verbo αρι et ϣον̀ϯ *spinae*. Idem posset, *spinas germinans*, reddi propterea, quod aliqui halimum spinosum esse opinati sunt. Quamvis hoc neget Dioscorides ac herbarii recentiores. Lege sis Bodaeum in comment. ad Theophrast. p. 509.

Ϫασμι, ياسمين Scal. M. pag. 179. Flos, quem Galli *Iasmin*, Hispani *Xasmin*, Itali *Gelsomino* appellant ex voce arabica vel persica, quam supra posui: unde etiam coptica ϫασμι derivata est. Aliqui putant, *Iasemin* vel *Iasmin* esse ex graeco ιασμη; quae vox legitur in appendice ad lib. 1. Dioscoridis cap. περι ιασμελαιυ, quod alii recitant περι ιασμινυ. Locus sic habet, ἡ δε καλυμενη ιασμη παρα Περσαις σκευαζεται εκ των ανθων των λευκων τυ ιυ. Ubi vides, ιασμην esse nomen unguenti, quod in Perside confici solebat, idque ab ιον *viola*, ni fallor, duci ab auctore ejus capitis. At vero *Iasmin* plantae ac floris appellatio est apud Arabes et Persas, uti discimus ex Avicenna. Deinde haud probabile est, unguentum persicum potius graeco nomine, quam patrio fuisse nuncupatum. Igitur multo verius, ιασμινον et ιασμην factum ex *Iasmin*; atque Aëtium errare, ex quo caput illud, quod Dioscoridi tribuitur, haustum est, quando ista repetere ab ιον *viola* videtur: praesertim quum *Iasmin* flos, quem describit Avicenna, a viola multum distet, et huic nostro, quem dicimus *Gelsomino*, sit omnino similis. Chaldaei quoque יסמין, quod tamen *sesamum* interpretari solent. Sed sesamum Chaldaei vulgari nomine dicunt שמשמא, et Arabes سمسم, Aegyptii *Sempsem* auctore Alpino *de plant. Aegypt.* pag. 98. quod est idem. Ab orientalibus Graeci σησαμον.

اسنا *Asna* vel *Esne* urbs Aegypti in Thebaide, quae olim *Lato-*

polis, non *Syene*, ut vulgo putant. Cognomen *Esne* a Coptis tributum, a quibus Arabes accepere. Fuit autem ϣⲛⲏ *Sne*, mea quidem sententia; quae vox *hortum* vel *hortos* designat in lingua aegyptia. Arabes اسنا *Esne* scribunt. Solent enim litterae *S* sequente consona in principio vocabuli Eliph praefigere. Cur autem ab hortis nomen traxerit, ostendit Abulfeda p. 23. edit. Goetting. الادريسي في كتابه نزهة المشتاق ان اسنا من المدن القديمة من بنا القبط الاول وبها مزارع وبساتين حسنة. Quae ita fere vertit Michaëlius, *Edrisius in oblectationibus studiosorum dicit: Esne est ex civitatibus antiquissimis illis, quas olim Copti aedificarunt. Habet agros cultos, hortosque pulcros.* Postquam haec litteris mandaveram, in elencho cod. Borg. nuper edito pag. 593. nomen Latopolis theb. scriptum reperi Ⲥⲛⲏ: ubi scripturae diversitas in prima littera nihil obesse debet. De *Asna* loquitur etiam in *Descript. Africae* Iohannes Leo: quem librum idem ipse, qui arabice scripserat, postquam Romam adductus est, in italicam linguam convertit. Sed is non modo *Asnam* pro Syene accepit; verum etiam fabellam mutati ab Arabibus cognominis induxit, quae inter historicos nostrates pervulgata est. Sic enim ait lib. 8. circa finem: *Asna fù anticamente detta Siene. Ma così la chiamarono gli Arabi; perciocchè il primo nome di Siene era simile ad un lor vocabolo, che dinota brutto; ed essi la chiamarono Asna, che vuol dir bella; perciocchè la città è molto bella, edificata sul Nilo dalla banda d'Africa.* Fabellam dixi: neque enim *Asna* vel *Esne* a ϣⲛⲉ seu Ⲥⲛⲏ *Sne* diversa vox est, ut supra docui; quo modo Latopolin pridem Aegyptii vocabant. Porro quod ait Leo de *Siene*, vetusto, ut is retur, urbis vocabulo, sono assimile eidem esse verbum, quod foedum denotat apud Arabes, id quidem verum est; quum sit apud eos شان *Sana* vel *Sena*, istud ipsum significans, nempe *foedum* ac *turpem esse*. At vero de اسنا *Asna*, quod subiicit, *pulcram* scilicet ac *elegantem* notare, utpote ignotum mihi atque incompertum, arabicae linguae peritioribus diiudicandum relinquo. Neque enim facile crediderim, virum arabicis litteris innutritum *Asna* اسنا cum حسنا *Hasna*, quod sane *pulcram* ac *elegantem* designat, confundere, vel pro eodem habere atque usurpare potuisse. Consulendus heic esset arabicus Leonis codex: sed hic utrum exstet, vel ubi sit, equidem ignoro.

Ϫⲥⲟ, συγχώρησις, *indulgentia*, *venia*. Ϯ ϫⲥⲟ, *veniam dare*,

parcere Psal. xviii. 3. Certe idem apud Syros ܚܣܐ *Heso*, *Hase*, *parcere*, *veniam tribuere*. Itidem apud Samaritas ࠇࠎࠀ. Hebraei et Chaldaei חוס *parcere*, חס *Has pepercit*, חיס *propitius*, *misericors*, חיסא, *clementia*, *venia*. Syris ܚܘܣܐ idem. Hinc ϯϩⲁⲥⲟ et ϯϩⲥⲟ *parcitas* II. ad Cor. viii. 6. apud Tukium *gram. copt.* pag. 583.

Ϩⲁⲥⲟⲩⲗⲓ, الفراش, *locusta*, *eruca* Scal. M. pag. 173. Videtur *Asuli* ex hebr. חסיל *Hasil*, *locusta*, *bruchus* deductum. Hoc autem a חסל *consumere*, quod sane in locustam apte convenit.

Ϩⲁⲥⲟⲩⲧ, *plantago* apud Kirkerum in *Oedipo* tom. 3. pag. 70. et in *supplem. Prodrom.* pag. 593. In append. Dioscor. ασουθ, in Apuleio *de herbis*, *Asuth*. Inde interpres Avicennae hebraeus אשות apud Kirker. loc. cit. et liber arabs اسوث. Credo ⲁⲥⲟⲩⲧ *Asout* esse ab ⲉⲥⲱⲟⲩ vel ⲉⲥⲟⲟⲩ *Esou*, *ovis*, quasi *ovina*. Nam προβάτειον vocatur a Graecis plantago, ut est in eadem append. Dioscor. ad cap. 153. lib. 2. et in Apuleio cap. 1. Quae et ἀρνίον et ἀρνόγλωσσος dicitur; quod eius folia, inquiunt, *ovis* vel *agni linguam* referant.

Ϩⲁⲥⲡⲓ, γλῶσσα, διάλεκτος, Dan. 1. 4. Act. 1. 19. Est a שפה vel שפא *Sapha*, *Sapa labium*, *idioma*. Inde ⲁⲥⲡⲓ, et ⲥⲁⲡⲓ etiam, ut in Sc. M. p. 79. Ⲥⲁⲡⲓ, اللغة *idioma*. Similes multae metatheses in Oriente, uti אנק et נאק *gemere*, דאב et אדב *dolere &c.* Sed multo frequentiores in lingua coptica, ut ⲉⲣⲙⲁⲛ a רמון *Remmon*, *malum punicum*, ⲙⲟⲧⲉⲛ et ⲉⲙⲧⲟⲛ *quies*, ⲙⲟⲕϩ et ϩⲉⲙⲕⲟ *dolere*, ⲕⲱⲧ et ⲕⲧⲟ *convertere*, ⲱⲥϧ et ⲱϩⲥ *metere*, ⲣⲱⲧ et ⲉⲣⲧⲱ *germinare*, ϩⲟⲣϣ et ϩⲣⲟϣ *frigus*, et alia huiusmodi paene infinita.

Ϩⲁⲧ, praepositio negativa. Eundem prorsus habet usum, quem Alpha στερητικὸν apud Graecos. Nihil simile invenitur in linguis Orientalibus. Nescio, utrum Copti sumpserint a Graecis, an Graeci potius a Coptis. Hinc est ⲁⲧⲥϩⲓ, γυναιον, *muliercula* Iobi xxiiii. 21. quasi *non mulier*, quam vocant ⲥϩⲓⲙⲓ. Sed fortasse scribendum ⲁⲧⲥϩⲓⲙⲓ. ⲁⲑⲗⲱⲓϫⲓ, ἀνέγκλητος *sine crimine* ad Tit. 1. 6. ἀνεπίληπτος *irreprehensibilis* I. ad Timoth. iii. 2. ⲗⲱⲓϫⲓ est αἰτία, *caussa*, *culpa*. Eodem modo Graecis ἀναίτιος, est *insons*, *expers criminis*. An est ⲗⲱⲓϫⲓ fictum a λόγος? Thebaei ⲗⲟⲓϭⲉ scribunt. Sed ⲁⲧ etiam cum ἄτερ comparandum.

Ϩⲁⲧⲕⲁⲥ, μυελὸς, *medulla* Gen. xxxxv. 18. ad Hebr. iiii. 12. Fit ex ⲕⲁⲥ, *os ossis*, atque ⲁⲧ particula priv. Nam osse, quo vestitur, ablato, restat μυελὸς *medulla*. Mendum est ⲉⲧⲕⲁⲥ epist.

ad Hebr. loc. cit. quod adfert Crozius ex cod. Ms. Etiam Wilkinsius ⲁⲧⲕⲁⲥ ibi legendum offert.

Ⲁⲧⲟⲟⲩⲓ ϩⲁⲛ, πρωΐ, *mane* Matth. xx. 1. Marc. xiii. 35. theb. ϩⲧⲟⲟⲩⲉ. Etiam ⲧⲟⲟⲩⲓ et ⲧⲟⲟⲩⲉ. Dicitur ⲁⲧⲟⲟⲩⲓ et ϩⲧⲟⲟⲩⲉ mea quidem sententia ab عدوة, عدوا, عداة, *matutinum*, *diluculum*, *mane*. *D* enim et *T* quum facile inter se mutantur in caeteris linguis, tum maxime Aegyptii pro *D*, qua olim carebant, *T* scribendo substituunt. Non diffiteor, hodie Arabes primae litterae punctum inscribere, eamque per *G* efferre. Olim tamen nullum apud eos discrimen erat inter Ain et Gain: sed una littera Ain, quemadmodum caeteri Orientales, utebantur, quam alias *A*, alias *Ga*, enunciabant. Sed etiam τοῦ ⲁⲧⲟⲟⲩⲓ explicatio probabilis haec, ⲁⲧ ϩⲟⲟⲩ *non dies*, vel *nondum dies*, τὸ πρωΐ.

Ἀττάκης, Ἀττακος, *locusta*, seu *locustae* genus. Aegyptiacum vocabulum puto, quo sunt usi Graeci interpretes Alexandrini Levit. xi. 22. Neque enim in aliis, quod sciam, legitur. Scriptum ab Aegyptiis opinor ⲟⲛⲧⲧⲁⲕⲟ, ⲟⲛⲧⲧⲁⲕⲉ vel ⲁⲛⲧⲧⲁⲕⲉ, quod est, *exitium afferens*, *perdens*. Nam ⲟⲛⲧ *ferre*, ⲧⲁⲕⲟ seu ⲧⲁⲕⲉ *exitium*. Inde ἀττάκης sive ἀττακος Graeci. Rem comprobat ac fere manifestam facit Aegyptius interpres. Hic enim ἀττάκης vel ἀττακος Lev. loc. cit. coptice ⲱⲛⲧⲁⲕⲏⲥ vertit. Adde, quod ἀττάκης, ut posui, explicatum, vim hebraeae vocis, quam refert, pulcre exprimit. Quam Bochartus *Hieroz.* part. 2. lib. 4. cap. 2. atque alii a verbo סלעם *absumere*, *perdere* derivant. Haec mihi de ἀττάκης sententia est. Caeteri enim linguae copticae ignari, e graeco fonte, videlicet ab ἅττειν *saltare* frustra petunt. De locustis, quae segetes enecant ac perdunt, admonere non est opus.

Ⲁⲧϣⲉⲃϣⲓϣ, *impudens*, in *sermon. senior.* de Anton. Abb. ex codic. Borg. ⲟⲩ ϭⲁⲥⲓϩⲏⲧ ⲛⲁⲧϣⲉⲃϣⲓϣ, *superbus et impudens*. Ⲃϣⲓϣ est a בוש *erubescere*, *pudore affici*: ⲁⲧϣ particula negativa cum littera ϣ potentiali, unde ⲁⲧϣⲃϣⲓϣ, qui pudore affici nequit, sive *impudens*. Huiusmodi sunt ⲁⲧϣⲙⲟⲕⲙⲉⲕ *incogitabilis*, ⲁⲧϣⲥⲁϫⲓ *ineffabilis*, ⲁⲧϣⲧⲁϩⲟ *incomprehensibilis*, ⲁⲧϣϧⲱⲛⲧ *inaccessus*.

Ⲁⲧϣⲟⲣϥ, ἀνέφικτος, *inaccessus*, *incomprehensibilis* in Liturg. Cyr. apud Crozium, et in Scala M. pag. 476. Ϣⲟⲣϥ *accedere*, *adsequi*, conveniens cum شارف *Sciaraf*, *Sciarf*, *accedere* arab. Nam

saepe *A* mutatur in *O* communi Aegyptiorum dialecto.

Ⲁⲩ, *αποδος*, *da*, *redde* Matth. XVIII. 38. in codic. Nanian. Est ipsum הב *Hab Hav*, *da* hebr. chald. syr. sam. arab. quod a יהב *dedit*, arab. وهب. Adspiratio enim contemnitur. Huc refero ⲁⲩⲓⲥ, φερε, *affer* Ioh. XX. 27. theb. ⲁⲩⲉⲓⲥ apud Georgium in *Act. S. Coluthi* pag. 85. Bene Mingarellus ad cod. Nanian. p. 9. coniunctum credit ex ⲁⲩ, et ⲉⲓⲥ *ecce*. Crozius aliter in lexic. cui non adsentior. Habet etiam ⲁⲩ et ⲁⲩⲓⲥ vim hortandi, velut *age* apud Latinos, φερε apud Graecos, הב vel הבה apud Hebraeos.

Αυασεις, *domus*, *villae*, *vici*, *urbes in aridis ac desertis locis*, *vasta solitudine cinctae*. Strabo lib. 17. Αυασεις οἱ Αιγυπτιοι καλουσι τας οικουμενας χωρας, περιεχομενας κυκλῳ μεγαλαις ερημιαις, ὡς αν νησους πελαγιας. Et lib. 2. ταις οικησεσι περιεχομεναις ερημῳ και ανυδρῳ γῃ. καλουσι δε τας τοιαυτας οικησεις Αυασεις οἱ Αιγυπτιοι. Abulfeda in Aegypto p. 5. edit. Goetting. ويحيط بالواحات البرارى كالجزيره فى وسط رمال, id est, *cingunt autem Vaathas deserta*, *velut insulas in medio arenae*. Oasim refert Herodotus lib. 3. cap. 26. quam Thebis distare ait ἑπτα ἡμερων ὁδον δια ψαμμου: quod Aelianus de *animal.* lib. 10. cap. 25. ἑπτα ἡμερων ὁλων ερημιαν βαθυτατην. Ubi Cambysis exercitum arenis obrutum interiisse idem Herodotus loco cit. memoriae mandavit. Ad vocis significationem quod attinet, *Avasis* sive *Oasis*, fortasse compositum ex ⲟⲩⲟϩ, ⲟⲩⲁϩ *habitare*, et ϫⲁⲓⲉ vel ϭⲁⲓⲉ *desertum*; unde ⲟⲩⲟϩϭⲁⲓⲉ, ⲟⲩⲁϩϭⲁⲓⲉ, *Uohsee*, *Uahsee*, *habitationes desertae* vel in *desertis* locis, οικησεις εν τῃ ερημῳ και ανυδρῳ, uti Strabo superius. Non bene Crozius, in lexico et Wilkinsius dissert. de *lingua copt.* ducunt Αυασεις vel Οασις ab ⲟⲩⲁϩⲥⲟⲓ, στεγη, *tectum*, quod mihi est ex ⲟⲩⲁϩ vel ⲟⲩⲟϩ, *tegere* Psal. CIII. 3. et ⲥⲟⲓ *trabs*. Quid enim hoc pertinet, dico στεγη *tectum*, ad *Avasis*, quae villae ac domus sunt in vasta solitudine? De Oasibus ad Occidentem Aegypti, quas alii tres, alii duas tradunt, agit Cellarius *geogr. ant.* lib. 4. Anvillius *memoir. sur l'Egypt.* pag. 187. Plura de iisdem a Davide Michaëlio, collatis Arabum scriptorum locis, disputantur in comment. ad Abulfed. pag. 21. et deinceps.

Ⲁⲩⲗⲏ Matth. XXVI. 69. E graeco petitum, nempe ab αυλη. Hoc autem ab אולם *Aulam* derivatum videtur (Vide Ⲉⲗⲁⲙ) Plural. numero scriptum ⲁⲩⲗⲏⲟⲩ Psalm. LXIIII. 4. Ex quo male Crozius constituit, vocem esse *origine aegyptiam*. Nam etiam a

ⲙⲟⲛⲏ habemus ⲙⲟⲛⲏⲱⲟⲩⲓ, et a ⲯⲩⲭⲏ ⲯⲩⲭⲏⲱⲟⲩⲓ: Quae voces notatae in elencho cod. Borg. nuper edito.

Ⲁⲫⲉ *caput*. Confer cum אף, אנף, *vultus*, *facies* in Oriente. Theb. est ⲁⲡⲉ et ⲁⲡⲏ.

Αφλοφο, *Linozostis* seu *Mercurialis* herba. Aegyptiis adscriptum vocabulum ab Apuleio *de herbis* cap. 73. et in append. Dioscor. Scribere ac interpretari praestat, ⲁϥⲗⲱϥⲟ, *carnem fatuam* vel *hebetem ac sensus expertem* faciens. ⲗⲱϥ enim est *infatuare*, ⲁϥ *caro*. Quo quidem nomine Mercurialem vocatam iudico potius ex opinione vulgi, quam ex rei veritate. Ferebant enim, si manus herbae huius succo inficerentur, liquatum plumbum impune tractari posse. Vide Bodaeum in comment. ad Theophrast. pag. 1161.

Αχι, Αχει Gen. xxxxi. 2. 18. ubi de vaccis, quas per somnium vidit Pharao, velut ascendentes e flumine, *εβοσκοντο εν τῳ αχει*, hebr. באחו. Item Sirach. xxxx. 16. *αχει επι παντος ὑδατος και χειλους ποταμου*. et Iobi viii. 11. *Numquid virere potest*, גמא *iuncus*, *absque humore*, *aut crescere* אחו *sine aqua*? Denique Isaias xviii. 7. *το αχι, το χλωρον παν τῳ κυκλῳ του ποταμου*: ubi tamen *αχι*, quod in hebraeo deest et in Complutensi editione graeca, addititium existimo. Hebraea sic habent, ערות על פי יאור, *viridia ad ripam fluminis*: quae Graecus interpres, *το χλωρον παν τῳ κυκλῳ του ποταμου*. Scholiastes autem haec una voce complectens, forsitan *το αχι* adscipsit ad oram libri, unde, opinor, in contextum sermonis irrepsit. Porro *αχι* videtur plantae, vel plantarum genus in palude nascens, uti *iuncus*, *alga*, *calamus*, *scirpus*, *carex* &c. De *Achi* Hieronymus lib. 7. in Isaiam, *Quum ab eruditis quaererem, quid hic sermo significaret, audivi ab Aegyptiis hoc nomine lingua eorum omne, quod in palude virens nascitur, appellari*. Itaque אחו *αχι* Ionathas ac Hierosolymitanus interpres reddunt גומיא *iuncos*, Hieronymus Iobi viii. 11. *scirpum*, septuaginta viri *βουτομον*, quod Suidas explicat *φυταριον παραπλησιον καλαμῳ, ὁπερ εσθιουσιν οἱ βοες*: alii *caricem*, quidam *οξυσχοινον*, quem Ovidius *acuta cuspide iuncum*. Αχι Thebaeis est ⲁⲕⲉ in reliquiis lib. medici Borg. ubi ϫⲓ ⲛⲟⲩⲁⲕⲉ ⲉϥϣⲟⲩⲱⲟⲩ, quod iuvat reddere *cape iuncum siccum*. Quidquid id sit, certe *αχι*, in quo boves a Pharaone visae pascebant ad ripam fluminis, idem esse videtur ac סוף Hebraeis; in quo ad eandem Nili ripam puer Moyses a matre expositus perhibetur Exod. ii. 3. Inde eum Ioachimi cogno-

[illegible] Sir. xl. 16. respondet τῷ ἄχει graeci textus

men, si vera est fama, traxisse coniicio: de quo sub v. *Moyses* pluribus explicabo. Quoniam quae de inferis Graeci tradiderunt, pleraque sunt ab Aegyptiis accepta (Vide Diodor. Sic. lib. 1.) fortasse *Acheron* fuerit aegypt. ⲁϫⲓⲁⲣⲟ, vel ⲁϫⲉⲓⲉⲣⲟ, *algosum*, *iuncosum flumen*, id est huiusmodi plantis obsitum. Talis autem pingitur in veteri tabula apud Pausaniam lib. 10. p. 866. Hebraeis rubrum mare ים סוף ab *alga* ac *iuncis* appellatum est. Sicuti ⲓⲟⲙ ϣⲁⲣⲓ ab Aegyptiis, a quibus Hebraeos accepisse opinio est.

Ⲁϣ, τις, ποιος, *quis*, *qualis*, *qui quae quod*. Accedit ad אשר. Etiam simplex littera ש *Schin*, *Asch*, praefixa vocibus, valet *qui quae quod* apud Hebraeos.

Ⲁϣⲁⲓ, πληθυνειν, πληθυνεσθαι, πλεοναζειν, *multiplicare*, *multiplicari*, *crescere*, *abundare*. Lege Crozium. Fit ab ⲟϣ vel ⲱϣ, *multus*, *multum*, et ⲁⲓ *facere*. Hinc, praefixa *N*, est ⲛⲁϣⲉ *multus*; vel *M*, ⲙⲁϣⲱ, ⲉⲙⲁϣⲱ *valde*, ⲙⲏϣ th. ⲙⲏⲏϣⲉ *multitudo*, *multi*; et ⲙⲁϣⲧ *crescere*, *augeri* in cod. Borg. Pariter a ⲛⲁϣⲉ fit ⲉⲛⲁϣⲱϥ *magnus*, *multus*, ⲉⲛⲁϣⲱⲟⲩ *multa*, *magna*; uti etiam ⲛⲓϣϯ *magnus*. Quandoquidem de ⲟϣ sermo heic est habitus, iuvat subiicere aliquid de nomine Osiridis; quod ex ⲟϣ a nonnullis in Aegypto derivatum tradit Plutarchus his verbis, Ενιοι δε τουνομα (Osiris) διερμηνευουσι πολυοφθαλμον, ὡς τυ μεν Ος το πολυ, τυ δε Ιρι τον οφθαλμον αιγυπτιᾳ γλωσσῃ φραζοντος. Etiam Diodorus, Osirin esse πολυοφθαλμον docet l. 1. p. 10. Iam *Os* πολυς dici ab ⲟϣ apertum est. *Iri* autem credo equidem ab ⲓⲟⲣϩ, *pupilla oculi*. Ita ⲟϣⲓⲟⲣϩ, unde *Osiri*, erit πολυοφθαλμος. Lege sis Iablonskium *Panth. Aegypt.* l. 2. c. 1. qui de hac notatione vocis, sane perfacili, non cogitans multa turbat, ac Plutarchi sententiam cuivis obviam patentemque pervertit.

Ⲁϣⲉⲃⲉⲛ ⲡⲓ, العراف, γνωστης, *sapiens*, *magus*, *ariolus* Scal. M. pag. 114. Eadem vox legitur in elencho codic. Borg. p. 128. Sed certe ⲁϣⲉⲙⲉⲛ olim scriptum. Nam *B* in *M*, et *M* in *B* facile mutatur in consuetudine sermonis. De quo plura v. Ⲃⲁϣⲟⲩⲣ. Est autem ⲡⲓ ⲁϣⲉⲙⲉⲛ, si interpretari velis, *multam scientiam afferens*: ⲟϣ, ⲁϣ *multus*, ⲉⲙⲓ *scientia*, ⲉⲛ *adducere*, *afferre*. Facilius componitur ex ⲁϣⲁⲓ πλεοναζειν, et ⲉⲙⲓ, id est *sapientia abundans*: vel simpliciter ex ⲁϣ et ⲉⲙⲓ, *multus scientia*, vel *multae scientiae* vir. Porro hoc vocabulum lucem affundit alteri, cuius vim hactenus prisci ac recentiores interpretes ignorarunt. Id est חשמנים

Hasemanim, quod habetur Psalm. LXVIII. 32. ubi *Venient Hasemanim ex Aegypto*. Latinus enarrator *legati* ex graeco πρέσβεις. Plerique *magnates*, *proceres*, *principes*. Sed suae ipsorum interpretationis rationem non afferunt; quum verbum ex hebraeis fontibus facile derivari non possit. Enim vero aegyptiam vocem esse, tum res ipsa loquitur, tum fatentur Hebraei doctores apud Bochartum in *respons. ad Salmas.* Habes iam, ni fallor, explicatam. Est enim חשמנים *Hascemenim* (nam ita enuncianda) eadem atque Ⲁϣⲉⲙⲉⲛ, *magi*, *sapientes*, ים *Im* syllaba subiecta, qua pluralia ab Hebraeis terminantur. Sensus est igitur, *Venient magi ex Aegypto*. Huic intellectui consentanea est Symmachi interpretatio ἐκφάναντες. Namque occulta pandere ac sapientiam tradere, id magi ac divini proprium est. Uti ex ⲁϣⲉⲙⲉⲛ hebr. חשמנים, factum ⲁϣⲉⲃⲉⲛ; ita ex חשמל *Hasciamal*, *oricalchum*, Aegyptii ⲕⲁϣⲁⲃⲉⲗ, de quo infra.

Ⲁϣⲓⲛⲥⲑⲟⲓ, *mentha*, herba odorata Matth. XXIII. apud Crozium: item in Scal. M. pag. 179. Alias legitur ⲁϭⲓⲛⲥⲑⲟⲓ. Etiam ⲁϭⲓⲛⲛⲥⲑⲟⲓ, quod ego tamen vitiosum existimo. Kirkerus quidem ⲁϣⲓⲛⲥⲑⲟⲓ *myrthum* reddit; Arabs autem interpres ريحان, quod spectata significatione vocis, est herba vel frutex *suaveolens*: itaque et *mentham* et *myrthum* et *ocimum*, ut in Avicenna, denotare potest. Sed ⲁϣⲓⲛⲥⲑⲟⲓ vel ⲁϭⲓⲛⲥⲑⲟⲓ omnino est ἡδύοσμον tum Matth. loco cit. tum Lucae XI. 42. Quod etiamsi per se plantam exprimat *grati odoris*, uti ريحان arabice; Graeci tamen menthae proprium fecerunt, quod est a Plinio notatum lib. 19. cap. 8. *Menthae nomen*, inquit, *suavitas odoris apud Graecos mutavit, quum alioqui Mentha vocaretur. Unde veteres nostri nomen declinaverunt*. De quo Plinii loco inferius v. *Mentha* sermo erit. Idem dicas de ⲁϣⲓⲛ ⲥⲑⲟⲓ, quod ita mihi videtur explicandum, herba *valde odorata*. Nam ⲥⲑⲟⲓ *odor* est, ⲁϣⲁⲓ vel ⲁϣⲓ *multus*. Denique etiam *Mentha* eodem pertinet; seu plantam odoris suavitate praestantem signat: uti suo loco planum faciam. Ad ⲥⲑⲟⲓ vero quod spectat theb. ⲥⲧⲟⲓ, ὀσμὴ, ἥδυσμα, ἄρωμα; et ⲥⲑⲟⲓ ⲛⲟⲩϥⲓ θυμίαμα, vel ⲥⲑⲟⲩ ⲛⲟⲩϥⲓ, notanda similitudo inter ⲥⲑⲟⲓ seu ⲥⲑⲟⲩ, et θύος *suffitus*, *thymiama*, ex quo *thus* fecerunt Latini. Theb. etiam ⲥϯ ⲛⲟⲩϥⲉ *thus*, et ⲥϯ ⲛⲟⲩϥⲉ ⲛⲕⲉⲙⲉ, vel tantum ⲥϯ ⲛⲕⲉⲙⲉ *thus nigrum* in lib. medic. Borgian. Idem memph. ⲥⲑⲟⲓ ⲛⲟⲩϥⲓ ⲛϫⲁⲙⲓ, ⲥⲑⲟⲓ ⲛϫⲁⲙⲓ. Gen. III. 21. apud Tukium *gram. copt.* p. 301. ⲥϯ ⲛⲟⲩϥⲉ, εὐωδία.

Ϫⲁϣⲓⲣⲁ ϯ, الحربا, *chamaeleon* animal Scal. M. pag. 172. Fit Ϫⲁϣⲓⲣⲁ, a حشرة *serpens*, *reptile*, *animalculum*, *bestiola venenata*, *degens in terrae latebris* : quae chamaeleonti sane conveniunt. Quare ab Arabibus chamaeleon censetur inter الحشرات *Alchascirath*.

Ϫⲁϣⲕⲁⲕ, *κραζειν*, *clamare* theb. Iobi xxxviii. 41. in cod. Borgian. Iohan. xii. 13. 44. in Nanian. Item ϫⲓϣⲕⲁⲕ *κραζειν* Matth. xx. 30. in iisdem codic. Verbum est ϣⲕⲁⲕ, quod certe a זעק *clamare* hebr. chald. syr. samar. arab. vel a צעק pariter *clamare* hebr. chald. aethiop. Iam *τῷ* ϣⲕⲁⲕ *A* praefigitur in ⲁϣⲕⲁⲕ : quod Aegyptii saepe faciunt in verbis a Scin incipientibus, maxime quum altera consonans sequitur. Cuius rei caput ac fons, illud est, quod quum consonae nequeant absque vocalibus proferri; has Orientales quidem consonantibus postponere consueverunt : Aegyptii autem et ipsi subiiciunt plerumque; sed interdum etiam praeferunt. Itaque illi זעק vel צעק, *Zagak* forsan vel *Tsagak*; namque Aiin saepe, ut *G*, enunciant. Contra Aegyptii ϣⲕⲕ, modo ⲁϣⲕⲁⲕ efferunt, modo, si libuerit, *Sciakak*. Ita שפה *labium*, in Oriente proferunt *Sapha*; at in Aegypto *το* ⲥⲡⲓ, nunc ⲥⲁⲡⲓ, nunc ⲁⲥⲡⲓ. מתן *quiescere*, illi *Matan* : hi *το* ⲙⲧⲛ, ⲙⲟⲧⲉⲛ et ⲉⲙⲧⲟⲛ. שגא *Sega*, *multiplicare*, Aegyptii ⲁϣⲁⲓ. רמון *Rimmon*, *malum punicum*, ⲉⲣⲙⲁⲛ &c. Superest ϫⲓϣⲕⲁⲕ : in quo *τῷ* ϣⲕⲁⲕ praepositum ϫⲓ. Sed est eadem fere significatio. Huic similia non pauca in lingua aegyptia. Tale est ϫⲓϭⲟⲗ *furari* theb. a ϭⲟⲗ; ϫⲓϣⲟϫⲛⲉ *consilium inire* a ϣⲟϫⲛⲉ *consilium capere* &c.

Ϫⲁϣⲙⲓ ϯ, الفتيلة, *ellychnium* Scal. M. pag. 231. Kirkerus *linum*, *myxus*. Venit in mentem, vocem esse compositam ex ⲁϣ *suspendere*, *appendere*, et ⲙⲁϩⲓ *linum*; unde ⲁϣⲙⲁϩⲓ, *appensus*, *pendens lini funiculus*, *myxus*, *ellychnium*. Ex ⲁϣⲙⲁϩⲓ usu loquendi factum ⲁϣⲙⲓ.

Ϫⲁϣϫⲟ, *multiplicare*, in vit. Simeonis ex cod. Borg. Ϫⲁϣϫⲟ non esse a שגא *multiplicari*, *augeri* diversum, evidens et apertum et. *A* vero initio appositum, ut in ⲁϣⲕⲁⲕ, quod aeque ad צעק, unde oritur, quomodo ⲁϣϫⲟ ad שגא, se habet (Lege v. Ϫⲁϣⲕⲁⲕ). Pro ⲁϣϫⲟ etiam ϣϫⲟ scriptum opinor; unde ϣϫⲉ *locusta* : de quo infra.

Ϫⲁϥ, الذبابة, *musca* Scal. M. pag. 173. theb. ⲁϥ, interdum ϩⲁϥ Mich. iii. 3. in cod. Borg. Ϫⲁϥ ⲛⲉⲃⲓⲱ, *μελισσα*, *apis*, ad verbum *musca mellis*. Ϫⲁϥ ⲛⲟⲩϩⲟⲣ, *κυνομυια*, *musca canina* Exod.

VIII. 21. 22. ⲛⲓ ⲁϥ ⲁϥⲃⲓⲟⲩ, σφηκιαι, *vespae* XXIII. 28. Sed ⲁϥⲃⲓⲟⲩ fortasse a ⲛⲉϥⲃⲓⲱ non differt spectata origine, ut olim commune nomen fuerit apum ac vesparum: quae postea tenui quodam vocis ac scripturae discrimine distingui coeptae. Vespae enim certe ad genus apum pertinent, licet specie discrepent, et ipsas quoque mel conficere observatum est, quod testimoniis veterum confirmat Bochartus *Hieroz.* part.2. Quamquam si ⲁϥⲃⲓⲟⲩ ab ⲁϥⲃⲟⲛ derivetur, fortasse aptior haec vesparum seu crabronum appellatio fuerit. Venio ad ⲁϥ. Id ab Oriente petitum credo, nempe ab אסף *Asaf*, *circumire*, *circumrotari*, quod muscarum atque apum maxime proprium est: Unde illud in Psalmis, *circumdederunt me*, *sicut apes*. Contra ab ⲁϥ duci potest *apis*, praesertim quum aliae vocis origines, quas apud Vossium reperies, mihi parum probabiles videantur.

Ⲁϥⲗⲉⲗⲓ, *lacerta* Lev. XI. 30. Credo nomen tributum a muscis capiendis: nam ⲁϥ *musca*, ⲉⲗ *capere*, ⲉⲗ ⲉⲗ *captare*. Quare ⲁϥⲗⲉⲗⲓ sive ⲁϥⲉⲗⲉⲗⲓ erit *muscas captans*, quo scite animantis ingenium notatur. Hesychius v. Κωλωτης, *stellio*, lacertae genus, ευστοχως. ait, αλλεσθαι περι τας μυιας, *solerter in muscas adsilire*. Et Augustinus *confess.* lib. 10. cap. 35. *Quid, cum me domi sedentem stellio muscas captans, vel aranea retibus suis irruentes implicans saepe intentum facit?*

Ⲁϧⲱⲙ, ⲁϧⲱⲙ, αετος, *aquila* Psal. CII. 2. Deuter. XIIII. 12. Est ipsum عكرم *Acum* vel *Acom*, *aquila* arab. Quod nomen ego ortum puto ab אכם *Acam*, quod apud omnes fere orientales *nigrum* ac *nigrescere* significat, permutatis Aleph et Aiin, quod Arabibus in usu est. Etiam Samaritae *nigrum* ܐܟܡ, et ܥܟܡ, seu modo cum Aleph, modo cum Aiin scribunt. Igitur erit عكرم, proprie *nigra aquila*, μελαναιετος, de qua Plinius lib. 10. cap. 3. ex Aristotele. Quamvis, ut fieri solet nomine latius accepto, eodem postea quaevis aquila appellata sit.

Ⲁϩⲁ, ⲁϩⲏ, ⲁϩⲉ, *ita*, *profecto*. אך hebr. idem fere significat.

Ⲁϩⲓ, ζωη, *vita*, theb. ⲁϩⲉ. Est in toto fere Oriente חיה *vixit*. In Aphel chald. syr. אחי vel אחי *Ahe*, *Ahi*, *vitam tribuit*. חי. חיי, *vivum*, *vivens*. Quin ab his sit ⲁϩⲓ et ⲁϩⲉ, non videtur dubitari posse.

Ⲁϫⲟ ⲛⲓ, الجرب, *scabies*, *impetigo* apud Kirkerum pag. 13. et apud Tukium *gram. copt.* p. 649. Convenit cum ⲛⲛ, *impetigo*,

scabies chald. quod legas *Hazza* vel *Haggia*. Nam *Z*, ut *G*, saepe effertur, de quo v. Ϫⲱϫ. Simile حزاز *impetigo* arab. Adspirationem negligi solere, praesertim initio vocis, saepius notavi.

Ⲁϫⲱ الاحدب, *incurvus*, *gibbus* Scal. M. pag. 74. Fortasse ab ماج *Aga*, *curvum*, *inflexum esse*, vel ab اعوج *Aaugo*, *curvus*, *inflexus*. Est etiam ϫⲉ, κυρτος, *gibbus* Levit. xxi. 20.

Ⲁϫⲱ ⲛ̀ϯ, εχιδνα, *vipera* Sophon. ii. 14. Matth. iii. 7. Dicitur, uti reor, ab ⲁϣⲱ *pernicies*, *exitium*. ϯ ⲁϣⲱ *exitium ac mortem afferens*. Relege Ⲁⲕⲱⲡⲓ.

Ⲁϭⲛⲓ, μωμος, ρυπος, σπιλος, *macula*, *sordes*, *labes* Dan. i. 4. epist. ad Ephes. v. 27. Iudae v. 12. ϩⲓⲁϭⲛⲓ σπιλουν, *maculare* Iacobi iii. 6. Facile ⲁϭⲛⲓ seu ϭⲛⲓ (*A* quippe initio vocis saepius adiungitur; de quo v. Ⲁϣⲕⲁⲕ) facile, inquam, refertur ad شان *Sana*, *maculare*, *foedare*; vel ad גנא, *macula*, *turpitudine afficere* chald. גנלא *turpitudo*, *foeditas* sam. Nam ϭ Aegyptii perinde, ut ϫ *G*, accipiunt atque usurpant. Adde, quod etiam ⲁϫⲛⲓ in usu est: unde ⲁⲧⲁϫⲛⲓ *immaculatus* in *Encom.* Macarii episc. Item ⲁϫⲛⲓ. Ab ⲁϭⲛⲓ μωμος fit ⲙⲉϩ ⲛⲛⲁϭⲛⲓ μωμητος, quasi *plenus vitiis* aut *maculis*.

Ⲁϭⲟ, الابط *axilla* Scal. M. pag. 77. et 260. Verosimiliter a curvitate, vel cavitate cognominata est. Nam ⲁϫⲱ *curvum* significat. Sic etiam in Oriente שחה vel שח *axilla* a verbo שחח, quod est *incurvari*, nomen traxit.

Ⲁϭⲟⲗⲧⲉ, ἁμαξα, *plaustrum* theb. Isai. xxxxi. 15. apud Shenuthum in elencho codicum Borg. pag. 458. ubi τροχως ἁμαξης, ⲛϩⲉⲛⲕⲟⲧ ⲛⲁϭⲟⲗⲧⲉ, *rotas plaustri* vel *axis*. Ducitur ⲁϭⲟⲗⲧⲉ ab אפל *axis*: cui propius est ⲁϭⲟⲗ memphit. pag. 75.

Ⲁϭⲣⲏⲛ, ⲁⲧϭⲣⲏⲛ, στειρα, *sterilis* Gen. xxv. 21. xi. 30. Exod. xxiii. 26. Deuter. vii. 14. Venit ab עצר *Atsar*, quod est *claudere*, *cohibere*, specialiter *obstruere* uterum feminae, ne pariat. Ita Gen. xvi. 2. עצרני, *occlusit me Dominus*, *ne pariam*, ait Sara. Et xx. 18. עצר עצר י, *claudendo clauserat omnem uterum Dominus*. Proverb. xxx. 16. עצר רחם, *obstructio vulvae*. In Isaia cap. 66. 9. עצר per se solum, *uterum occludere* designat. Vocis originem indicat ipsa scripturae diversitas. Quum enim Tsade plerumque ut *TS*, sed aliquando, velut *S*, olim proferrent; de quo Bochartus in *Phaleg.* lib. 2. cap. 30. idcirco Aegyptii modo ⲁⲧϭⲣⲏⲛ scripserint, modo **ⲁϭⲣⲏⲛ**. **Quare non est** ⲁⲧϭⲣⲏⲛ vitiosa lectio, ut Crozio visum.

B

ⲂⲈⲂⲈ, ⲂⲀⲂⲈ, *fatuus*, *vanus*, *stultus*, *loquax* theb. ⲉⲣⲃⲁⲃⲃⲉ, μωραινειν, μωραινεσθαι Matth. v. 13. ⲂⲀⲂⲈⲢϢⲒⲘⲈ, *fatuus*, *garrulus homo*, ⲙⲉⲧⲃⲁⲃⲉⲣϣⲓⲙⲉ, *fatuitas*, *loquacitas*, in elencho cod. Borg. pag. 476. in adnot. Fere idem habent Graeci. His enim βαβαξ est ματαιος, λαλος, φλυαρος apud Hesychium. Similiter *Babulus* in Apuleio *Metamorph.* 4. est *fatuus*. Et stolidus quidam aetate Senecae *Baba* cognominatus apud eundem in *Apocolocynth.* Et *Baburrus*, *stultus* in glossis Isidori: et in aliis *Baburra*, αφρων, ανοητος, ματαιος. Eodem spectat βαβαζειν, το μη διηρθρωμενα λεγειν: et βαβια, *infantes pueri*, aeque ac βαβια puerorum Dea apud Syro-Phoenices teste Damascio in Bibl. Photii. Item βαβαλειν et βαμβαινειν: unde Italis *Bambino*, *Bambolo*. Forsitan *Babe*, cui nulla sententia subest, sed tamen utcumque, loquentem denotat, omnium fons et origo; ut *Babe*, tamquam onomatopoeia videatur.

Βαβιβυρυ, *pastinaca*, σταφυλινος. Ita in Aegypto appellatam, est in append. Dioscoridis ad cap. 59. lib. 3. Meo iudicio nomen fuit huiusmodi ⲡⲁ ⲃⲉⲃⲓⲣⲓ vel ⲡⲁ ⲃⲉⲃⲓⲣⲉ, id est, *qui ad bryoniam pertinet*, seu *bryoniae similis*. Nam ⲃⲉⲃⲓⲣⲉ esse videtur *bryonia* herba. Ut enim graece βρυωνια dicitur a βρυον *muscus*, quod est απο του βρυειν, sicuti docent grammatici; ita a ⲃⲉⲃⲓ, coptice βρυειν, fuerit ⲃⲉⲃⲓⲣⲓ aut ⲃⲉⲃⲓⲣⲉ, addito verbo ⲓⲣⲓ seu ⲣⲉ; quod spectata vocis significatione, saltem aevo sequiori, βρυωνιαν exprimit. Igitur ⲡⲁⲛ ⲃⲉⲃⲓⲣⲓ utique erit *bryoniae similis*, id est *pastinaca*. Hanc enim Graeci ideo σταφυλινον vocant, quia σταφυλιν (quod etiam nomen bryoniae tributum) sive radice sive alia re speciem quamdam referat; uti notant Lobelius, Bodaeus et alii multi. Haud scio, an etiam βρυον Copti ⲡⲓ ⲃⲉⲃⲓ dixerint. Sed certe tanta in caeteris consensio est; ut omnino vel coptica Graeci, vel, quod est multo verius, graeca Copti imitari atque exprimere voluisse videantur.

Ⲃⲁⲓ ⲡⲓ, السعف, *ramus palmae* Scal. M. pag. 263. ϩⲁⲛ ⲃⲁⲓ *rami palmarum* Iohan. xii. 13. theb. ⲃⲁϩ eodem loco. Graece dicitur βαϊς vel βαϊον. Hesychius Βαϊς, ραβδος φοινικος, και Βαϊον. Vox graeca habetur cit. loco Ioh. et Macchab. lib. 1. cap. 13. vers. 51.

Hinc ἡ βαϊ̈ς (subaudi ῥαβδος) *virga palmea* eodem cap. 13. vers. 37. nisi cum Sopingio ad Hesych. legamus pro την βαϊνην ην απεςειλατε, sic την βαϊν, ην απεςειλατε. Inde etiam ἡ βαϊοφορος (scilicet ἑορτη) appellatur a Graecis Patribus *festum palmarum*, vel των βαϊων ἡ ἑορτη, vel κυριακη των βαϊων. Arabes similiter a ⲃⲁⲓ vel βαϊς vocant الباعيه *palmarum festum*. Iam βαϊς certe Graeci ab Aegyptiis, apud quos olim in usu fuisse a Chaeremone Alexandrino discimus: cuius insignem locum de instituto vitae sacerdotum adfert Porphyrius lib. 4. περι αποχης των εμψυχων, et ex Porphyrio Hieronymus lib. 2. advers. Iovinian. cap. 9. ubi, κοιτη δε αυτοις εκ των σπαδικων τε φοινικος, ἁς καλυσι βαϊς, επεπλεκτο: quae ita Hieronymus, *cubile eis de foliis palmarum, quas βαϊας vocant, contextum erat*. Ⲃⲁⲓ est etiam βραβειον, *praemium certaminis* ad Philipp. III. 14. I. Corinth. VIIII. 24. Namque victori palma dabatur. Quare in veteri glossario, βραβειον, *brabium*, *palma*. Etiam Graeci recentiores βαϊν pro pugnae praemio adhibent, ut Zacharias Papa lib. 3. cap. 7. της νικης βαϊν et cap. 9. extr. ανευ αγωνος εκ εςιν νικης βαϊν αραι.

Βαιηθ, *accipiter*. Horus *Hieroglyph.* lib. 1. cap. 7. Ετι γε μην και αντι της ψυχης ὁ ἱεραξ τασσεται εκ της τε ονοματος ἑρμηνειας. καλειται γαρ παρ' Αιγυπτιοις ὁ ἱεραξ Βαϊηθ. τυτο δε το ονομα διαιρεθεν ψυχην σημαινει και καρδιαν. εςι γαρ τε μεν βαϊ ψυχη· το δε ηθ καρδια. ἡ δε καρδια κατ' Αιγυπτιυς ψυχης περιβολος. ὡςε σημαινειν την συνθεσιν τε ονοματος ψυχην εγκαρδιαν. αφ' ε και ὁ ἱεραξ δια το προς την ψυχην συμπαθειν, ὑδωρ ε πινει το καθολε, αλλ' αιμα, ῳ και ἡ ψυχη τρεφεται. Iam ηθ, quod ait Horus denotare *cor*, hodie Copti scribunt ϩⲏⲧ. Βαϊ autem *anima*, est opinione mea, quam dicunt ⲃⲁϩⲓ *vita*, cum articulo ⲡⲃⲁϩⲓ. Etymon tamen sive interpretationem τε βαϊηθ nequaquam probo. Neque enim verisimile est, vetustissimos Aegyptios, quum primum accipitrem βαϊηθ denominare coeperunt, studiose hoc nomen ex βαϊ atque ηθ composuisse propterea, quod βαϊ *animam* exprimat, ηθ *cor*. Equidem non dubito, adeo artificiosas vocabulorum notationes ab ingenio sacerdotum, vel theologorum Aegyptiorum profectas; easque, licet interdum antiquae sint, multo tamen esse ipsa inventione atque usu vocum, quae a prima gentis ac linguae origine exordium ducit, recentiores. Habe veriorem, ut mihi videtur, nominis rationem.

Ⲃⲁïⲏⲑ est ab עיט *Ait* hebr. qua voce aves rapaces, quaeque in praedam irruunt, significantur, accipitres, milvi, vultures, aquilae. Hoc autem a verbo עיט, quod est *advolare*, *irruere* volucrum rapacium more. Nam τῷ *Ait* praeposito artic., habes *Pait*, *Bait* : quod postea *Baiet* scripsere, qui animae et cordis significationem in eo latere commenti sunt, quum veram vocis originem ignorarent. Deuter. xiiii. 17. edit. Wilkins. scriptum ⲃⲁⲓ *accipiter* pro ⲃⲁⲓⲧ, et in Scal. M. pag. 167. ⲃⲁⲓⲥ, littera *T* in *S* commutata. Ab eodem nomine עיט *Ait*, de quo supra, etiam αετος est ortum. Sed hoc Graeci aquilarum proprium; illud Aegyptii accipitrum fecere.

Ⲃⲁⲕϣⲁⲣ, βυρσευς, *coriarius* Actor. viiii. 43. Conjuncta vox est ex ϣⲁⲣ *corium*, *pellis*, et ⲃⲁⲥ *scindere* : unde, littera *K*, ut in aliis, inserta, fit ⲃⲁⲕⲥϣⲁⲣ, ⲃⲁⲕϣⲁⲣ.

Ⲃⲁⲗⲕⲟⲩ, *urceus*, *hydria*. In vit. SS. ad *Lausum* ⲟⲩⲃⲁⲗⲕⲟⲩ ⲙ̀ⲙⲱⲟⲩ, et alibi in codic. Borg. Hinc ortum conjicio βαυκαλις aut βαυκαλιον apud Graecos recentiores. Hanc enim aegyptiacam sive alexandrinam esse vocem traditum est. Philostorgius hist. lib. 1. cap. 4. αγγους οστρακινου σχημα, ἅπερ και βαυκαλας Αλεξανδρεις ειωθασιν ονομαζειν. Cassianus *Institut.* lib. 4. cap. 16. de Aegypti monachis, *Si quis*, inquit, *gillonem fictilem*, *quem baucalem nuncupant*, *casu aliquo fregerit &c.* Quae sumpta ex Pachomii regula. Inde nomen loci βαυκαλεως non procul Alexandria, a Niceta apud Cangium memoriae traditum, repetendum credo; quod ea de caussa fortasse est inditum, quia illic huiusmodi figlina vasa conficerentur. Nam βαυκαλιν proprie dictum fuisse fictile vas, habes etiam a glossario Camberonensi in eodem Cangio, ubi *Gillo*, *vas fictile*, *id est baucalis*. A βαυκαλις seu *baucalis* forsitan Itali *boccale*, Galli, Hispani, Arabes *bocal*. Convenit cum his origo του ⲃⲁⲗⲕⲟⲩ, quod equidem a ⲃⲉⲗϫ, οστρακον, *testa* nihil dubitans peto, quasi κεραμιον sive οστρακινον αγγος : quae ipsa baucaleos apud laudatos scriptores significatio est.

Ⲃⲁⲗϩⲏⲧ, *simplex*, *sine dolo*. In Hom. Theodosii episc. Alexandr. ϯ ϩⲓⲉⲃⲓ ⲙ̀ⲃⲁⲗϩⲏⲧ, item Homil. S. Euchodii in codic. Borg. id est *agna simplex*, *sine dolo*. Etiam theb. ⲃⲁⲗϩⲏⲧ legitur Prov. 1. 4. apud Tukium p. 245. ubi graece ακακος : et Hierem. xi. 19. p. 382. ⲟⲩ ϩⲓⲉⲓⲃ ⲛ̀ⲃⲁⲗϩⲏⲧ, gr. αρνιον ακακον. Acceptum vero est ⲃⲁⲗϩⲏⲧ *Balhet* mea sententia ab Arabibus, apud quos بلها *Balha* fem. generis, *simplex* est ac *doli expers* a verbo

بله *simplex ac minime malus fuit*. *T* littera adiecta more Aegyptiorum. Sed etiam ⲂⲀⲖϨⲎⲦ componi primum potuit ex بله atque ϨⲎⲦ, id est *simplici corde*, *simplex*. Nam hybridae voces non desunt in Aegypto. Quod si cui placeat acutior interpretatio; quoniam ⲂⲀⲖ Aegyptiis est *oculus*, ϨⲎⲦ *cor*, simplex dicatur, cuius *oculi cor*, id est cum corde consentiunt. *Nulla* enim *ex parte*, inquit Plinius lib. 11. cap. 37. *maiora animi indicia*..: *quippe in oculis animus habitat*. Porro aperti ac simplices animi sensus vultu atque oculis manifestant: contra versuti tegunt, nec, quid velint, aut quomodo affecti sint, adspectu produnt.

.... باميه *Bamia* planta in Aegypto, quam describit Alpinus cap. 17. An habet nomen ab ⲞⲨⲰⲘ, ⲞⲨⲈⲘ, ⲞⲨⲀⲘ, *edere*, *vesci*, velut ⲞⲨⲀⲘⲒ *vesca*? *Vami* Copto-Arabes باميه *Bamia*: namque *V* consonantem mutare solent in *B*. Enim vero ita de hac planta Alpinus: *Ab ea fructus fiunt similes parvis cucumeribus*, *qui semina parva continent*; *quae apud illam gentem ad cibos in usu exsistunt*; *ex quibus seminibus*, *non secus ac nostri ex phaseolis*, *pisis aliisque leguminibus*, *fercula parant*: *frequentissimeque his ferculis vescuntur*, *plerumque in iure carnium paratis*.

ⲂⲀⲢⲎⲒⲦ, χιμαρος, *hircus* Levit. xvi. 15. et alibi. Congruit sane *Bareit* cum ברחא *Bareha*, *hircus*, *caper*, *dux gregis* chald. syr. Nam Ⲧ Copti persaepe, sive in medio vocum interserunt, sive in fine subiiciunt. A ברחא etiam est αριχα, αρρεν προβατον, *aries* apud Hesychium, sane idem ac βαριχα, sicut βαριχοι, αρνες apud eundem. *Barehha* enim explicatur etiam generatim *dux gregis*, cuiusmodi sunt aries vel hircus. Similia item in Hesychio βαρειον vel βαριον, προβατον; et βαρα, θρεμματα apud Lacones.

ⲂⲀⲢⲒ القارب Scal. M. pag. 133. *navicula*, *scapha* apud Aegyptios. Quod etiam notat Herodotus in Euterpe sect. 96. ubi de Aegypto.. Και ελκει, inquit, την βαριν· τουτο γαρ δη τουνομα εστι τοισι πλοιοισι τουτοισι. Aeschylus in *Supplic.* vers. 880. αιγυπτιαν βαριν. Ammonius περι ὁμοιων &c. Βαρις, αιγυπτιον πλοιον. Mitto caeteros. Quare Euripides *Iphig. in Aul.* vers. 297. βαρβαρους βαριδας dixit. Non igitur ab Ionibus repetenda vox, uti Corinthus scribit, et ex Corintho Favorinus: quod est a Wesselingio adnotatum. Nec dicitur a *Bari* urbe Persidis, ut in scholiis Aeschyli ad *Persas* vers. 553. Sed est nomen Aegyptiis proprium atque usitatum: quod

ipsi tamen, ut mea fert opinio, Hebraeis acceptum debent. *Bari* enim ab עברה *Abara*, *navis transitoria* dici puto, quod ab עבר *transire* ducitur. Haec autem proprie *Bari* vocabatur in Aegypto: idque nomen praecipue datum cymbae, qua mortuorum corpora Acherusiam paludem transmittebant, uti Diodorus lib. 1. cap. 96. *το μεν διακομιζον τα σωματα πλοιον βαρις καλειται*, et vetus epigramma ad eum locum a Wesselingio recitatum. In *Bari* porro excidit *A* initio vocis, quae in *Abara* cernitur. Sed hoc frequentissime fieri ostendit Vossius de *permut. litter.* et Bochartus *Chanaan* lib. 2. cap. 12. Sic ab ⲁⲧⲟⲟⲩⲓ interdum ⲧⲟⲟⲩⲓ, ex ⲁⲃⲁϫⲏⲓⲛ ⲃⲁϫⲏⲓⲛ, ex ⲁⲑⲣⲏⲃⲓ ⲑⲣⲏⲃⲓ, et ⲁⲟⲩⲱⲛ ac ⲟⲩⲱⲛ *aperire*, ⲁⲣⲟⲩϩⲓ et ⲣⲟⲩϩⲓ *vesper*, ⲣⲟⲟⲩⲧ et ⲁⲣⲟⲟⲩⲧ *stipulae*, ⲁⲙⲟⲛⲓ et ⲙⲟⲛⲓ, et alia huiusmodi. Aliud est verbum *Baris*, quod Palaestini dicebant, auctore Hieronymo in explanat. psalmi 44. ad Principiam. Βαρις, inquit, *verbum est επιχωριον Palaestinae; et usque hodie domus ex omni parte conclusae, et in modum aedificatae turrium ac moenium publicorum, βαρεις appellantur*: Et scholiastes ad Psalm. CXXII. 7. *βαρεις επιχωριως λεγονται παρα Συροις αι μεγαλαι οικιαι*. Iam *Baris* ita acceptum, videtur idem ac בירה, *regia*, *palatium*, *turris*, quemadmodum a doctis animadversum est. Quare pro בירה, chald. בירתא, Daniel. VIII. 2. et Esdrae VI. 2. interpretes Alexandrini *βαριν* posuere: alibi reddunt *οικοδομην*, *οικον*, *πολιν*. Iidem *βαριν* interpretati ארמון, quod hebr. est *palatium*, *arx*, II. Paralip. 36. 19. Psal. XXXXVIII. 4. Thren. II. 5. Sed Psalmo CXXII. 7. *πυργοβαρεις* pro ארמנות. Omnes τῆς *βαρις* significationes complectitur Hesychius, Βαρις· *πλοιον*, *η τειχος*, *η στοα*, *η πυργος*· Et Suidas Βαρεις· *πλοια*, *τειχη*, *στοαι*, *αυλαι*, *πυργοι*, *σφαιραι*.

ⲂⲀⲢⲞϨ ⲚⲒ, العلافين, *saginatores* Scal. M. p. 115. Est a בריא, *pinguis*, *saginatus*. Femin. בריאה vel בראה; et בריה, *pinguis*, *saginata*, *saginatum*, *pingue*, *opimum*. Haec autem a verbo ברא, quod in Hiphil est *saginare*. Eadem fere apud Chaldaeos. *Saginantes* graece *σιαινοντες*. Aristoteles lib. 8. cap. 6. *histor. animal.* *σιαινοντες τας ὑς*.

ⲂⲀⲤ, *scindere*, *secare* ad Hebr. XI. 37. graece *πριειν* vel *πριζειν*, quod proprie est *serra secare*: itaque glossarium vetus Stephanianum *πριζω*, *serro*. Ea de caussa Coptus interpres hoc loco τῷ ⲂⲀⲤ addit ⲚⲂⲀϢⲞⲨⲢ *serra*. Est etiam ⲂⲀⲤⲒ *πριζειν* Amos 1. 3.

Convenit ⲃⲁⲥ, ⲃⲓⲥⲓ cum פוץ et בצע *scindere*, *findere* in Oriente. Copti enim saepe *A* ultimam abiiciunt, vel in *I* vertunt: Zain autem ac Tsade, quibus litteris carent, saepe per *S* mollius enunciant. Exod. xx. 25. apud Wilkinsium scriptum ⲟⲩⲁⲥ *Vas*, τεμνειν, sic ϧⲉⲛ ϩⲁⲛⲱⲛⲓ ⲁⲩⲟⲩⲁⲥⲟⲩ (fort. ⲉⲩⲧⲁⲩⲟⲩⲁⲥⲟⲩ) graece λιθους τμητους. Adde ⲟⲩⲱϣ *fissura*, ⲡⲟⲩⲱϣ *findere* theb. in elencho cod. Borg. p. 589.

Ⲃⲁⲥⲛⲏⲧ, χαλκευς, *faber aerarius* II. ad Tim. IIII. 14. Fortasse non erravero, si ⲃⲁⲥⲛⲏⲧ duxero a *βασανος*, *βασανιζω*, *βασανιζω*, *βασανιστης*. Hi enim opifices metalla probant, examinant, excoquunt, conflant, multisque modis, ut ita dicam, excruciant. Βασανος porro cum caeteris putant aliqui a בחן orta, conversa, ut fieri solet, Chet in *S*. Est autem בחן *explorare*, *probare*, *tentare*: quo verbo etiam probatio metallorum aliquando in scripturis exprimitur.

Ⲃⲁϣⲓ ⲛⲓ, *cadaver* in hist. martyr. Iohan. jun. ex cod. Borg. Arbitror a באש *Baasc*, *foetere*, *putrescere* vocatum: באש *Baisc Boesc*, *foetor*.

Ⲃⲁϣⲟⲣ, αλωπηξ, *vulpes* Matth. VIII. 20. Luc. XIII. 32. Idem nomen est apud Graecos *βασσαρα*, *βασσαρος*, *βασσαρις*, *βασσαρη*, *βασσαριον*. Βασσαρια in Libya memorat Herodotus lib. 4. pag. 192. Unde Hesychius, *βασσαρια*, *τα αλωπεκια· οι Λιβυες λεγουσι*. Idem supra, *βασσαρη*, *παρα Κυρηναιοις*. Vocabulum vero Graecis, Libybus, Cyrenaeis et Aegyptiis commune, a בצר *Batsar*, *Bassar*, *vindemiare*, probabiliter derivari potest: a quo *Bassarei* nomen Baccho attributum ducit Bochartus *Chanaan* lib. 4. cap. 18. Vulpes enim uvarum esse avidissimas, ac vineas depasci vulgatum est. Sufficiat illud Cantic. II. 15., *Capite nobis vulpes parvulas, quae demoliuntur vineas*. Etiam ⲃⲟⲓϣⲓ vulpem in Aegypto appellatam invenimus: De quo infra erit sermo.

Ⲃⲁϣⲟⲩⲣ, *serra* epist. ad Hebr. XI. 37. Non est aliud a מְשׂוֹר vel מסר, *serra* hebr. chald. seu منشار arab. Quae sunt a verbis נסר et نشر *dissecare*, *findere*, et נשר hebr. quod in Hiphil *findere*, *serra secare*. *M* mutata a Coptis in *B*; quod saepe fieri solet. Tale est ϣⲱⲗⲉⲃ et ⲧⲱⲗⲉⲙ *macula*, ϭⲉⲣⲱⲃ et ϭⲉⲣⲱⲙ *baculus*, ϩⲓⲛⲏⲃ et ϩⲓⲛⲓⲙ *dormitare*. Eodem modo a ϫⲉⲙⲛⲟⲩⲧ, quod hodie efferunt *Semanud*, *Semanutha*, factum *Sebennytus*. Pro ⲕⲁⲙ-

καβαῦ noctua, Copti ⲕⲁⲕⲕⲁⲙⲁⲩ; et ⲉⲙⲏⲣ ab עבר *Eber*, *ultra*; ⲁⲛⲉⲃⲓ pro *ανεμη*, *ventus* in vit. Macarii Aegyptii, ubi ϥⲕⲱϯ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉⲃⲓ, *convertitur*, *uti ventus*, graece *στρεφεται*, *ὡς ανεμη* in *Apophthegm. Patrum* pag. 529. apud Cotel. Adde ⲁϣⲉⲛⲃⲉⲛ *magus*, de quo supra, ex ⲁϣⲉⲙⲉⲛ factum; ⲕⲁϣⲁⲃⲉⲗ orichalcum ex חשמל. Eadem commutatio litterarum frequens in aliis linguis, quod a Bocharto pluribus comprobatum *Phaleg* lib. 4. cap. 4. Subiiciam de loco, quem paullo ante recitavi, ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉⲃⲓ, pro eo in codice thebaico, qui exhibetur in elencho codicum Borgian. nuper edito, pag. 317. sic legi, ⲛⲑⲉ ⲛⲁⲗⲟⲩ, *tamquam puerulus*. Ex quo suspicio iniecta, forsitan ⲁⲛⲉⲃⲓ ex *ανηβος impubis* ortum. Verum haec derivatio minus placet; et caeteri omnes *tamquam ventus*. Sic in *Apophthegm. ὡς ανεμη*, et in Pelagio et in Paschasio diaconis, denique in Bollando ex Graeco auctore, *veluti ventus* scriptum habes.

Ⲃⲁϣⲟⲩϣ, *πηγανον*, *ruta* Luc. xi. 42. In Scal. M. p. 195. ⲡⲓⲃⲁϣⲟⲩϣ, السداب, *ruta*. Idem habent Syri nomen, ܒܣܐܐ, *ruta silvestris*. Immo syriacum esse nomen scribit Dioscorides lib. 3. cap. 53. in fine his verbis, Καλουσι δε τινες αυτο (πηγανον αγριον) ἁρμαλα· Συροι βησασα. Item Paullus Aegineta, Συροι βησασα. Et, qui fertur, Apuleius *de virtut. herbar.* cap. 90. *A quibusdam Armola appellata est* (ruta) *a Syris Bessa*. *Bessa* est ܒܣܐܐ, quod alii *Besasa* enunciant. Vides, unde ⲃⲁϣⲟⲩϣ *Basus* venerit. Sed et *Harmala*, seu *Armola*, de quo supra Dioscorides et Apuleius, quodque Arabes scribunt حرمل, *Harmal*, quin phoenicium vel syriacum sit nomen, non est dubitandum. Galenus lib. 9. cap. 3. *κατα τοπους* ait, Βησασα σπερμα εστιν εν Συρια γεννωμενον του αγριου πηγανου, ὃ δη οἱ εντοπιοι ἁρμαλα καλουσι. Nota, rutam silvestrem duobus dici modis, *Besasa* et *Armala*, nisi tamen velit, alterum seminis, alterum plantae cognomen esse. Et in append. Dioscoridis ad caput 52. lib. 3. Συροι ἁρμαλα, οἱ δε βησασα· Αφροι χυρμα. Significat, ni fallor, a Syris, aliis quidem *Harmala* vocari, aliis *Besasa*. Quamquam et χυρμα non est, opinor, a حرمل *Harmal* sive *Harmala* diversum. Abiecta enim *L*, حرمل graece χαρμα vel χυρμα scribetur, quo modo Afri enunciabant. Proximo capite in eadem appendice est, rutam silvestrem etiam denominari χυρμα σημανειδ: quae Bochartus *Chanaan* lib. 2. cap. 15. pag. 836. legit

χυρμας ημμακεδ, ortum ex הרמל המקרי *Churmal Hammacedi*, *ruta Macedonica*: de qua Serapio, *Est aliud genus rutae silvestris*, *nascens in Macedonia*, *et Gallia Asiae*, *quam Moly cives appellant*, *alii Armolam*. Iam quod ait Serapio, ab aliquibus *Moly* rutae speciem dici, ab aliis *Armola*, confirmat Dioscorides cit. cap. 53. Καλουσι δε τινες πηγανον αγριον, και το εν τη καππαδοκια, και το εν τη κατα την Ασιαν Γαλατια, λεγομενον μωλυ: Et infra, καλουσι δε τινες αυτο ἁρμαλα, Συροι βησασα, Καππαδοκαι δε μωλυ. Et Charito, το μωλυ, ὅπερ εςι το χαρμελ. Sed ex his iam videor vim ac significatum τȣ حرمل *Harmel* vel *Harmol* adsequutus. Credo nempe, *Harmol* esse *montanum Moly*, aut montanam rutam vel eius radicem; quoniam *Moly* ruta vel rutae genus quoddam appellatur. Quod dico, Dioscorides approbat cit. cap. 52. ubi verba faciens de montana ruta, quae in Macedonia gignitur, inquit, radicem eius vocari μωλυ ορεινον. At μωλυ ορεινον est certe *Harmal* vel *Harmol*. Ostendit Serapio eodem loco, quem supra attuli: quo agrestem rutam Macedoniae scribit, *Moly* aut *Harmolam* dici. Profecto talis est nominis potestas. הר *Har* enim in Oriente apud Hebraeos, Chaldaeos, Phoenices *montem* denotat. Unde erit *Harmol*, *montanum Mol* sive *Moli*. Nec vero obstat, quod Arabes, qui حرمل usurpant, حر montem non appellent, aut *Harmal* seu *Harmol* per ح ח, non per ه ה, scribant. Namque hoc nomen non est arabicum, sed apud antiquos Syros (mitto recentiores) et Phoenices usitatum Arabes acceperunt: idque per ח, non per ה, quae litterae sono ac forma persimiles in veteri scriptura erant, notare instituerunt. Alias voces, quibus Copti rutam denominant, habes in v. Ⲙⲧⲟⲧϥ, ubi etiam de μωλυ quid coniecerim, invenies.

Ⲃⲉⲃⲓ, *scatere*, *eructare*, *effundere*. Lege Crozium. Convenit quodammodo cum بيب *foramen lacus* seu *cisternae*, unde *erumpit*, *atque effluit aqua*, *canalis*. Etiam Syri ܒܝܒܐ ܕܡܝܐ *canalis aquae*. Porro a Ⲃⲉⲃⲓ, ϣⲃⲱϣⲃⲓ *guttur* denominatum videtur.

Ⲃⲉⲗⲗⲉ, theb. Ⲃⲗⲗⲉ, *album*, *albumen*. In reliqu. lib. medic. Borgianis, ⲡⲃⲗⲗⲉ ⲛⲧⲥⲟⲟⲩϩⲉ, *albumen ovi*. Hinc Ⲃⲉⲗⲗⲉ, Ⲃⲗⲗⲉ, *caecus*, *caecitas*, qui sensus est vocis vulgatior, proprie *albugo*. Forsitan Ⲃⲉⲗⲗⲉ, ⲡⲃⲗⲗⲉ dicitur a לבן *albedo*, *album esse*. Hinc enim apte Ⲃⲗⲗⲉ *albumen* ovi derivatur; item Ⲃⲉⲗⲗⲉ, *albugo*, *cae-*

citas. Similiter Latini ab *albus*, *albumen* in ovo, et *alburginem* in oculo; uti uno eodemque nomine λευκωμα Graeci, quum vitium oculi ac caecitatem, tum ovi album demonstrant. Arabes بلاى, quod efferas licet *Belan Belen*, ovi album appellant: quod reor a לבן *album esse* traiectis litteris ortum ducere. Βαλια quoque Graecis est οφθαλμια apud Hesychium, quae certe a ⲃⲁⲗ οφθαλμος *oculus* dicta est; qui ipse forsitan ab albedine nomen traxit. A ⲃⲉⲗⲗⲉ fit ⲉⲣⲃⲉⲗⲗⲉ, εκτυφλοω, *excaeco*, quod legimus Exod. xxi. 26. et in aliis.

Ⲃⲉⲛⲓ, φοινιξ, *palma* Ioh. xii. 13. Item ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ *palmae* Apoc. vii. 9. Fere conveniunt ista cum φοινιξ, dempta ultima littera. Profecto, ut ex φοινιξ factum est *Poenus* et *Poeni*, ex φοινικεος *puniceus*; ita ex eodem fieri potuit ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ *Voini*, et *Boini* seu *Boeni*, tum ⲃⲉⲛⲓ. Etenim *Ph*, *P*, *B*, et *V* consonantes mutari invicem nemo ignorat. Si vis consule Vossium de *permut. litter.* et Bochartum *geograph. sacr.* pluribus in locis. Thebaei dicunt ⲃⲛⲛⲉ *palmam* loc. cit. Iohan. in codic. Nanian. itaque etiam palmae fructum, hoc est *dactylos*, nominant in iisdem pag. 244. Graece est φοινικιον, sicut Latini *palmulam* vocant fructum palmae. Plerumque tamen Graeci eodem vocabulo φοινιξ plantam et plantae fetum appellant. Dixi de aegyptio nomine ⲃⲉⲛⲓ vel ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ, fortasse id e graeco φοινιξ ortum. Tamen quum graecum pariter duci ab aegyptio non difficile possit, nescio, an hoc verius aut probabilius putem.

Ⲃⲉⲣⲓ, *novus*, unde ⲉⲣⲃⲉⲣⲓ *novum facere*. An est a ברא, ברי *Bera*, *Beri*, novum aliquid producere? ex quo בריא *Beri*, *novus*, *insignis*, בריה *res nova*. Theb. est ⲃⲉⲣⲣⲉ, ⲃⲣⲣⲉ.

Ⲃⲉⲣϯ, ورد, *rosa* Scal. M. p. 179. et 443. et in vit. Simeonis ex cod. Borg. ⲟⲩ ⲃⲉⲣϯ ⲛⲁⲑⲗⲱⲙ *rosa immarcescibilis*. Theb. ⲟⲩⲏⲣϯ in reliquiis lib. medici Borgian. ubi ⲛⲉϩ ⲛⲟⲩⲏⲣϯ, *oleum rosaceum*. Idem est ورد arab. ורד, ורדא chal. syr. Nam quum litteram *D* non habeat lingua vetus aegyptia, pro ea *T* scribere solent.

Ⲃⲉϫⲉ, μισθος, *merces* Exod. ii. 9. theb. ⲃⲉⲕⲉ. Non aliud certe ⲃⲉϫⲉ vel ⲃⲉⲕⲉ ab עקב *Ekeb*, *merces* hebr. unde *Beke*, et adspirando ⲃⲉϫⲉ. Hinc ϭⲓ ⲃⲉϫⲉ et ϫⲓ ⲃⲉⲕⲉ dicitur, quod est *mercedem accipere*.

בהמות *Behemoth* Iobi xxxx. 10. Quum *Behemoth* esse hippopotamon Niliacum Bochartus *Hieroz.* part. 2. lib. 5. cap. 14. certis indiciis ostenderit; id ego nunc illo argumenti genere, quod a nominis ratione ducitur, confirmo. Aegyptii, qui certe nomen indiderunt, ita scripsisse videntur, ⲡⲉϩⲉⲙⲙⲱⲟⲩⲧ vel ⲡⲉϩⲉⲙⲟⲩⲧ *Pehemut*, id est *bos aquatilis*: nam ⲡⲉϩⲉ *bos*, ⲙⲱⲟⲩ *aqua*. Enimvero hippopotamus *equi dorso*, *iuba* et *hinnitu*, ut ait Plinius lib. 8. cap. 25. *caetera bovi persimilis est*. Quare Bochartus loco cit. *Nec de nihilo est, quod bovi a Iobo comparatur; quem hippopotamus non solum pastu et cibo; sed et mole refert corporis, et forma capitis et pedum. Unde Itali bovem marinum appellant. Qua de re legendi sunt ex veteribus Herodotus et Diodorus, ex recentioribus Gesnerus, Bellonius, Alcisius, Cadamustus, Leo Africanus et alii.*

بهنسا *Behensa*, urbs Aegypti, graece *Oxyrynchos*, uti probat Anvillius *memoir. sur l'Egypt.* pag. 170. a pisce cognomine, quem colit, appellata. Est autem *Behensa* non arabicum nomen, ut ferunt; sed ab Aegyptiis inventum, ⲃⲉϩⲓⲛϣⲁⲓ vel ⲃⲉϩⲉⲛϣⲁ, scilicet a narium vel rostri acumine pisci tributum. Nam ϣⲁⲓ vel ϣⲁ *naris* est, ⲃⲉϩⲓ *lima* vel *acuminatum* quid Scal. M. p. 125. Inde is *oxyrynchos* a Graecis, *nez pointe* vocatus a Gallis.

Ⲃⲉϫⲓ, الجراد, *locusta* Scal. M. pag. 167. Fortassis origo eius a جابي ; *Gabi*, *locusta* arab. quae etiam جاب. Hebraei dicunt גוב et גובי. Denominatae autem ita sunt locustae a جبا *Gaba*, quod valet, *e terra emergere*. Id enim proprium locustarum esse putabant veteres, Aristoteles lib. 5. *histor. anim.* cap. 28. Plinius lib. xi. cap. 29. Vide Bochartum *Hieroz.* part. 2. lib. 4. cap. 1.

Ⲃⲏⲃ, σπήλαιον, φωλεός, *spelunca*, *fovea* epist. ad Hebr. xi. 38. Matth. viii. 20. Est idem ביב *Bib*, *locus excavatus*, *fovea* chald. Cui proxima sane fuit significatio ru בוב, unde נבוב, *vacuum*, *cavum* apud Hebraeos. A ⲃⲏⲃ facile ⲃⲏ *sepulcro* nomen datum.

Βῆχις, Aegypti urbs, Alexandriae vicina, quae a Ptolemaeo Μετηλὶς dicitur, a qua *Metelites* nomus nuncupatur. *Bechin* vocari aetate sua prodit Stephanus Byzantinus: quod mihi nomen haud novum, sed vetus fuisse credibile est, idque ab Aegyptiis adtributum, quod eo in loco accipiter prae caeteris in honore esset.

Namque ⲂⲎϪⲒ *accipitrem* appellabant, assumpto vocabulo ab Arabibus, quod est باشق, de quo mox. ⲂⲎϪⲒ rursus Βηχ a Graecis. De qua litterarum mutatione plura v. Ϫⲁϫⲣⲓⲟ. Quod dixi, accipitrem potissimum Metelitas colere, demonstrat eorum nummus sub Hadriano apud Vaillantium, in quo accipitris figura cernitur. Sed et ⲛⲟϣⲉⲣ, quum vulturis, tum etiam accipitris appellatio est in Aegypto, et ⲂⲀⲒⲦ, qua voce animantes, quae in praedam irruunt, olim vocitare consueverant. Lege, quae supra diximus in v. Βαϊηθ.

ⲂⲎϪ, الصقر, *accipiter* Scal. M. pag. 167. Repetendum a باز *Baz*, *accipiter*, quem Arabes etiam vocant بازي *Bazi*, *Bezi*. Nam Zain in Giangia ab Aegyptiis saepe convertitur; idque in ϪⲰⲒⲦ *oliva* a זית et in aliis pluribus observare licet (V. Ϫⲱⲍⲉⲙ.) Porro hoc nomen accipitres a praedando ac rapiendo adeptos arbitror. Est enim בז *praedari*, *rapere* in toto Oriente. Idem בז, quod legitur arab. باز.

ⲂⲞϢϢⲒ, in vita Macarii Aegypt. ex cod. Borg. Vero simile *vulpem* esse, quae etiam ⲂⲀϢⲞⲢ. Ibi enim Macarius τῆς ⲂⲞϢϢⲒ informes ac distortos fetus mento in dorsum reflexo, a matre in sinum eius coniectos restituisse legitur signo crucis adhibito. De vulpe Aristoteles *hist. animal.* lib. 6. c. 34. τικτει, inquit, ὥσπερ ἡ αρκτος, και ετι μαλλον αδιαρθρωτον. Et Plinius lib. 10. cap. 63. *Vulpes informia etiam magis, quam supra dicta* (scilicet ursae ac leaenae) *parit*. Nomen vero idem a Syris usurpatum videtur. Nam vulpes ab iis ܒܥܘܨܐ vocantur teste *Bar Bahlulo* apud Castellum. Radix unde vox provenit, est בעש, arab. بشع, *mali saporis* et *insalubrem esse*, et *male cedere cibum* &c. Unde nomen بشع *Basciu*, *mali saporis*, *foetidus*, *graveolens*, item *malus* et *invisus*, indole, moribus &c. Quae omnia fere in vulpem quadrant; ut eadem recte بشع *Basciu*, copt. ⲂⲞϢϢⲒ denominari possit. Foetet enim vulpes; unde *olida* dicitur a Martiale, et ingrati saporis est et ad concoquendum difficilis, si edatur. Vide Gesnerum *de animal*. Eadem invisa, quia animal πανουργον και κακουργον, ait Aristoteles. Unde proverbium de versuto ac malefico *vulpinum ingenium*, *vulpini mores*. Hactenus de ⲂⲞϢϢⲒ. At ⲂⲀϢⲞⲢ, vulpis appellatio vulgatior, utrum sit ab eadem origine compertum non habeo. Hoc enim cum graecis βασσαρα, βασσαρος consonare apertum est: De quo dixi v. ⲂⲀϢⲞⲢ.

Boop, *eiicere*, *reiicere*, theb. Psalm. cxviii. 11. apud Georgium ad Act. S. Panesnibi pag. 256. ⲁⲓⲃⲟⲟⲣⲟⲩ *reieci*, *eieci eos*. Derivari posset a בר *Bar*, ברא *Bara*, *extra*, *foras*. Communi dialecto ⲃⲟⲣⲃⲉⲣ, ⲃⲉⲣⲃⲱⲣ, *eiicere*, *proiicere*, *disperdere*, nempe a ⲃⲟⲣ, theb. ⲃⲟⲟⲣ, alias ⲃⲱⲱⲣⲉ in elencho aegypt. codicum Borg. nuper edito pag. 390. Fortasse huc spectat ⲃⲉⲣⲃⲉⲣ, *bullire*, *fervere* in hist. martyr. Didymi Alex. ex cod. Borg. et alibi, theb. ⲃⲣⲃⲣ. Nam quae fervent et aestuant, extra eiiciuntur ac exundant. Nisi forte *Berber* per onomatopoeian dixerint, quo strepitum bullientis ac aestuantis aquae ipso vocis sono exprimerent ac imitarentur.

Βορβορος, *fimus*, *stercus*, *coenum*. Quum graecae voces non paucae ab aegyptia lingua ortum ducant, hanc etiam ex illa natam opinio est. Apte enim βορβορος a ⲃⲟⲣⲃⲉⲣ, *excutere*, *iacere*, *eiicere* dicitur. Eodem modo βολεων, *fimetum*, *sterquilinium* a βαλλω fecerunt Graeci: et ⲥⲁⲧ *stercus* a ⲥⲁⲧ *proiicere* appellatum a Coptis.

Βρεχου, *lupinus* in append. Dioscoridis ad lib. 2. cap. 132. Ρωμαιοι λυπινυμ, Αιγυπτιοι βρεχυ. Fortasse lupinus a ⲣⲁϩ seu ⲣⲉϩ, *abluere*, *purgare* est appellatus. Sermo est enim de lupino *sativo* ἡμερῳ, quod εμβραχθηναι, id est *aqua macerari* ac *purgari* solet, quo edi possit, ut heic Dioscorides. A ⲣⲁϩ et ⲣⲉϩ fit ⲟⲩⲣⲁϩ, ⲟⲩⲣⲉϩ, υρεχ, tum βρεχ; vel ⲡⲣⲁϩ seu ⲫⲣⲉϩ, dein βρεχ. Idem, ni fallor, est αραξ in lex. MS. Nicomedis apud Cangium, quod explicatur αιγυπτιον οσπριον. Mitto ⲡⲓ ⲑⲁⲣⲙⲟⲥ *lupinus* Scal. M. pag. 194. ex graeco θερμος; et ⲡⲓ ⲗⲓⲡⲁⲣⲓⲟⲛ, الترمس البرى, *lupinus agrestis* eodem loco. Hoc enim corruptum ac vitiose expressum ex λυπιναριον aut λυπιναριον, quod apud Graecos recentiores in usu est. Hi quippe a λυπινος dixere λυπιναριον et λυπιναριον. Suidas Λυπιναρια. ειδος οσπριυ, ὁ θερμυς καλυσι. A θερμος etiam Arabes ترمس.

Bⲱⲕ, *ire*, *venire* theb. Matth. xxiii. 13. xxvi. 24. apud Tukium *gram. copt.* p. 31. 33. Item in Actis S. Panesnibi apud Georg. p. 190. ⲁϥⲃⲱⲕ ⲉϩⲟⲩⲛ ⲉⲡⲉϣⲧⲉⲕⲟ, *carcerem ingressus est*. Bⲱⲕ autem refero ad בוא *Bo*, *ire*, *venire* hebr. Nam ⲕ Aegyptii persaepe adiiciunt. Qui supra dicitur *ingressus in carcerem* est Iulius ⲡⲁⲟⲛⲉⲟⲥ ⲡⲕⲟⲙⲙⲉⲛⲧⲁⲣⲏⲥⲓⲟⲥ, vel simpliciter ⲡⲓ ⲕⲟⲙⲙⲉⲛⲧⲁⲣ

ρнсιoc in Actis S. Isaaci Tiphrens. et S. Epimii Borgianis, quae saepe de hoc Iulio mentionem faciunt: ubi omnino κoмннтαρнсιoc est *commentariensis*, et ϐoнθoc κoмннтαнсιoc est *commentariensis adiutor*, de quo loquitur lex 5. cod. Theodos. *de cust. reor.* Ridendus autem Georgius, qui ϐoнθoc κoмннтαннсιoc *adiutorem vici Tanesii* interpretatus est: postea vero p. 344. ubi vicus Tanesius sit, incassum inquirit. Idem pag. 343. πι κoмннтαρнсιoc *comitem Tanesii* facit, et ϐoнθoc πκoмннтαннсιoc *adiutorem comitis commentariensis Tanesii*, secum pugnans, et nova quaedam officia vel munera somnians. A verbo, de quo loquimur, quod est *ire*, *venire*, *ingredi*, fortasse venit ϐωκ *famulus*, ϐωκι *famula*. Ita centurio: *Et dico huic, vade et vadit, et alii veni et venit* Matth. VIII. 9.

Βωτϣλм, *βόστρυχος*, *cincinnus* theb. Cantic. v. 2. apud Tukium *gramm. copt.* p. 447. Item ϥωετϣλм eodem cap. Cant. vers. 11. apud Mingarel. pag. CXXXIX. ex codic. Nan. Credo vocem constare ex ϥω, ϥωε, ϐω Iobi 1. 20. *capillus*, *caesaries*; et τωλεм, *inquinare*, *inficere*; unde ϐωτϣλм, quasi unguentis delibuti vel inquinati crines. *Madentes cincinnorum fimbrias* dixit Cicero in Pisonem. Aliter: quum τλωм seu θλωм, hebr. תלם sit *sulcus*, proprie *porca*, id est terra in sulcis elata ac prominens, fortasse ϐωτϣλм interpretari liceat, contortos ac *exstantes caesariei crines*, quod ipsum cincinni sunt. Βω vero, ut de eius origine pauca dicam, vel ϥω, ϥωε, et ϥοι memphit. *coma*, *capillus*, mihi videntur a פאה, quod pariter comam caesariemve significat in Oriente, nativitatem habuisse.

Βωϣ, ϐαϣ, ϐнϣ, *γυμνότης*, *γυμνός*, *ἐκδύειν*, *nuditas*, *nudus*, *exsuere vestes*. Βωϣ opinor a בוש, *pudefieri*, *erubescere*. Hinc *αἰδοῖον pudendum*, ϕϐωϣ dicitur Gen. III. 22. graece *γύμνωσις*. Et ערוה *pudendum* hebr. ducitur ab ערה *nudari*. In Scal. El. pag. 468. est αγϐαϣϥ, عروه, hoc est *nudaverunt eum*, fort. ex Matth. XXVII. 28. Quae prave Kirkerus *inimicus eius*.

ⲗ

دمنهور *Demenhur*, urbs Aegypti, quam iter unius diei vel paullo amplius Alexandria in austrum dissitam ponunt antiqui Arabes ac geographi recentiores. Vanslebius, Sicardus ac Anvillius p. 70. esse volunt eam ipsam, quam veteres Graeci parvam Hermopolim vocabant. Michaëlius ad Abulfedam in hoc vocabulo *Menelaum* urbem videre sibi visus est. At mihi quidem de nomine non videtur esse debere quaestioni locus. Profecto enim *Demenhur* non aliam credere oportet, quam ϯⲙⲉⲛ̄ϩⲱⲣ, quod, si latine explicare velis, est *Hori pagus*. Diserte hoc auctor Scalae M. pag. 207. ubi sic ⲡϯⲙⲉⲛϩⲱⲣ, دمنهور *Demanhur*. Prave editum ⲡϯⲙⲉⲛϩⲱϥ: quod ex ipso Kirkeri libro manu exarato correxi. Sed etiam in Itinerario Antonini, ubi Hermopolis parva posita creditur, cuius locum hodie tenere Demanhurem existimant, ibi Hori urbem designatam fuisse mihi opinio est. Omnes enim antiqui libri, quum scripti, tum impressi *Hieropolis* habent, quod, ex *Horopoli* natum nemo non facile sibi persuadeat. Unus regius codex exhibet *Hermopolis*, quam lectionem ultimi Itinerarii Antoniniani editores libenter amplexi sunt propterea, quod de Hieropoli in ea parte nemo verbum fecerit. Sed Copti certe *Horopolim*, sive Hori oppidum, id est ϯⲙⲉⲛϩⲱⲣ in eodem loco norunt. A Graecis autem quam multa in geographia Aegypti aut ignorata aut praeterita ac neglecta sunt? Quamquam in historia *Lausiaca* ex cod. Borg. Dracontius dicitur ⲡⲉⲡⲓⲥⲕⲟⲡⲟⲥ ⲛ̄ⲧⲉ ϯⲙⲁⲛϩⲱⲣ. Porro *Demenhur* ad eum canalem sita est, qui a fluvio Canopico in paludem Mareotim decurrit: cuius verticem, qua ab eodem fluvio scinditur, occupat vicus *Shabur*. De situ autem Hermopolis arbitror eam ad ipsum flumen Canopicum positam. Strabo enim l. 17. p. 803. Επι δε τῳ ποταμῳ Ερμουπολις εϛιν. Anvillius quidem p. 70. ποταμον pro canali habet; quod parum verosimile est. Strabo enim canales in lacum Mareotim tendentes a flumine, ubi Hermopolis est, seorsim ponit: Απο δε Σχεδιας αναπλευσιν επι Μεμφιν εν δεξιᾳ μεν εισι παμπολλαι κωμαι μεχρι της Μαρειας λιμνης . . . επι δε τῳ ποταμῳ Ερμουπολις εϛιν. ειτα Γυναικων πο-

λις . . . *μεταξυ δε διωρυγας πλεως εις την Μαρεωτιν*. Sed Anvillius hoc dixit necessitate compulsus. Putavit enim cum Vanslebio Hermopolim esse, quam hodie vocant *Demenhur*. *On lit*, inquit, *dans Strabon, qu'Hermopolis est sur le fleuve, ce que la position de Demenhur veut, qu' on entende, non pas precisement de la branche principale, qui tend a la buche Canopique, mais du canal, que dans la description, qui a eté faite des divisions du Nil, on a vu sortir de cette branche pres du lieu nommè Shabur.* Antequam finem facio, Crozii vel Scholtzii potius, qui Crozianum lexicon descripsit, ac in summam redegit, negligentia notanda. Nam quum Kirkerus in Scal. M pag. 207. posuisset = ⲡϯⲙⲉⲛϩⲱⲣ دمنهور, *Demanhur* = Deinde = ⲣⲁϣⲓϯⲧⲉ, رميد, *Raschit*, *Rossetto* urbs Aegypti = Is ista duo duarum urbium nomina in unum confundens, omniaque turbans ac miscens sic habet pag. 103. = ϯⲙⲉⲛ urbs Aegypti. Kirker. pag. 207. ⲡϯⲙⲉⲛ ϩⲱⲣ ⲣⲁϣⲓϯ ⲧⲉ دمنهور رميد, *Timen*, *Demanhur*, quae est *Raschit* = Ubi primum gravi errore *Timen* certae urbis cognomen fecit; quum ϯⲙⲉ vel ϯⲙⲓ generatim pagum vel demum designet. Secundo in Scal. M. non legitur ⲡϯⲙⲉⲛ simpliciter, sed ⲡϯⲙⲉⲛϩⲱⲣ, arab. دمنهور *Demanhur*. Denique alia plane ac diversa civitas est *Demanhur*, alia رميد *Rasid* arab., ⲣⲁϣⲓϯ ⲧⲉ coptice, vulgo *Rossetto*, quae ab antiquis Graecis ac Latinis Canopus vocitata est. Verum de ⲣⲁϣⲓϯ, arab. رشيد, quam urbem modo commemoravi, notabo *ὡς εν παροδῳ*, eam mihi cognomen a ⲣⲁϣⲓ, id est *χαρα*, *χαιρειν*, adeptam videri. Erat enim Canopus, quo fere nomine is locus est appellatus a Graecis, luxu ac deliciis famosus, *fanis* etiam, ut ait Ammianus, *et diversoriis laetis exstructus, auris et salutari temperamento perflabilis*. Quare magna ibi hominum delicatorum frequentia, qui eo voluptatis caussa *per fossam Alexandria navigant: quae diu noctuque navicularum plena est, viros pariter ac mulieres vectantium, cantantes saltantesque summa cum impudentia ac lascivia*, uti Xylandro interprete narrat Strabo lib. 17. pag. 101.

Ⲉ

Ⲉⲃⲓⲏⲛ, *πενης*, *ελεεινος*, *pauper*, *miser* theb. Psalm. 85. 1. I. ad Cor. xv. 19. Item memphit. ⲉⲃⲓⲏⲛ vel ⲉⲃⲱⲛ in Liturg. Cyr. apud Crozium. Idem est אביון *Ebion* hebr. *egenus*, *pauper*.

Ⲉⲓⲟⲩⲗ, *ελαφος*, *cervus* Psalm. xvii. 33. Idem sane atque איל *cervus* hebr.

Ⲉⲗⲁⲙ., الرواق, *porticus* Scal. M. pag. 216. Nihil differt ab אולם vel אלם, *vestibulum*, *porticus* hebr. Quod etiam Arabes usurpant الام. Porro ab אולם *Ulam*, quod *Aulam* Hebraei veteres, factum *αυλη* a Graecis. Hoc verius, quam istud ab *αω*, *spiro* fuisse ductum.

Ⲉⲗⲕⲟ, *συκαμινον* Amos vii. 14. et in Scal. M. pag. 178. ⲡⲓⲉⲗⲕⲟ, الجميز, *genus fici*, *caprificus*, *sycaminum*. Fort. ⲉⲗⲕⲱ ab ⲉⲗⲕ ⲱⲗⲕ, *ελκειν*, *trahere*, *vellere*, *distrahere* nomen duxit. ⲱⲗⲕ isto sensu habes in elencho cod. Borg. p. 549. Nam ficus huius generis laniando ac vellicando maturescunt. Quare Amosi loc. cit. *το κνιζων συκαμινα*, *vellicans sycamina*, ita accipit Hesychius, subdens *ὡστε γενεσθαι πεπειρα*, *ut matura fiant*. Pariter Dioscorides lib. 1. cap. 182. *μηδε πεπαινομενον διχα του επιχνισθηναι ονυχι η σιδηρῳ*, *quod non maturescit*, *nisi ungue aut ferro scalpatur*. Hieronymus quoque in Amosum de hoc genere arborum, *Agrestes afferunt ficus*; *quae si non vellicentur*, *amarissimas caruncùlas faciunt*, *et a culicibus corrumpuntur*. ⲉⲗⲕⲱ etiam legitur in sermone thebaico apud Mingar. pag. 113. ubi memorantur ⲛⲉⲓⲍⲱⲟⲛϣⲏⲙ ⲉⲧⲙⲙⲁⲩ ⲉⲧϩⲛⲛⲉⲗⲕⲱ ⲉϣⲁⲩϣⲱϣ ⲙⲛⲛⲧⲏⲩ ϩⲙⲡⲧⲣⲉⲩⲡⲱϣ ⲙⲡⲉⲗⲕⲱ, *illa animalcula in ficubus commorantia*, *quae ficu discissa cum vento avolant*. Porro Mingarellus verborum vim fere est adsequutus, ita latine reddens, *parva illa animalcula*, *quae in putaminibus inclusa manent*, *ac rupto putamine in auras celeri volatu abeunt*. Solum ⲉⲗⲕⲱ non debuit *putamen* interpretari, quum sit *ficus* vel *caprificus*, de qua heic agimus. Tum reliqua, ⲛⲉⲩⲙⲉⲉⲩⲉ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲙⲡⲁⲧⲟⲩⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ ϫⲉ ⲛⲉⲩϣⲟⲟⲡ ϩⲛ ϩⲉⲛⲧⲁⲙⲓⲟⲛ ⲉⲩⲙⲉϩ ⲛⲟⲩⲟⲉⲓⲛ, bene sic, *priusquam enim in lucem prodirent*, *se in penetralibus luce plenis habitare existimabant*.

Sed Mingarellii corrector Georgius lib. *de mirac. S. Coluthi* pag. 86. edit. Rom. ann. 1793. a vero longius aberravit. Ⲉⲗⲕⲱ enim pro ἑρκος accipiens, *aves in caveis inclusas* inducit: tum ϩⲙⲡⲧⲣⲉⲩⲡⲱϣ ⲙ̀ⲡⲉⲗⲕⲱ perperam vertit *dum caveae clathris sepiuntur*; quum ⲡⲱϣ *findere* valeat, non *sepire*: deinde illa ⲛⲉⲩⲙⲉⲉⲩⲉ ⲅⲁⲣ ⲡⲉ ⲙ̀ⲡⲁⲧⲟⲩⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗ ⲉⲡⲟⲩⲟⲉⲓⲛ, *putabant enim, antequam in lucem prodirent*, mirum in modum pervertit, sic explicans, *quippe quae existiment, se nondum esse a liberae lucis spatiis egressa*: ita etiam caetera. Audi praeclaram interpretationem: *exigua illa animantia (aves) quae in caveis sunt, parem sibi cum ventis vagandi licentiam arrogant, dum caveae clathris sepiuntur; quippe quae existiment, se nondum esse e liberae lucis spatiis egressa; quia in custodiis claustrisque sunt lumine plenis*. De parvis illis animalibus, quae ficubus innascuntur, iisque disruptis avolant, observandum, ea *culices* esse, de quibus Hieronymus loc. cit. *nisi vellicentur ficus* atque aperiantur, easdem *corrumpunt*. Ita Hieronymi locus verbis Thebaei scriptoris lucem affundit.

Ⲉⲗⲕϣⲁⲓ, *μυκτηρισμος*, *μυκτηριζειν* Psal. xxxxiii. 13. Luc. xvi. 14. Vox constat e ϣⲁⲓ *μυκτηρ*, *nasus*, et ⲉⲗⲕ, ⲱⲗⲕ, *trahere*. Latine dicam ⲉⲗⲕϣⲁⲓ *nasum contrahere*, quomodo Tertullianus *contrahere narem* lib. 1. in Marcion. cap. 13. id est irridere. Idem est *corrugare nasum*: unde *rugosa sanna* apud Persium,

Disce, sed ira cadat naso, rugosaque sanna.

Ⲉⲗϩⲱⲃ, الفوار, البخار, *vapor*, *halitus calentis*, *aestuantis* vel *ebullientis*. Scal. M. p. 60. Proximum τῷ ࠋࠄࠁ, *Lahab*, *fumare* samarit. ac τῷ لهب *Laheb*, *ardere*, *aestuare*, *flammam halitumque ignis emittere* arab. Idem aethiopice. A *Lahab* aut *Laheb* Copti ⲉⲗϩⲱⲃ *Elhob*. Relege v. Ⲁϣⲕⲁⲕ. Est etiam ⲉⲗϩⲱⲛ, *προσκαυμα*, *adustio* Ioel. ii. 6. Nahumi ii. 10. *Lahab* quoque *adurere* in Oriente. In elencho cod. Borg. pag. 367. ⲁⲗϩⲱⲃ, *halitus caloris*.

Ⲉⲗϫⲱⲃ, *ερωδιος*; *ardea* Psal. ciii. 19. Levit. xi. 19. In Scal. El. ⲉⲗϫⲟⲃ, الهان, البلشون, *ardea*: ubi male Kirkerus *noctua*, *ulula*. Nam copt. ⲉⲗϫⲱⲃ est *ardea*, uti بلشون vel بشوم arabice. الهان vero, etsi *noctuam* notet, etiam *herodius* est. Quod vero ad vocis originem attinet, occurrit, ⲉⲗϫⲱⲃ esse a verbo لعب *strepere*, unde لعب *Lageb*, *strepens*, *clamosus*: hinc *Elgiab*, *Elgiob*. Namque huiusmodi est ardea. De illa Homerus Iliad. 10.

. . . . Τοι δ' ουκ ιδον οφθαλμοισι
Νυκτα δι' ορφναιην, αλλα κλαγξαντος ακουσαν.

Ea maxime, quae a Graecis αστεριας dicitur, vulgo *butaurus*, ingentem emittit vocem, qua boum mugitus imitatur, uti refert Vincentius in *Speculo* et Albertus. apud Bochart. *Hieroz.* part. 2. lib. 2. c. 28. Sed alia quoque, eaque satis apta, vocabuli significatio ex lingua aegyptiaca praesto est. Ⲉⲗϫⲱⲃ enim videtur esse, ut ⲉⲣϫⲱⲃ, ταλαιπωρων, *miser*, *infelix*, *tristis* (Vide Ϫⲱⲃ) Quare apud Plinium lib. 18. in fine *ardea tristis*; et ab Arabibus مالك الحزين, *potator tristis*, ardea dicitur. De quo est historia seu fabula apud Bochartum loc. cit. David quoque psalm. cv. 19. se gemere ait, perinde, ut קאת, quam esse *ardeam*, non *pelecanum*, probat, quem saepius appello, Bochartus eodem loco. Zachar. v. 9. ⲉⲗϫⲱⲃ videatur esse *upupa*: nam graece est επωψ. Verum fortasse Coptus interpres alios auctores sequutus est, qui ερωδιον *ardeam* habent. Audi Hieronymum hoc loco: *Hebraicum Asida, Aquila, Symmachus et Theodotio erodionem: soli 70. upupam transtulerunt.*

Εμβριμιν, εμβριμιον, *Embrimium*. Saepe legitur in vitis Patrum et monachorum Aegypti. Erant autem *embrimia* pulvilli, scirpo aut papyro farti, quibus antiqui ascetae sive ad sedendum sive ad somnum capiendum utebantur. Adi Cangium in *Glossar. latinit.* et *graecit.* Ea describit Cassianus collat. 1. cap. 23. Vim ac rationem vocabuli Casaubonus *exercit.* 1. *in Baron.* p. 62. et Cotelerius in adnot. ad *Apophtegm. Patr.* p. 806. ex graeca lingua enarrare incassum laborant. Namque εμβριμιον aegyptia vox est, quam ego ex ⲙ̀ⲣⲱⲙ nihil haesitans repero. Quippe ex *Emrom* sive *Embrom pulvinus*, perfacile *Embrimion pulvillus* declinatum a Graecis. Itaque pro ⲙ̀ⲣⲱⲙ in copticis, εμβριμιον legimus in graecis: ut in vita Macarii M. ex codic. Borg. το ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛⲟⲩⲙ̀ⲣⲱⲙ, graece effertur ὡς εμβριμιον in *Apophthegm. Patr.* cit. pag. 535. Sic etiam in cod. theb. Borgiano, quem citat Georgius lib. de *Mirac. S. Coluthi* p. 61. 62. ϩⲓ ⲟⲩⲣⲱⲙ (lege ⲟⲩⲙⲣⲱⲙ) ⲛⲟⲩⲱⲧ; graece εις εν εμβριμιν pag. 422. apud Cotel. Locus autem prave lectus ac versus ab Georgio sic, ϩⲓ ⲟⲩⲣⲱ ⲙ̀ⲛⲟⲩⲱⲧ, *in Uro uno*. Qui postea *Urum* suum male trahit ab ⲁⲣⲱⲟⲩⲓ *stipula*; uti *embrimion* ab ⲉⲣⲃⲓⲛ. Porro ⲙⲣⲱⲙ, ut

etiam de ejus origine dicam, quod est in vita Macarii M. et in *sermon. senior. de Antonio Abb.* ita vocatum suspicor a ⲥⲣⲟⲙ *somnus*: unde ⲙ̀ⲥⲣⲟⲙ, tum ⲙ̀ⲣⲟⲙ *Emrom* extrita *S*, denotans aliquid maxime usum praestans ad somnum capiendum. *M* quippe praefixa vocibus saepe in Aegypto instrumentum designat, ut in Oriente. Vide *Morochtos*, de quo infra.

Εμβροσι, *lactuca sativa*. Nomen ab Aegyptiis lactucae inditum, est in append. Dioscoridis ad cap. 165. lib. 2. Scriptum videtur ⲉⲗⲙⲣⲱⲓⲥ, *Elmrois*: unde, elisa littera *L*, factum *Emrois* sive *Embrois*, tum *Embrosi*. Sensus vocabuli est *vigilias arcens*: siquidem ⲉⲗ *tollere*, *auferre*; ⲣⲱⲓⲥ autem *vigiliae* sunt. Vim enim in lactucis sive agrestibus sive sativis somnum conciliandi ac vigilias avertendi antiqui ac recentiores medici agnoscunt. Dioscorides lib. 2. cap. 165. 166. scribit, ὑπνωτικὴν esse lactucám utramque. Aemilius Macer, qui fertur,

Utilis est stomacho, somnum dat, mollit et alvum.

Plinius lib. 19. cap. 8. *Omnes lactucae somnum parere creduntur*. Quare Galenus lib. 2. *de alim. facult.* cap. 40. *lactucam vesperi commanducatam fuisse sibi adversus vigilias remedio singulari* testatur; quod Harduinus ad Plinium adnotavit. Si ludere vellem, *Embrosi*, de qua loquor, possem per antiphrasim, quam dicunt, explicare sane facilius. Namque ⲉⲛⲣⲱⲓⲥ, unde ⲉⲙⲃⲣⲱⲓⲥ, valet *vigilias afferens*. Sed in re seria ineptire ac nugas agere non oportet.

Ⲉⲙⲓ, *scire*, *cognoscere*, *scientia*. Fortasse est a חכמה *Hacema*, seu חכמא, حكمة *scientia*, *sapientia* hebr. chald. arab. ab initio diminutum. Quae sunt a verbo חכם *sapere*. ⲕⲏⲙⲟⲥ *kemos*, *sapientia* in Scal. El. p. 413. graece finitum a Coptis recentioribus, de vocis origine, quam posui, indicium facit.

Ⲉⲙⲛⲟⲩ, الثدي, *mamma*, *uber* Scal. M. pag. 77. ⲛⲓ ⲉⲙⲛⲟⲩϯ, *μαστοὶ*, *ubera* Luc. xi. 27. Nomen mea sententia a nutriendo sumptum, videlicet ab אמן *Aman*, *nutrire*, *alere*; unde hebr. est אמנת *Omeneth*, *Omneth*, *nutrix*, graece ἡ τιθηνὸς Ruth IIII. 16. II. Samuel. IIII. 4. Graecis vicissim τιθηνὸς a τιτθὴ *mamma* dicitur. Ab ⲉⲙⲛⲟⲩ, ⲉⲙⲛⲟⲩϯ fit ⲙⲛⲟⲩ, ⲙⲛⲟⲩϯ: ex quo ϭⲓⲙⲛⲟⲩⲧ, θηλάζων, ⲫⲏⲉⲧϭⲓⲙⲛⲟⲩⲧ, θηλάζων, *lactens* puer, quasi *mammam apprehendens*; quomodo Thebaei ϭⲓⲉⲕⲓⲃⲉ, quia ⲕⲓⲃⲉ *papilla* est. Vide Ⲟⲩⲉⲙϭⲓ, et Ⲁⲙⲟⲛⲓ *pascere*.

Emptone, *narcissus*, in Apuleio, cap. 55. Suspicio est copt. scriptum ⲉⲛⲧⲱⲙⲧ *Entomt*, *Entompt*: unde vulgari ac communissima litterarum metathesi *Emtone*, *Emptone*. Cuius verbi sensus est, *stuporem* vel *torporem afferens*: quia ⲉⲛ *afferre*, ⲧⲱⲙⲧ *stupor* animi, ac corporis. Ita eadem fere in graeco, ac in aegyptio cognomine vis est. Namque illud a *torpor*, *stupor* derivant propterea, quod ob gravitatem odoris stuporem nervis ac capiti gravedinem inducit. Plutarchus lib. 3. *Sympos.* cap. 1. Και τον Ναρκισσον ωνομασαν, ὡς αμβλυνοντα τα νευρα, και βαρυτητας εμποιουντα ναρκωδεις. Clemens Alex. *Paedag.* lib. 2. cap. 8. Ναρκισσος βαρυοδμον εστιν ανθος. ελεγχει δε αυτο ἡ προσηγορια, ναρκαν εμποιων τοις νευροις. Plinius lib. 21. cap. 19. *Nervis inimicum*, *caput gravantem*, *et a narce narcissum dictum*.

Ⲉⲛ ⲡⲓ, قرد, *simia* Scal. M. pag. 165. Nomen est, ut puto, a verbo ⲓⲛⲓ, ⲟⲛⲓ, ⲉⲛ, *imitari*, *assimilare*, *similem fieri*. Lege Crozium. Tale est enim simiarum ingenium, ut omnia, quaecumque vident, imitari studeant.

Ενεος, εννεος, *perculsus*, *attonitus*, *stupens*. Hesychio εκπλεκτος, εμβροντηθεις, εξεστηκως. Actor. VIIII. 7. ειστηκεισαν ενεοι, *stabant stupefacti*. In vita Abrahae cap. 5. *Et nimio stupore perculsi*, *quasi enei quidam effecti sunt*. De quo Rosweidus in *Onomast.* haec habet, *Rarum Latinis usurpatum vocabulum*; *nec memini legere*, *nisi in Vitis Patrum*. De vocis origine nihil vero simile proferunt Graeci. Ni fallor, nomen in Aegypto natum, ⲛⲉϩⲏⲟⲩ *Neheu*, *Enheu*, vel ⲛ̀ⲛⲉϩⲏⲟⲩ, ⲛ̀ⲛⲉϩⲟⲩ *Ennehu*, id est *concussus*, *impulsus*, *perculsus*, a verbo ⲛⲉϩ. Quoniam vero homines ita affecti, fere voce ac sensu destituuntur, hinc ενεος grammaticis etiam αφωνος, κωφος, ουτε ακουων, ουτε λαλων.

Ⲉⲛⲉⲥⲉ, ὡραιος, *decorus*. Non dissimile حسن *pulcher* arab. Quod a verbo حسن *decorum esse*. Nam *Hesne* si legeris, facile fiet *Henese*, ⲉⲛⲉⲥⲉ. An vero coniunctum putemus ⲉⲛⲉⲥⲉ ex ⲉⲛ *ducere*, *ferre*, atque ⲥⲁⲓ *decor*, *pulcritudo*? Ab ⲉⲛⲉⲥⲉ fit ⲉⲛⲉⲥⲱϥ *pulcher*, ⲉⲛⲉⲥⲱⲥ *pulcra*: quae saepe leguntur in libris Borg. Sed ⲉⲛⲉⲥⲱϥ male respuit Georgius in hist. Isaaci Tiphr. praefat. ad *Act. S. Coluthi* pag. XXXVI. idque in ⲉⲛⲉⲥⲱⲥ, quasi de femina sermo esset, mutandum putat. Ab ⲉⲛⲉⲥⲱϥ per aphaeresim ⲛⲉⲥⲱϥ, ⲛⲉⲥⲱⲥ.

Ɛⲛⲉϩ, *αιων*, *aevum*, ***saeculum*** Psalm. v. 11. et alibi. Etiamsi ⲉⲛⲉϩ *τῳ αιων* assimile videatur; non tamen ex eo factum existimo: quum illud ab Aegyptiis fuisse constet multo ante, quam Graecos norint, usurpatum. Argumento est nomen Iosepho tributum a Pharaone Gen. xxxxi. 45. *Αιων* potius ab ⲉⲛⲉϩ ortum vero similius: quamvis non inepta, scilicet *αει ων*, vocis significatio feratur. Nomen Iosephi, de quo supra, graeci interpretes Alexandrini sic exhibent, *Ψονθομφανηχ*: Quod certe aegypt. ⲡⲥⲱⲧⲉⲙ ⲫⲉⲛⲉϩ *Psotompheneh*, id est *salvator mundi*, uti Hieronymus interpretatur. ⲥⲱⲧ enim *redimere*, *servare*, ⲫⲉⲛⲉϩ *saeculum*, *mundus*. Hanc vocis explicationem ex aegyptio sermone, omnium sane verissimam, proditam leges ab Eduardo Bernardo in *Antiquit.* Fl. Iosephi lib. 2. cap. 6. §. 1.

Ɛⲛⲕⲟⲧ, ⲛ̀ⲕⲟⲧ, *iacere*, *cubare*, *dormire*. Vide Crozium. Inde ⲙⲁⲛ̀ⲉⲛⲕⲟⲧ, *κοιτη*, *cubile* Psalm. iiii. 4. Ex quo loco non bene Crozius ⲛ̀ⲕⲟⲧ *κοιτη*, *cubile* in lexicon retulit. Suspicio est, ⲉⲛⲕⲟⲧ sumptum a Graecis, nempe a *κειται* vel potius *εγκειται*, *iacet*, *iacet in*. Quo spectat *κοιτη*, *cubile*. Sic ⲛ̀ⲕⲟⲧ primo quidem *iacere*, *cubare*, *cubitum*, tum etiam *somnum* significat. Thebaei aliquando ⲛ̀ⲕⲟⲧⲕ usurpant, uti Iohan. xi. 11. 13. in codic. Nanianis.

Ɛⲛⲣⲁⲥⲟⲩ ⲛⲓ, القيصوم, *abrotanum* Scal. M. p. 197. Interpretandum ⲛⲓ ⲉⲛⲣⲁⲥⲟⲩ, *somnia adducens*: namque ⲉⲛ *adducere* est, ⲣⲁⲥⲟⲩⲓ vel ⲣⲁⲥⲟⲩ *somnium*. Hoc autem de Venere ac Veneris insomniis accipio: nam istae vires abrotani feruntur. Pseudo-Aemilius Macer,

> *Haec etiam Venerem pulvino subdita tantum*
> *Incitat.*

Eadem Plinius lib. 21. cap. 21. At portulacae contraria virtus inesse traditur; de qua Plinius lib. 20. cap. 20. *Venerem inhibet Venerisque somnia*: quod ipsum de mentastro, *somnia Veneris inhibet*, refert idem Plinius cap. 14.

Ɛⲛϫⲁⲓ, ⲛϫⲁⲓ, ⲧⲓ, *aliquid*, *quidpiam* Marc. xvi. 18. et alibi. Est certe ϫⲁⲓ idem ac شي *Scial*, *res*, *quidpiam*, *aliquid*. Quippe ⲛ̀ a Coptis praefixa vocibus, saepe nihil addit; sed tantum pertinet ad modum enunciandi. Dicunt etiam Arabes كل شي, *res omnis*, *omnia* perinde, ut Copti ⲛϫⲁⲓ ⲛⲓⲃⲉⲛ, *omnia*. Enim

vero ϣ, ש, ش, cum ϫ vel ϧ commutari solent. Sic ⲁⲣϣⲓⲛ et ⲁⲣϫⲓⲛ *lentes*, ϧⲉⲙϧⲱⲙ theb. ϣⲏⲙϣⲏⲙ *conterere*, ϣⲁϩ ⲛⲭⲣⲱⲙ et ϫⲁϩ ⲛⲭⲣⲱⲙ *flammae ignis*, ϣⲟⲃⲧ *mutare* et ϫⲟⲃⲧ in Scal. El. pag. 291. Pro ἀρχιμανδρίτης scribunt ⲁⲣϣⲓⲙⲁⲛⲇⲣⲓⲧⲏⲥ, pro ⲡⲁϣⲉ interdum ⲡⲁⲥⲭⲏ, pro ⲡⲁϣⲱⲛⲥ aliquando ⲡⲁϫⲱⲛⲥ, Graeci παχών. Arabes quoque ϫ per ش exprimunt: quemadmodum *Ch* Galli, veluti Scin. Denique etiam ח hebr. Aegyptii per ϣ reddere consueverunt. De quo v. Ϣⲓϣⲓ iterum dicam.

Ⲉⲛϣⲟⲧ, *securis*, *bipennis* Scal. M. pag. 256. Fit, opinor, ab ⲉⲛ *ferre*, *afferre*, et ϣⲱⲧ *sectio*, *concisio*.

Ⲉⲣⲃⲁⲣϣⲓⲛ Scal. M. pag. 112. ubi ⲫⲏⲉⲧⲉⲣⲃⲁⲣϣⲓⲛ, القلاط, *navium restaurator*, Ital. *Calfattatore*. Ⲃⲁⲣϣⲓⲛ compositum iudico ex ⲃⲁⲣⲓ *navicula*, et ϣⲓⲛⲓ *inspicere*, *visitare* ad ferruminandum, praeposito ⲉⲣ verbo activo. Opus hoc in Europa dicitur *calfattare*, apud Graecos recentiores καλαφατεῖν, verbo ab Arabibus accepto.

Ⲉⲣⲃⲓ, ἔπαυλις, *villa*, *casa*, *habitaculum*, *caula*, *stabulum* Exod. VIII. 13. Psal. LXVIII. 25. Actor. I. 10. Levit. XXV. 31. Fortasse ab ארב vel ארבא, in quo inest parum dissimilis significatio, ⲉⲣⲃⲓ in Aegypto vocatum.

Ⲉⲣⲃⲓⲛ ⲛⲓ, بردى, *biblus*, *iuncus*, *papyrus* Scal. M. pag. 198. Simile habent Syri ܐܒܘܒܐ, *iuncus*, *scirpus*, *papyrus*. Sed est ϯ ⲉⲣⲃⲓ apud Coptos *stagnum*, *palus* Scal. M. pag. 214. unde facile ⲡⲉⲣⲃⲓⲛ. Istae enim arbusculae in palustribus gignuntur. In elencho codicum aegypt. Borg. nuper edito pag. 462. habes ⲡⲧⲉⲣⲃⲏⲓⲛ, graece βούτομος Iobi XXXX. 21. Est idem nomen, quod memphit. ⲡⲧⲉⲣⲃⲓⲛ seu ⲡⲁⲧⲉⲣⲃⲓⲛ, planta *palustris*.

Ⲉⲣⲃⲓⲥⲓ, القنب, *cannabis* Scal. M. pag. 122. Refero ad Ⲉⲣⲃⲓ, *palus*. Nam amat cannabis loca rigua et aquosa. Ⲥⲓ additum, forsitan *potare* adsignificat; ut ⲛⲓ ⲉⲣⲃⲓⲥⲓ sit planta *aquas stagnantes ebibens*, *potans*. Ⲥⲉ Coptis *bibere*, *potare*. Similiter גמא *iuncus*, quod aquas ebibat sorbeatque, a verbo גמא, *haurire*, *exsorbere* ducunt Hebraei doctores.

Ερεθμυ, herba medicinalis, quam Graeci ἐρύσιμον vocant. De voce aegyptiaca mentio fit in appendice ad lib. 2. cap. 188. ubi Dioscorides de *erysimo* herba sermonem facit. Nam est etiam

G 2

erysimon in classe frugum, Theophrasto commemoratum lib. 8. *de plantis* cap. 3. Plinius de utroque edisserit; sed ita, ut fere confundere videatur. Iam ερυθμα, coptice scriptum ερⲧⲙⲟ sive ερεⲧⲙⲟ, ab eo dicitur, quod speciali attenuandi ac calefaciendi vi praeditum sit. Quod quum omnes medici recentiores, tum docet in primis Dioscorides loco cit. per ista, λεπτυνει τε καθολυ και θερμαινει. Ⲧⲙⲟ autem, unde ερⲧⲙⲟ, in Aegypto λεπτυνειν significat, tum etiam κατακαιειν. Lege Crozium. Ab ερεⲧⲙⲟ profecto ερυσιμον Graeci, ut mihi quidem videtur. Quare nugantur eruditi grammatici, qui aegyptii nominis rationem e graeco proferunt, sive ab ερυκειν *scindere*, id est a multiplici, ut volunt, foliorum sectione, sive ab εριτιμον *valde pretiosum*, seu denique ab ερυειν *trahere*, quod ob caliditatem trahendi facultate polleat.

Ερικεπαιος. Deus est in Orphica theologia, qui etiam *Phanes* et *Metis* vocatur. Nam tria haec Dei nomina Μητιν, Φανητα, Ερικεπαιον perhibet Orpheus apud Io. Malelam in *Chronicis*. Eadem scripto prodidit Damascius lib. *de primis principiis*. Fertur etiam Orphei versus,

Μητιν, σπερμα φεροντα θεων, κλυτον Ηρικεπαιον.

et alter, Θηλυς και γενετωρ, κρατερος θεος Ηρικεπαιος.

Quoniam plura in hac theologia vocabula ex Aegypto petita; nec potest aliunde apta vocis significatio duci, videtur ερικεπαϊ ita scribendum ερκεπⲁϩⲓ, quod est quasi *vivum etiam faciens*, sive *alteram* aut *novam vitam tribuens*; quia ερ *facere*, κε *etiam*, *denuo*, ⲁϩⲓ *vita*, cum articulo πⲁϩⲓ. Sane id ipsum fere valet Ερικεπαιος, nempe ζωοδοτης, *vitae largitor*, quod habes apud eundem Malelam in eodem loco. Etiam Φανης, alterum Dei cognomen ex aegyptia lingua derivatum arbitror: de quo infra sermo habendus erit.

Ερⲙⲁⲛ, ροα *malum punicum* Ioel. I. 12. Exod. XXVIII. 31. 32. Scal. M. 177. Est idem hebr. רמון *Rimmon*, *malum* et *malus punica*: quod notatum a Crozio. Simile habent Chaldaei, Syri, Samaritae, Arabes, Aethiopes. Thebaei ϩερⲙⲁⲛ in codic. Borgianis Aggaei II. 20. ubi ⲧⲃⲱ ⲛϩερⲙⲁⲛ: vel ϩρⲙⲁⲛ in reliquiis lib. medic. Borg.

Ερξων, *bunion* frutex, in append. Dioscor. ad cap. 124. lib. 4. Nomen adscitum, ni fallor, ab altitudine. Namque Ερξων,

copt. ⲉⲣϣⲱⲓ, notat *procerum esse*, vel *in altum crescere*: ⲉⲣ enim valet *esse*, *fieri*, *facere*; ϣⲱⲓ *altum*, *altitudo*. Bene concordat cum graeco *βυνιον*, quod pariter ab celsitudine nuncupatum docent grammatici. De *bunio* Dioscorides cap. 124. lib. 4. Βυνιον καυλιον ανιησιν ευμηκη, *Bunion caulem procerum emittit*.

Ⲉⲣⲟⲩⲟⲧ π, *proventus*. Ex vit. Theodori in cod. Borg. ⲡⲉⲛ ⲣⲟⲩⲟⲧ ⲛⲧⲉⲕⲕⲟⲓ, *agri tui proventus*. Videtur ab ⲉⲣⲟⲩⲱ *respondere* derivatum, quod etiam est *germinare*.

Ⲉⲣⲧⲱ ϯ, الشبر, *palmus*. Legitur in Scala M. Kirkeriana pag. 253. Pariter est ⲉⲣⲧⲱⲡ, σπιθαμη, *spithama*, *palmus* Exod. XXVIII. 16. Tamen Isai. XXXX. 12. habetur ϯ ⲧⲉⲣⲧⲱ. Est autem ⲉⲣⲧⲱ vel ⲧⲉⲣⲧⲱ certe non diversum a זרתא *Zartho*, *Zertho*, vel *Tsertho* syr. et chald. *palmus*, *spithama*, *mensura digitorum extensorum*. Hebr. est זרת.

Ⲉⲣⲧⲱ, ανατελλειν, *germinare*, *proferre* Genes. III. 18. Convenit omnino cum أرض, *herbis* et *gramine abundavit* terra, *crevit gramen* et *herba*; unde nomen أرضة, *laetum* ac *luxurians gramen* apud Castellum. Nam Tsad et *T* alteram pro altera usurpari, non ignotum. Fortasse eo pertinet ארץ, أرض, *terra*, *campus*, *ager*. Proximum quoque ⲉⲣⲧⲱ τῳ أرط, *protulit*, *edidit* arborem, plantam, quae dicitur أرطى *Artl*. Quamquam et أرط idem credo, quod أرض, permutatis litteris ط et ض. Frequentius ⲣⲏⲧ, ⲣⲱⲧ, *nasci*, *oriri*, *germinare*; unde ⲛⲓ ⲣⲱⲧ *plantae*, ⲛⲓ ⲣⲟϯ *sata* Matth. XII. 1. Verum haec ab ⲉⲣⲧⲱ natura non differunt; sed consueta metathesi ⲉⲣⲧⲱ fit ⲣⲱⲧ, et ⲣⲱⲧ ⲉⲣⲧⲱ. Huc etiam referas ⲛⲓ ⲟⲩⲣⲱⲧ, النبات, *germen*, *germina*, *plantae* Scal. M. pag. 265. 269. Quae vox pariter *laetitiam* et *laetari* demonstrat pag. 265. 441. et in codic. Nanian. pag. 204. Similiter פרח, *germinare*, *florere* hebr. chald., est idem arab. in 1. coniugar. *laetari*; in secunda *pullulare*, *germinare*.

Ⲉⲣⲧⲱⲃ, الاردب *Alerdab* Scal. M. pag. 143. graece αρταβη, syr. ܐܪܕܒܐ *Ardubo*. Est aegyptiacae, vel, ut alii volunt, persicae aut medicae mensurae genus: de qua plura Kirkerus in *Oedipo* et in *Supplem. Prodrom.* cap. 6. De nomine scholiastes Aristoph. in *Acharnens.* Αρταβη περσικον και αιγυπτιον το ονομα. Certe ipsa vocis indoles in Aegypto ortum habuisse prodit. Constat enim ⲉⲣⲧⲱⲃ, quae est aridorum mensura, ex ⲉⲣ et ⲧⲱⲃ *capere*, vel

ⲧⲱⲃ *solvere*, *reddere*. Pro ⲉⲣⲧⲱⲃ vel ⲉⲣⲧⲟⲛ, basmyr. ⲉⲗⲛ ⲧⲁϥ Isai. v. 10. in cod. Borg. Mutatur enim in hac dialecto *R* in *L*, et *O* in *A*.

Ἐρυσίβη, *rubigo*. Nequit ab ἐρευθος *rubedo* vel ab ἐρευθειν, unde eruditi derivant, facile nasci ἐρυσίβη. Minus probandae, immo vero improbandae origines vocis, quas etymologicon magnum legendas offert. Ἐρυσίβη omnino est ⲉⲣϣⲏⲓⲃⲓ vel ⲉⲣⲟⲩϣⲏⲓⲃⲓ, quod in Aegypto significat *rubiginem trahere* a verbo ⲉⲣ et ϣⲏⲓⲃⲓ *rubigo*. Quum ratio nominis aperta sit, quantum iudico; plura dicere non est necesse. ϣⲏⲓⲃⲓ autem a quo fonte haustum, inferius planum faciam.

Ⲉⲣⲱϯ, γαλα, *lac* I. ad Cor. III. 2. Exod. XXIII. 19. Videtur ab ⲉⲣ *facere*, atque ⲱⲧ *pinguedo* appellatum, quasi *pinguem faciens*. Non absimili modo Hebraeis חלב *lac*, idem est etiam *pinguedo*.

Ⲉⲣϣⲓϣ, لحمص, *cicer* Scal. M. pag. 193. Si dixero *cicer* ab ⲉⲣϣⲓϣ originem habere, novum videbitur; non id tamen alienum a similitudine veri est. Namque ⲉⲣϣⲓϣ *Ersis κατα μεταθεσιν*, qua nihil in usu linguarum frequentius, est *Siser*, utique idem ac *Cicer*, eo modo, quo a ⲥⲙⲙⲱⲣⲉⲙ vel ⲥⲓⲥⲱⲣⲉⲙ. Graeci κιχωριον, Latini *cichorium* (V. Κιχορον) Dico *cicer* fortasse ductum ab ⲉⲣϣⲓϣ; non tamen αμεσως. Sed Graeci primum fecerint σισηρ vel κικηρ aut κικερ: inde *cicer* Latini. Hi enim ab illis pleraque accepere vocabula. Hoc ipsum *cicer* e graeco sumptum testatur Isidorus *Origin.* lib 17. cap. 4. quod nunc Graeci dicunt ἐρεβινθος. Quandoquidem non paucas voces, quae apud eos olim in usu erant, nobis servarunt Latini. *Phaselus*, inquit, *et cicer graeca nomina sunt*. Qui cicer nuncupatum volunt a κικυς *robur*, Martinius ac Vossius, nihil afferunt, quod sit ad rem. Neque enim ita cicer *graecum* esse *nomen*, quod ait Isidorus, id est a Graecis adhibitum, efficiunt. Porro ⲉⲣϣⲓϣ, ni fallor, apud Aegyptios a frangendo nomen habet: namque cicer ad pulmenta frangere in usu erat. Est autem ⲉⲣϣⲓϣ *in pulverem redigere*: siquidem ⲉⲣ *facere*, ϣⲁϣ *pulverem* notat.

Ⲉⲣϣⲓϣⲓ, ἐξουσια, *potestas*, *facultas* Psalm. CXIII. v. 2. Refero ad הרשות, הרשאה, רשות, רשותא, *facultas*, *potestas*, *licentia*: quae sunt a רשה, רשא, *potuit*, *potestatem* vel *facultatem habuit*. Tau

in Sin versa; quod in Oriente commune ac frequens: ubi et ipsum רשות enunciant *Resus*. Copti autem, qui saepe metathesi utuntur, seu vocales praeponunt (V. ⲁϣⲕⲁⲕ) *Ersus*, quod ad *Ersisi* proxime accedit. Sed הרשות pariter effertur *Hersus*. Etiam a רשה *Resa*, *posse*, facile Copti *Ersa*.

Ⲉⲣϣⲱⲛ, *ἱμάτιον*, *περιβόλαιον*, *pallium*, *vestis*. Fit, opinor, a ϣⲱⲛⲧ *plectere*; unde ⲉⲣϣⲱⲛⲧ. Genes. XXIIII. 65. male Wilkinsius ⲉⲣϣⲱ sic, ⲁϥϭⲓ ⲙⲡⲉⲥⲉⲣϣⲱ ⲛⲁⲥϫⲟⲗϩⲥ ⲙⲙⲟϥ. Lege ⲙⲡⲉⲥⲉⲣϣⲱⲛ ⲁⲥϫⲟⲗϩⲥ.

Ⲉⲣϧⲟⲧ, *πληγή*, *τραῦμα*, *μώλωψ*, *plaga*, *vulnus*, *vibex*. ⲉⲣϧⲟⲧ pro ⲉⲣϣⲟⲧ. Ⲉⲣϣⲟⲧ vero a ϣⲱⲧ, *caedere*. Quod ϣ in ϧ vel ϫ, et vicissim ϫ in ϣ saepe mutetur, multis probatum v. Ⲉⲛϫⲁⲓ. Adde ϧⲁⲧ *excoriare*, etiam ϣⲁⲧ Mich. III. 3. in codice Croziano.

Ⲉⲣϩⲏⲧ, *incipere* in vit. Macar. Alex. ex cod. Borg. ⲁⲥⲉⲣϩⲏⲧⲥ ⲛϫⲉ ⲧⲫⲉ ⲉⲑⲣⲉⲥϯⲧⲉϥ ⲛϩⲁⲛ ⲧⲉⲗⲧⲓⲗⲓ, *caelum coepit stillare guttas*. Fit ab ϩⲏ *initium* et ⲉⲣ, id est *initium facere*. ⲧ littera addititia apud Coptos.

Ⲉⲣϫⲱ ϯ, الدجاجة, *gallina* Scal. M. p. 168. Ⲉⲣϣ etiam dicitur *gallina*. Nam in eadem pag. ⲛⲓ ⲉⲣϣ, الدجاج, *gallinae*. Simile est utrumque ⲉⲣϣ et ⲉⲣϫⲱ τῷ خرز, hoc est *avis super alas garriens*, quod gallinacei generis maxime proprium est. Quum enim خرز legi possit *Harz* et *Harzo*, vel *Herz* et *Herzo*: si Zain exprimatur per ϣ, uti est ex. gr. ϣϥⲁⲛ a זרע *fruges*; ex *Herz* fiet ⲉⲣϣ, omissa adspiratione. Si vero reddatur per ϫ, ut in ⲃⲏϫ a باز, et in ϫⲱⲛⲧ a זית; ex *Herzo* fiet ⲉⲣϫⲱ. Etiam ⲉⲣϫ, *ὀρνίθιον*, *avicula* legitur Levit. cap. XIIII. 4. 5. 6. 7.

Ⲉⲣϭⲓⲙⲱⲟⲩ, البول, *urina*. Est in Scala M. pag. 161. Credo vocem compositam ex ⲙⲱⲟⲩ *aqua*, ϭⲓ *accipere*, et ⲉⲣ *facere*: unde erit ⲉⲣϭⲓⲙⲱⲟⲩ, *facere* vel *eaere* aut *reddere aquam acceptam*.

Ⲉⲥⲓⲉ ⲛ, *ἀλαζόνες*, *elati*, *superbi*, *gloriosi*. II. ad Tim. III. 2. Fortasse ortum habet a נשא, *Nasa*, *tollere*, *extollere*, omissa *N*, quae etiam hebr. deficit in voce שיא, *elatio* et in aliis ex eadem radice natis. Item נשא *Nissa*, *evehi*, *extolli*; et נשאים *Nissaim*, *elati*; נשיאים *Nesiim*, *principes*. A quibus si *M* abstuleris, notam

pluralis numeri apud Hebraeos, supererit ⲉⲥⲓⲉ, exempta *N*. Nisi forte ⲛⲉⲥⲓⲉ sit integrum nomen; et ad pluralem numerum demonstrandum scribere oportuerit ⲛ̄ⲛⲉⲥⲓⲉ. Idem verbum נשא in Hithpael est *superbire*, *se iactare* aut *extollere*. .

Ⲉⲥⲱⲟⲩ, theb. ⲉⲥⲟⲟⲩ, *ovis*: item ⲉⲥⲁⲩ theb. et basmyr. Forsitan *Esou* vel *Esov* et *Esav* a כשב *Chesev*, *ovis* hebr. Sed est etiam شوى, *oves*, τῷ ⲉⲥⲱⲟⲩ simillimum; ut hinc quoque commode duci possit. Singul. est شاه, *ovis*.

Ⲉⲧⲏϣⲓ, الكركى, *grus* Scal. M. p. 168. Rectius ⲉⲧⲉϣⲓ in codice Kirkeriano manu exarato. An vero grus ita dicitur, veluti *clangens*, *clamans*, ab ⲉϣ, ⲱϣ, *κραζειν*, *clamare*, *strepere*, *clangere*? Si hoc est, certe aptius vocabulum, quod grui imponeretur, inveniri non potuit. Quippe clangor ac strepitus gruum in proverbio erat apud antiquos. Lucretius lib. 4. v. 18.

Parvus ut est cycni melior canor, ille gruum quam
Clamor in aetheriis dispersus nubibus austri.

Sic etiam Virgilius Aeneid. lib. 10. v. 264.

. . . : . *Clamorem ad sidera tollunt*
Dardanidae e muris, qualem sub nubibus atris
Strymoniae dant signa grues, atque aethera tranant
Cum sonitu &c.

Aliud est gruis nomen ⲡⲓ ⲧⲥⲓϧⲓ, in Scala M. eadem pag. Quod nescio, an sit a طخطخ *Tachtach* seu *Tichtich*, *strepere* arab.

Ⲉⲧⲫⲱ, *onus*, *sarcina*, theb. ⲉⲧⲡⲱ in elencho codicum Borg. pag. 312. Ducam ab ⲟⲡⲧ *ferre*. Inde enim transpositis litteris ⲉⲧⲡⲱ.

Ⲉⲩⲛⲓ, *μυλος*, *mola* Deuter. xxxxvi. 6. Vox certe non differt ab אבן *Even*, אבנא *Avna*, *Avno* vel *Evna*, *Evno*, *lapis* in Oriente. Inde Copti ⲉⲩⲛⲓ *lapis* molaris. Ex eodem fonte facile ducitur ⲱⲛⲓ *lapis*, in quo *Av* per *O* expressum fere, ut latine ex *aulla* fit *olla*, ex *plaustrum plostrum &c.* Itaque est idem fortasse ⲉⲩⲛⲓ et ⲱⲛⲓ. Sed ϯ ⲉⲩⲛⲓ simpliciter sumunt Copti pro lapide molari. At τῷ ⲱⲛⲓ addere aliquid solent, ut ⲟⲩⲱⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟⲩⲗⲱⲛ, *lapis molaris* Matth. xviii. 6. Vel ⲱⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲏⲭⲁⲛⲏ Apoc. xviii. 21. eodem sensu. Aliquando etiam sola voce ⲙⲏⲭⲁⲛⲏ *molam* exprimunt: ut Matth. xxiiii. 41. apud Tuk. in *gram. copt.* pag. 365. ϩⲛ ⲟⲩⲙⲓⲭⲁⲛⲏ theb. graece *ἐν τῷ μυλωνι*,

memphit. ϧⲉⲛ ⲟⲩ ⲉⲩⲛⲓ. Pariter ⲱⲛⲓ ⲛⲥⲓⲕⲓ vocant *lapidem molarem*, quia ⲥⲓⲕⲓ, *molere*, *comminuere* est: de quo verbo inferius loquendum.

Ⲉⲩⲱ, *ὑπόχρεως*, *debitor* Isai. L. 1. Idem est חִיבָא, *debitor*, *reus* chald. syr. quod legas *Hibo*, *Hebo* vel *Hevo*. Adde חוֹבָה, חִיבָא, *debitum*, *noxa*. Verbum, unde ista pendent, est חוּב, *debere*, *reum esse*, חב *Hab debuit*, alicui *obligatus* et *obnoxius* fuit, חיב, *reum*, *debitorem fecit*.

Ⲉϥⲗⲏⲟⲩ, *τα ματαια*, *μάταιον*, *ματαιος*, *μάταιοι*, *ματαιοτης*, *ματην*, *vana*, *vanum*, *vani*, *vanus*, *vanitas*, *frustra*. Adi Crozium. Non est alia profecto origo *τυ* ⲉϥⲗⲏⲟⲩ, nisi הבל, *vanum esse*, *vanus*, *vanum*, *vanitas* hebr. vel הבלא, *vanitas*, הבליא, *vana*, *vanitates* chald. Tantum adspiratio omissa, et ϥ pro ⲃ substituta; cuiusmodi est ϣⲫⲏⲣ et ϣⲃⲏⲣ *proximus*, ϫⲓϥⲟⲓ et ϫⲓⲃⲟⲓ *brachium*, ϥⲱⲓ et ⲃⲱⲓ *capillus*, ⲁϥ et ⲁⲃ *caro*, ϥⲉⲧ et ⲃⲉⲧ *abstergere*, ⲕⲓϥⲓ et ⲕⲓⲃⲉ *papilla*, ⲛⲓϥⲓ et ⲛⲓⲃⲉ *spirare*, ⲛⲟϥⲣⲓ et ⲛⲟⲃⲣⲉ *utile*, ϣϥⲱ et ϣⲃⲱ *fabulae*, ϣϥⲉ et ϣⲃⲉ *septuaginta*. Ita ex הבל *Hebel* fiet ⲉϥⲏⲗ, ⲉϥⲗⲏ, ex הבלא, הבליא, ⲉϥⲗⲏ, ⲉϥⲗⲏⲟⲩ. Quamquam ⲏⲟⲩ vel ⲟⲩ apud Coptos est finalis pluralium; ut facile credam, eos ab initio ⲉϥⲗⲏⲟⲩ pluraliter, postea etiam num. singulari dixisse. Omissa ⲉ legitur ϥⲗⲏⲟⲩ apud Crozium ex Psalm v. 10. ubi tamen ⲉϥⲗⲏⲟⲩ est in Psalt. Tukiano.

Ⲉⲱ, ⲓⲱ, *ονος*, *asinus*. Plural. ⲉⲉⲩ, ⲉϩⲉⲩ. Ab ⲓⲱ vocatus ⲓⲁⲛⲧⲱⲟⲩ, *οναγρος* Psalm. CIII. 11. quasi *asinus montanus*. Eadem ratione aper dicitur ⲣⲓⲣⲛⲧⲱⲟⲩ, id est *montanus sus* Ps. LXXVIII. 13. Sic in Scal. M. pag. 165. ⲡⲓ ⲓⲁⲛⲧⲱⲟⲩ redditur حمار الوحش, id est *asinus ferus*, *silvestris*. In eodem psalmo LXXVIII. 13. iterum ⲡⲓ ⲓⲁⲛⲧⲱⲟⲩ, ubi graece *μονιος αγριος*. Etsi autem aliqui cum Bocharto *Hieroz.* part. 1. pag. 870. *μονιον* intelligant *aprum*, alii apud Suidam *μονολυκον*: Coptus tamen *onagrum* interpretatur, sicut etiam Arabs حمار الوحش, *asinum silvestrem*. Nisi potius uterque *ονος αγριος* legerit in graecis pro *μονιος αγριος*: quemadmodum locum Psalmi exhibet Cyrillus in commentariis ad Oseam XIIII. 8. sic, *και ονος αγριος κατενεμησατο αυτην*. Belle autem ⲟⲩ ⲓⲁⲛⲧⲱⲟⲩ *τῳ* ⲟⲩⲣⲓⲣⲛⲧⲱⲟⲩ in eodem versiculo respondet; ut sit iste quidem *montanus sus*, ille vero *montanus asinus*. Rur-

sus in Scal. El. pag. 457. occurrit ⲡⲓ ⲓⲁⲛⲧⲱⲟⲩ. Sed idem arabice explicatur عين الجبل, *fons*, *oculus montis*. Quum ⲓⲁ aut ⲓⲱ coptice *oculus* non sit; credo, mendum esse in arabicis, ac pro عين *oculus*, عير scribendum opinor, quod est *asinus*, vel *pullus asini*; unde erit *asinus montanus*, verbum de verbo ex copticis. Nam plerumque Arabes onagrum حمار الوحش vocare solent. Thebaei asinum dicunt ⲉⲓⲱ: ex quo est ⲛⲉⲓⲁⲛⲧⲟⲟⲩ, ὄνοι ἄγριοι Hierem. xiiii. 6. in codic. Nanian. apud Mingarellum.

Ⲉϩⲟⲟⲩ, theb. ϩⲟⲟⲩ, *dies*. Convenit cum ἕως vel ἠὼς ἠόος, *aurora*, *diluculum*, *dies*; et cum ἑῷος ἑῴα ἑῷον. Eodem pacto ϩⲁⲛ ⲁⲙⲉⲣⲓ et ⲙⲉⲣⲓ, *meridies* ac *dies*, non est diversum ab ἡμέρα. In Scala El. p. 346. ϩⲁⲛ ⲁⲙⲉⲣⲓ, الطهيرة, *meridies*: quae prave Kirkerus *immaculata*, *purificata*. Quippe طهر sine punctulo *mundum esse* ac *munditiem* signat. Ab ⲉϩⲟⲟⲩ fit ⲫⲟⲟⲩ vel ⲙⲫⲟⲟⲩ, σήμερον, *hodie* Matth. xvi. 3. Simile היום *hodie* apud Hebraeos. ⲫⲟⲟⲩ etiam est *dies* Iohan. xi. 39. Legitur et ⲛϩⲟⲟⲩ *hodie* in Hom. Theodos. ex cod. Borg.

Ζ

Ζυθος, ζυθος, *potus ex hordeo*. Hesychius et Suidas, Ζυθος. οινος απο κριθης γινομενος. Talis potus erat in Aegypto usitatus: quare et nomen ab Aegyptiis datum est. Ita Diodorus lib. 1. 34. εκ κριθων πομα, ὁ καλυσι ζυθος Aegyptii. Plinius lib. 22. in fine, *Ex iisdem* (frugibus) *fiunt et potus, zythum in Aegypto &c.* Colum. lib. 10. vers. 116.

Ut Pelusiaci proritent pocula zythi.

Theophrastus *de caus. plant.* lib. 6. cap. 15. ὡς οἱ τας οινας ποιουντες εκ των κριθων και των πυρων, και το εν Αιγυπτῳ καλυμενον ζυθος. Puto ab Aegyptiis scriptum ⲥⲉⲓⲱⲧ, id est *potus hordeaceus*. Nam ⲥⲉ vel ⲥⲱ *potum* notat, ⲓⲱⲧ *hordeum*. Porro ⲥⲉⲓⲱⲧ *Seiot*, graece declinatum fit *Setos*, *Seitos*, vel ζυθος, ζυθος. Etenim *S* cum *Z* commutare, maxime in vocibus peregrinis, est in more positum. Ita σαλος dicunt et ζαλος, σαργανη et ζαργανη, σειρα et ζειρα, σιβυνη et ζιβυνη, σμυρνα et ζμυρνα, σμαραγδος, et ζμαραγδος, et alia huiusmodi.

H

Ημηφ, Deus quidam, de quo mentionem facit Iamblichus lib. *de myst. Aegypt.* sect. 8. cap. 3. his verbis: Προταττει (Ἑρμης) θεον τον Ημηφ των επυρανιων θεων ηγυμενον· ὁν φησιν νυν ειναι αυτον, ἑαυτον νουντα, και τας νοησεις εις ἑαυτον επιστρεφοντα. Ni fallor, Ημηφ vel potius Εμηφ ex sensu Hermetis seu Iamblichi factum ex ⲉⲙⲓ *cognoscere*, *intelligere*, et ϥ *ipsum*. Nam ponit eum esse mentem, quum sibi, tum aliis ad intelligendum propositam. Quare Ημηφ, aegypt. ⲉⲙⲏϥ, explicari potest, *cognoscens se ipsum*: rursus *agnosce ipsum*; quod effatum celebrant veteres, videlicet *Deum cognosce*. Ex hoc forsitan ab Alexandrinis Platonicis fictus *Emeph*; qui sit *mens se ipsam intelligens, et intellectus ad sese conver-*

H 2

tens , uti Iamblichus supra. Iablonskius in *Panth. aegypt.* lib. 1. cap. 4. pro Ημηφ, Κνηφ legendum putat, de quo tam multa in eo capite disserit. Sed omnes codices, Galeo fatente, habent Ημηφ. Praeterea Deus hic a Iamblicho ita describitur, ut nomen ipsum, prout a nobis expositum est, cum re omnino conveniat; id autem, quod exprimit Κνηφ, id est αγαθον δαιμονα, multum absit.

Ημιτυβιον, *vestis linea aegyptia*, *linteum*, *sudarium*. De hoc Hesychius, Aristophanis scholiastes ad *Plutum*, Pollux lib. 7. c. 16. ubi de lineis vestibus, το δε ἡμιτυβιον εςι και τυτο Αιγυπτιον; et alii. Nomen vero ita scriptum ab Aegyptiis fuisse crediderim, ⲙⲁϩⲓⲛ ⲧⲟⲩⲃⲟ, vel, ut ii solent uti crebra litterarum metathesi (cuiusmodi est ⲙⲁϩⲓ *cubitus* ab אמה *Amah*, ⲁⲙⲛⲧⲱⲡ theb. pro ⲙⲁⲛⲛ ⲧⲱⲣⲡ *acus* &c.) ϩⲙⲁⲓⲧⲟⲩⲃⲟ, id est *Hemaitubo* sive *Hemetubo*; unde ἡμιτυβιον *Hemitubion* Graeci. Est autem ⲙⲁϩⲓ Coptis etiam *linum*, ⲧⲟⲩⲃⲟ *mundum*. Quare ἡμιτυβιον ad litteram *vestis linea* seu *linteum mundum*. Aristophanes in *Pluto*, καθαρον ἡμιτυβιον. Scholiastes, λινυν τι, οἱον εκμαγειον. Hesychius, Ημιτυβιον. λινυν ενδυμα, η σινδονιον: nam quod addit δικροσσον, ad vocabuli vim non pertinet. Philostorgius hist. eccles. lib. 7. cap. 14. de libro evang. Iohan. λεπτοτατῃ, inquit, και καθαροτατῃ περιειλημμενον ἡμιτυβιῳ. Inepti autem grammatici, qui ἡμιτυβιον, quasi graecum nomen esset, ἡμιτριβες exponunt; ut in scholiis Aristophanis ad locum cit. ἡμιτυβιον, ρακος ἡμιτριβες, *pannus semitritus*. Ineptior Suidas, qui ἡμιτυμβιον quum legeret, perinde ac *semisepulcrum* esset, accepit, explicavitque μικρον ταφον. Namque ἡμιτυμβιον, uti habet Aretaeus, et multi Pollucis codices cit. in loco, idem profecto est, atque ἡμιτυβιον. Scripturae autem diversitas mea sententia est ex eo nata, quod Aegyptii ⲙⲁϩⲓⲧⲟⲩⲃⲟ scriberent, et ⲙⲁϩⲓⲛ ⲧⲟⲩⲃⲟ, inserta de more coniunctiva littera *N*. Ex illo ἡμιτυβιον, ex hoc ἡμιντυβιον vel ἡμιτυμβιον effictum. Cur autem linteum *linum mundum*, seu cur linum, quasi proprio nomine καθαρον dixerint Aegyptii, ut alios praeteream, ostendit Apuleius in *Apolog.* pag. 469. *Quippe*, inquit, *lana segnissimi corporis excrementum*, *pecori detracta*, *iam inde Orphei et Pythagorae scitis*, *profanus vestitus est*. *Sed enim mundissima lini seges*, *inter optimas fruges terra exorta*, *non modo indutui et amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus*, *sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur*.

Ηρπ, οινος, *vinum* Marc. xv. 23. et alibi. Eustathius *Odyss.* 9. Εςι δε ερπις αιγυπτιςι ὁ οινος· καθα και ὁ Λυκοφρων οιδεν. Locus autem Lycophronis, de quo Eustathius, est in Alexandra vers. 579. ερπιν τε ρεζειν, *et vinum facere*. Tzezes in scholiis, Αιγυπτιοι ερπιν καλουσι τον οινον: quae verba recitat etiam Crozius. Legitur et ονηρπ in *Encomio* Macarii episc. in cod. Borg. Porro ηρπ non occurrit in aegyptio sermone, nec in affinibus linguis, unde derivari queat, nisi a شرب *bibere*, *potare*, *sorbere* arab. persic. aethiop. quod Thalmudici dicunt שרף, ex quo شراب *vinum* Persae atque Arabes nominant. Hoc tamen sine *S* Aegyptii, quae sibilus potius, quam littera ab aliquibus habita est. Consule Vossium *de permut. litter.* Addam cανηρπ οινοποτης Matth. xi. 19. Luc. vii. 34. cε *bibere* est, ονηρπ *vinum*. Hinc cανηρπ.

Ηϫι π, الكراث, *porrum* Scal. M. pag. 196. et in vit. Pachom. et Num. xi. 6. Hinc πιιιηϫι (vel παιηϫι) الاخضر, *viride* Scal. M. 206. Quod ego explicaverim *porraceum*, vel *porracei* aut *prasini* seu *viridis coloris*. Ηϫι autem nescio, an porrum vocatum fuerit, quasi *sectile* olus, scilicet a verbo حز *Hazza*, copt. *Haggia*, *secare*. Nam frequenter secari porrum in usum culinae observant veteres. Quare *sectivum* dicitur a Plinio ac Columella, *sectile* a Iuvenali. Non absimili modo a حزز derivatum mihi videtur חיר chald. *gramen*, *herba*, quae saepius demetitur in pabulum iumentorum. Pro ηϫι theb. est κϭε in elencho cod. Borg. pag. 552.

Θ

ΘⲀⲒⲘⲞⲨⲚ, الكمون الجبلى, *cuminum silvestre* Scal. M. p. 193. Est profecto ⲐⲀⲒⲘⲞⲨⲚ a كمون, vel a כמן, *cuminum*, unde Graeci *κυμινον*. Idem vero cumini nomen in toto fere Oriente atque Occidente usitatum est. Iam aegyptium cuminum post aethiopicum maxime laudat Dioscorides lib. 3. cap. 68. ubi de sativo cumino sermo est: et Plinius loc. cit. *Cumino aethiopico africoque palma est. Quidam huic aegyptium praeferunt*. Alio nomine cuminum, vel potius cumini genus vocatum ⲐⲀⲠⲈⲚ, de quo paullo post.

ΘⲀⲖ, *βουνος*, *θιν*, *collis*, *tumulus*, *agger* Luc. III. 5. Deut. XII. 2. Est etiam ⲐⲈⲖ in Scal. M. p. 215. Idem תל *Thal* hebr. تل *Thall* arab. Fons et origo nominis est תלל *aggerere*, *in altum tollere instar tumuli*. Vide infra v. ⲔⲀⲖⲀⲘⲪⲞ. Habet heic locum ⲐⲀⲖⲠⲒⲞ, علو, *altitudines* ex Scal. M. p. 49. Quae vox mutila est ac corrupta pro תלפיות *Thalpioth* hebr. Cantic. IIII. 4. quam plures explicant *celsitudines*, quomodo Symmachus *υψη*.

ΘⲀⲘⲒⲞ, ⲐⲀⲘⲒⲈ, theb. ⲦⲀⲘⲒⲈⲒⲞ, *ποιειν*, *ποιησις*, *πλάσμα*, Conferas velim cum תמם, *perficere*, *conficere*.

ΘⲀⲠⲈⲚ, *κυμινον*, *cuminum* Matth. XXIII. 23. theb. ⲦⲀⲠⲚ eodem loco apud Mingarel. pag. 324. In Scal. M. p. 193. ⲠⲒ ⲐⲀⲠⲈⲚ, الكمون الابيض, *cuminum album*. Enim vero *pallens* dicitur cuminum a Q. Sereno cap. 14. et a Persio Sat. 5. vers. 55. *pallentis grana cumini*. ⲠⲒⲐⲀⲠⲈⲚ vel ⲠⲒⲦⲀⲠⲈⲚ, ut de nomine doceam, fortasse ab Aegyptiis nuncupatum, veluti *cornua ferens* vel *emittens*. Est enim cumini genus, de quo Dioscorides lib. 3. cap. 69. *ἐξ ἑκάστου δ' ἄνθους ἀφίησι κεράτια μετέωρα*. ⲦⲀⲠ *cornu*, ⲈⲚ *proferre*.

ΘⲀⲢⲀⲚⲤⲀ, العانة, *pubes* Scal. M. p. 78. Scriptum ab Aegyptiis reor ⲐⲀⲢⲈϨⲂⲎϢ ex ⲀⲢⲈϨ *custodire*, *custodia*, et ⲂⲎϢ, ⲂⲰϢ, *nudus*, *nuditas*, cum articulo ⲐⲀⲢⲈϨⲂⲎϢ, quasi *nuditatis custodia*, *protectio*. *Nuditas* autem verenda: uti Gen. VIIII. 22. 23. ⲪⲂⲰϢ, *pudenda*. Ita Hebraeis ערוה, *nuditas*, *verenda*; et Chaldaeis similiter עריא, ערוא, a verbo ערה, ערי, *nudare*. Eodem sensu graeci interpretes *γυμνωσις*. A ⲂⲎϢ *Bes* seu *Bis* fit *Besa*, *Bisa*

vel *Pisa*. Recte etiam pubes ⲑⲁⲣⲁⲡⲓⲥⲁ, id est *protectio nuditatis* vocatur, quod in nudo corpore ea tantum loca pilis protegantur.

Ⲑⲁϥ, *πτυσμα*, *sputum* Ioh. viiii. 6. Idem chald. תוף *Tuphp*, *spuere*, aethiop. ተፋአ *Thapha*, *spuere*, ትፋእ *Thepha*, *sputum*. Fortassis in תוף et ⲑⲁϥ *Thaf* onomatopoeia agnoscenda est. A ⲑⲁϥ fit ϩⲓⲑⲁϥ, *spuere*, *sputum iacere*.

Ⲑⲃⲏⲗ, *stabulum* in elencho codicum Borg. p. 649. in Not. ⲟⲩⲑⲃⲏⲗ ⲛⲧⲉ ϩⲁⲛⲉⲥⲱⲟⲩ, *ovium stabulum*, *ovile*. Venit, opinor, a זבל *habitare*, *habitaculum*, *stabulum* hebr. et *fimum*, *stercus* chald. syr. arab. quasi locus, ubi pecudes stabulantur ac fimum reddunt. ⲑⲃⲏⲗ a זבל, uti a זרתא fit ⲧⲉⲣⲧⲟ, *palmus*.

Ⲑⲉⲃⲓ, النقيرة, *fovea*, *cavea*, *caverna* Scal. M. p. 135. in eo capite, quo res ad captivum spectantes continentur. Sane نقيرة idem est, quod נקרה *fossa*, *caverna*, scilicet a נקר, نقر, quod in toto Oriente *effodere*, *cavare*, *perforare* exprimit. Ita, si ad captivum referatur, intelligitur *carcer* vel *fovea* seu *cavea*, in qua homines vincti detinentur. Igitur prave Kirkerus *cippus*, et ex eo Crozius *cippus vinctorum* sunt interpretati. ⲑⲉⲃⲓ autem utique a ⲑⲉⲃⲓⲟ *deprimere*, est derivandum. Quippe quum foveae humili ac depresso loco sint. Denique ⲑⲉⲃⲓⲟ, *ταπεινουν*, *ταπεινωσις*, theb. ⲑⲃⲃⲓⲉ, ⲑⲃⲃⲓⲟ haberi potest, veluti constans ex verbo activo, et ⲉⲃⲓⲱⲛ, ⲉⲃⲓⲏⲛ, de quo superius, vel ϩⲟⲃⲉ *ταπεινος* *humilis* in elencho cod. Borg. pag. 413.

Ⲑⲉⲓⲛⲟⲛ, الابنوس, *ebenus* Scal. M. pag. 175. Sumptum videtur a *θυϊνον*, quod habetur Apoc. xviii. 12. *παν ξυλον θυϊνον*. Quamquam lignum *θυϊνον*, id est arboris, quae a Graecis *θυα* vel *θυον* appellatur, quodque aliqui *ebenum* credunt, multo plures aliud esse putant. Consule Salmasium in *Exercit. Plin.* pag. 955.

Ⲑⲉⲗⲏⲗ, *αγαλλιασθαι*, *αγαλλιασις*, *αγαλλιασμα*, *exsultare*, *exsultatio* Psalm. ii. 11. xxviiii. 5. xxxi. 7. theb. et basm. ⲧⲉⲗⲏⲗ. In elencho codic. Borg. pag. 646. in adnot. ϯⲗⲟⲩⲗⲁⲓ Idem est تهلل *exsultare* arab. Nec absimile est תהלה *hymnus*, *laetitiae canticum* hebr. Perperam Kirkerus in Scal. El. pag. 357. ⲑⲉⲗⲏⲗ تهلك, *occidis*, *perdis*: quae sic emendanda ac explicanda, ⲑⲉ// ⲗⲏⲗ, تهلل *exsultatio*. Idem est mendum pag. 356. ⲉⲑⲉⲗⲏⲗ, *ut perdas*. Corrige arabica, et verte *ut exsultes* vel *ad exsultan-*

dum. Huc spectat ϣⲗⲏⲗⲟⲩⲓ, ⲉϣⲗⲏⲗⲟⲩⲓ, ἀλαλάζειν, ἀλαλαγμὸς, *exsultare*, *exsultatio*, *clamor laetitiae*, *ululatus*. Nam ⲟⲩⲓ quidem non raro subiiciunt Copti in fine vocis. ϣⲗⲏⲗ autem non differt a ⲑⲉⲗⲏⲗ: quandoquidem ϣ et ⲑ litterae mutari altera in alteram solent: sicuti Scin et Thau commutari in Oriente omnes sciunt. Ἀλαλὴ quoque, unde ἀλαλάζειν, accedit ad ⲑⲉⲗⲏⲗ, seu ϣⲗⲏⲗ: quod etiam, velut ὀνοματοποίημα, haberi potest.

Θεσκε, *cyclaminos* herba; de qua Dioscorides, Plinius, Theophrastus, ac recentiores herbarii. Genera eius duo ab Dioscoride, tria a Plinio notata sunt lib. 25. cap. 9. Plura enumerat Bahuinus in *Phytopinace*. Iam vox aegyptia θεσκε, quam lego in appendice Dioscor. ad lib. 2. cap. 194. mihi videtur interpretanda, herba *porcina*: quo fere modo cyclaminum vulgo denominant aetate nostra, nempe *panem porcinum*; quia pabulum porcis iucundissimum esse observatum est. Aegyptiis enim ⲉϣⲱ *sus* dicitur. Unde ⲑⲁⲉϣⲱ, ⲑⲉϣⲱ *Thesco*, *porcina*, vel quae *datur porcis*. Apuleius *de virtut. herb.* c. 17. aliud cyclamini cognomen Aegyptiis usitatum prodit, *Palalia*, seu ⲡⲁⲗⲁⲗⲓⲁ. Ⲗⲁⲗⲓ autem, seu ⲗⲁⲗⲓⲁ, *nates* sunt aegypt. Sane recte ita appellatum. Ferunt enim radicis succum, sedi in vellere adhibitum, alvum ciere. Ita Apuleius loc. cit. et Dioscorides lib. 2. cap. 94. Ὁ χυλὸς αὐτῆς τῷ δακτυλίῳ ἐν ἐρίῳ προστιθέται πρὸς κομιδὴν περιττωμάτων. Idem radicis succus ex aceto illitus sedem prociduam restituit, ut idem Dioscorides, Ἕδραν προπεπτωκυῖαν σὺν ὄξει καταχριόμενος ὁ χυλὸς καθίστησι, et Plinius lib. 26. cap. 8. *Sedem eversam sanat cyclamini radix ex aceto*.

Θεφιν, *polygonus mas*, alias *sanguinalis* herba. Aegyptium nomen litteris commendatum in appendice Dioscor. ad lib. 4. cap. 4. et in Apuleio *de herbis* cap. 18. Scripturam huiusmodi fuisse puta ⲑⲓⲉⲃⲫⲓⲛ seu ⲑⲉⲃⲫⲓⲛ, extrita *B* ⲑⲉⲫⲓⲛ, quod ad litteram exprimit *unguem muris*, constante vocabulo ex ⲓⲉⲃ *unguis*, et ⲫⲓⲛ *mus*. Reapse eo nomine, scilicet ὄνυξ μυὸς, ab Hierophantis vocitata fertur in eodem Dioscoride atque Apuleio. Altera appellatio paullo corruptior στεμφιν *Stemphin*, quae ibidem posita est, a prima, quae sic etiam proferri potuit ⲑⲉⲃⲁⲥⲫⲓⲛ, parum discrepat.

ⲐⲎⲂⲒ, θίβις, *capsula*, *fiscella* Exod. II. 3. 5. 6. Alias ⲦⲀⲒⲂⲒ, theb. ⲦⲎⲂⲈ seu ⲦⲀⲒⲂⲈ. Minime differt a תבה *Theba arca*; quae vox in his ipsis Exodi locis legitur. Unde etiam Graeci habent θήβη, θίβη, θίβις eodem sensu. Immo etiam κιβωτος est a תבותא *Thebutha*, *arca*, *capsula* chald. De ⲐⲎⲂⲒ agit Forsterus lib. *de bysso* pag. 113. eiusque originem ab aegyptiaca lingua arcessit. De תבה pariter ac θήβη plura Mazzocchius *spicileg. bibl.* tom. I. dissert. 4. part. I.

ⲐⲎⲚ, θειον, *sulphur* Luc. XVII. 29. ⲐⲎⲚ atque θειον, certe eadem vox. Etiam apud Aethiopes ቲዩ *sulphur*. Utrum Graeci ab Aegyptiis, an Aegyptii a Graecis sumpserint, diiudicare non possum. Idem et de Aethiopibus dubium est. Si tamen diviuare licet, potius Aegyptiis acceptum refero.

ⲐⲎⲚⲒ, *augeri*, *prosperitate uti*. Quum plura sint verba ex graeco fonte hausta, sed a Coptis corrupta, an huiusmodi sit ⲐⲎⲚⲒ aliquis dubitet, scilicet ab εὐθηνειν, εὐθηνια ortum. Haec enim ex εὐ et θιν *cumulus*, *acervus* derivari solent.

ⲐⲎⲞⲨ, ανεμος, *ventus* Psalm. I. 4. et in Scal. M. ⲠⲒ ⲐⲎⲞⲨ, الهوا, *aër*, *ventus*. ⲐⲎⲞⲨ vel ⲦϨⲎⲞⲨ, sive ϨⲎⲞⲨ *Heu* absque Ⲧ, simile τῷ هوا *aër*. Ⲧ autem haberi potest pro verbo activo. Ventus enim impellit agitque aërem. Greci αω, αει, αειν; quo ⲎⲞⲨ vel ϨⲎⲞⲨ et هوا licet referre. Certe ab αω *spiro*, αηρ ducunt grammatici. Nec probat Crozius ulla ratione, vocem esse ⲀⲎⲢ origine aegyptiam. A ⲐⲎⲞⲨ est ⲐⲞⲨⲢⲎⲤ, ανεμος νοτος, coniunctum ex ⲢⲎⲤ, pars mundi *australis*, et ⲐⲎⲞⲨ. Thebaei ⲦⲞⲨⲢⲎⲤ Iob. XXXVIII. 24. in cod. Borg. Pro ⲐⲎⲞⲨ vero ⲦⲎⲨ in Nanianis pag. CXV.

ⲐⲒⲔ, *scintilla* in vit. Pachomii: ubi ⲘⲪⲢⲎϮ ⲚⲞⲨⲐⲒⲔ ⲚⲬⲢⲰⲘ, graece ὃν τροπον σπινθηρ πυρος. Theb. ϮⲔ. Dicitur a ⲐⲰⲔ *accendere*. Nisi tamen a ⲐⲒⲔ *scintilla* fieri ⲐⲰⲔ, rectius videatur.

Thiophenges, περιςερεων in Apuleio *de virt. herb.* cap. 66. Eadem herba a Latinis dicitur *verbenaca*. Sed Apuleius, tamquam inter se differrent, de peristereone quidem cap. 66. de verbenaca autem cap. 3. verba facit; eamque ab Aegyptiis *Pempsempte* nuncupatam tradit. Porro *Thiophenges*, quod mihi nunc explicandum, copticis litteris ⲐⲒⲞⲪⲈⲚϪⲈ vel ϬⲒⲞⲪⲈⲚϪⲈ, plane cum *Pempsemte*, ut mea fert opinio, non tantum re significata; sed

ipsa quoque vocabuli potestate congruit. Hoc enim aeque, ut illud, Διοσαθην, id est *Dei* vel *Iovis* ανθος denotare puto. Nam ϭιος, idem ac Θεος, Διος, Ζευς, Δις Διος, *Deum* vel *Iovem* designat: de quo V. ϭϲ. Φεηϫε autem, ni fallor, est σαθη vel ανθος, coniunctum ex verbo ϥεη *effundere*, et ϫε *semen* pro ϭε, ϭω, σπορος, σπειρειν, φυτευειν. Verbenacam a Graecis etiam *Diosatin* vocari ab eodem Apuleio proditum cap. 3. Quod Copti forsan ϭιουcⲁⲧ vel ϭιοcⲁⲧ, *Dei* seu *Iovis caudam* (Vide Cⲏⲧ) De Περιστερεων vero, quod *herbam* significat *virtutis Dei*, infra agendum.

Θλασπι, *Thlaspi*, herba, quam descriptam habes a Plinio lib. 27. cap. 13. Dioscoride lib. 2. cap. 186. Galeno lib. 1. *de Antidot.* cap. 14. Aegyptiacis vocibus adnumerandam opinio est. Nam λⲁⲡcι Aegyptii dicunt *mordere*: unde herbae nomen ϭ λⲁⲡcι, ex quo Θλασπι. Mordet enim acri sapore, praesertim seminis, quod omnes herbarii testantur. Similiter acetum *mordax* Persio dicitur, *mordax* fel Ovidio, succus croci *mordax* Plinio. Idem alibi, *Smyrnii radix gustu acri mordet*. De Thlaspi autem Dioscorides, σπερμα δριμυ, θερμαντικον, quale nasturtii. Plinius, Thlaspeos *semen asperi gustus*. Dodonaeus, *semen acre*, *mordax*, *nasturtii simile*. Alii medici apud Bodaeum ad Theophrastum p.768. *calido acrique gustu Thlaspis est*, *praesertim semine*. Iam *Thlaspi* ab acrimonia gustus nomen reapse adeptam, illud argumento est, quod etiam *capparin*, cuius grana acri sapore palatum mordent, Θλασπι ab Hierophantis vocatam, scimus a Dioscoride in append. ad lib. 2. cap. 204. Vide iam, an scite Graeci *Thlaspi* derivent a θλαω, et an veram eius rei ac probabilem caussam afferant, quod aiunt eius semen, ωσπερ εντεθλασμενον, *velut infractum* videri. In eadem append. Dioscor. herbam, de qua loquimur, σινηπι-ψον in Aegypto dici legimus. De quo quaerant alii. Ego enim de vocis sensu non habeo, quid dicam.

Θλωⲙ, αυλαξ, αυλακες, *sulcus*, *sulci* Psal. LXIIII. 10. Idem est apud Hebraeos, Chaldaeos, Syros, Aethiopes, Arabes תלם, *porca*, *sulcus*. Interdum ϭλοⲙc in vit. Shenut. ex cod. Borg.

Θⲏε, ϭⲏο, μισθωσασθαι, *mercede conducere* Matth. xx. 1. 7. in cod. Nan. Utique non aliud a תנה, *mercede conduxit* hebr.

Θο, οικουμενη, *orbis universus* Apoc. III. 10. Fortasse a ϭο *multus*, *multiplex*. An hinc etiam ϭοι, theb. ⲦΟⲈ πτυχιλμα Hier.

XIII. 23. in cod. Nan. Unde ⲑⲟⲓⲑⲟⲓ, ποικιλος, multis ac variis maculis sparsus Gen. XXX. 39. Etiam Levit. XXII. 22. ⲉϥⲑⲟⲩⲑⲟⲩ explicandum, multis maculis, seu pustulis aut verrucis affectus. Ubi Hieronymus *papulas habens*, Graeci μυρμηκιων: de cuius verbi potestate eruditi ad eum locum interpretes consulendi.

ⲑⲟⲕ, ξυρον, *novacula* Psalm. LI. 2. ⲛⲓ ⲑⲟⲕ, الموس *novacula* Scal. M. pag. 259. theb. ⲧⲟⲕ. Est a verbo ⲑⲱⲕ, unde ⲑⲉⲕⲑⲱⲕ *caedere*, *incidere*. ϩⲁⲛⲥϧⲁⲓ ⲉⲩⲑⲉⲕⲑⲱⲕ, *litterae incidendo impressae* Lev. XVIIII. 28. graece γραμματα στικτα. ⲑⲱⲕ autem congruit cum تك *secare findere* arab. Ex quo تكتك *Thacthac*.

ⲑⲟⲩⲁⲓ, φλια, *limen* Exod. XII. 7. 22. ϯ ⲑⲃⲁⲓ, العتبة, *limen domus* Scal. M. pag. 157. Profecto *Thvai* seu *Thbai* ortum ab عتبة *Athba*, *limen* arab. Hoc autem a verbo عتب *Athab*. Theb. est ⲧⲟⲩⲁ.

ⲑⲟⲩⲟϯ, στηλη, *columna*, *lapis* Gen. XVIIII. 26. ⲟⲩ ⲑⲟⲩⲟϯ ⲛϩⲙⲟⲩ ex graeco στηλη αλος, *columna salis*. ⲑⲱⲟⲩⲧ, ⲑⲟⲩⲱⲧ, *statua* in Act. martyr. S. Epimei ex cod. Borg. et in Scal. M. pag. 233. Hinc nomen *Thoth* Mercurio tributum, vel ipsum potius Deum *Thoth* effictum olim fuisse opinatur Iablonskius *Panth. Aegypt.* lib. 5. cap. 5. §. 16. A Thoth rursus, mensis ⲑⲱⲟⲩⲑ appellatur. Quippe Herodotus tradit in Euterpe, dies ac menses Aegyptiorum alicuius Dei cognomines esse, μεις τε, inquit, και ἡμερη εκαστη θεων ὁτευ εστι. Mensis autem primus, id est *Thouth*, Mercurio erat sacer, cuius festum undevicesima die Aegyptii celebrabant. Plutarchus *de Isid. et Osir.* pag. 378. tom. 2. oper. Τῃ μεν ενατῃ επι δεκα τυ πρωτυ μηνος ἑορταζοντες τῳ Ερμῃ, μελι και συκον εσθιυσιν, επιλεγοντες, γλυκυ ἡ αληθεια.

ⲑⲟⲩⲣⲁϫⲓ, التراج, *pallium* sacrum Scal. M. pag. 120. Eandem vocem saepe in Euchol. Tukiano reperies. Idem ⲑⲟⲩⲣⲁϫⲓ ac تراج. Sed nomen videtur origine arabicum: quippe quum a ترج *velare*, *velari*, derivari queat.

ⲑⲟⲩⲱⲧ, ⲑⲟⲩⲏⲧ, ⲑⲱⲟⲩϯ, συναγειν, *congregare* Exod. VIII. 14. IIII. 29. Psalm. XV. 4. Constat ex ⲟⲩⲱⲧ *unus* et verbo ϯ ⲧ, ⲑ, quasi *unum facere*, *in unum cogere*. Hinc ⲑⲱⲟⲩⲧⲥ, συναγωγη, *congregatio* Sirach. cap. I. 37.

ⲑⲟϥⲧⲉϥ, *stillare* in vit. Macar. Alex. ⲁⲥⲉⲣϩⲏⲧⲥ ⲛϫⲉ ⲧⲫⲉ ⲉⲑⲟϥⲧⲉϥ ⲛϩⲁⲛⲧⲉⲗⲧⲓⲗⲓ, *caelum coepit stillare guttis*. Est idem

טפטף *Taftaf*, *stillare* in Oriente; ex quo Thalmudici טיפטיף, *guttatim*. Rad. נטף, *effluere*.

ⲑⲣⲉ, ικτιν, *milvus* Levit. xi. 14. et in Scal. M. 167. Idem ⲑⲣⲉⲧⲟⲩⲓ Deut. xiiii. 13. Quo referam haud scio: nisi forte nomen trahat a sono vocis. Probat enim Bochartus *Hieroz.* part. 2. lib. 1. cap. 11. *plerasque linguas ipso avis nomine* vocem illius utcumque imitari. Varro lib. 4. de lingu. lat. *Pleraeque aves a suis vocibus, ut hae, upupa, cuculus, corvus, hirundo, ulula, bubo. Item hae, pavo, anser, gallina, columba.*

ⲑⲣⲉϣⲣⲱϣ, ⲑⲣⲟϣⲣⲉϣ, ερυθροδανεσθαι, πυῤῥαζειν, ὑποπυῤῥιζειν, πυῤῥακης, *rubia tingi*, *rubrum esse*, *rubedo*, *rufus* Exod. xxv. 5. Levit. xiii. 24. Matth. xvi. 2. 3. Genes. xxv. 25. Est ⲑⲣⲉϣⲣⲱϣ seu ⲑⲣⲟϣⲣⲉϣ a ⲑⲣⲉϣ vel ⲑⲣⲱϣ seu ⲑⲱⲣϣ, *rufus*, *rubedo*, geminata voce, quod Aegyptiis vulgare ac frequens. ⲑⲱⲣϣ legitur in Scal. M. p. 266. ⲑⲱⲣϣ الاشقر، الانمش, *rufus*, *rubeis maculis ad instar lentis affectus*. Theb. est ⲧⲣⲟϣ in cod. Borg. Hinc vero origo τυ ερυθρος mea opinione repetenda est. Cuius certe vocis nullam grammatici, quae quidem apta ac probabilis sit, ex graeca lingua rationem afferunt. A ⲑⲣⲱϣ enim sine dubio veteres Aegyptii ⲉⲣⲑⲣⲟϣ *Erthros*, *rubrum esse* vel *fieri*. Inde ερυθρος Graeci: quo modo iidem ab ⲉⲣϣⲏⲥⲓⲃⲓ fecerunt ερυσιβη. Qui ερυθρος derivant ex ερευθος *rubor*, vel ερευθης *ruber*, nihil efficiunt; eadem est enim haesitatio in his; et aeque possit ερευθος ab ερυθρος peti, ut ερυθρος ab ερευθος. Sed profecto quum ερυθρος, tum ερευθος ab eodem fonte sunt hausta, videlicet ab ⲉⲣⲑⲣⲱϣ *Erthros*, vel potius ⲉⲣⲟⲩⲑⲣⲱϣ *Eruthros*: et in eo quidem pro ⲟⲩ remanet υ; in hoc autem ⲟⲩ mutatur in ευ, quod et in Aegypto et in Graecia, maxime apud Dores, usitatum est. R autem extrita, ut in aliis quam multis. Huiusmodi est αλάβαστον de αλαβαστρον, εμπαθεν ab εμπροσθεν, *centones* a κεντρωνες, *lectus* a λεκτρον, *pedo* a πεϱδω: et in hoc ipso, de quo agimus, non modo ερυθρος et ερευθος, ἐρευθοδανος et ερυθροδανος, ερευθινος et ερυθρινος; sed etiam ερυθιαω et ερυθριαω, ερυθαινω et ερυθραινω pariter in usu est.

ⲑⲱⲗⲉⲃ, μολυσμος, σπιλος, ρυτις, μωμος; μολυνεσθαι, μωμεισθαι. Adi lexicon Crozii: qui male tribuit inscitiae Copti interpretis, quod ρυτιδα, quae *ruga* est, reddiderit ⲑⲱⲗⲉⲃ: quum revera eo loci hoc ipsum significet ruga, *maculam*, inquam, ac *vitium*. Ita-

que ibi cum *σπιλος macula* iungitur. Et Hesychius sic, *ρυτιδα· σπιλον*: quae, opinor, ex hoc ipso loco Paulli desumpsit, qui de ecclesia sic habet, *μη εχουσαν σπιλον, η ρυτιδα*. Alibi, ut II. Petri II. 13. leges *σπιλοι και μωμοι*; quae latinus interpres *coinquinationes et maculae*: Coptus autem pro *μωμοι*, ϭⲱⲗⲉⲃ. Quemadmodum vero *ρυτις* ac *μωμος*, ϭⲱⲗⲉⲃ Copti dicunt; sic etiam *μωμηθαι* vel *μωμασθαι*, quod est *vituperare*, *probris* ac *maculis* adspergere; ut II. ad Cor. VI. 3. Iam ϭⲱⲗⲉⲃ idem videtur ac ثلب *Thalab*, *culpare*, *reprehendere*, *probro*, *vitio afficere*, et ثلب *Thalab*, *Thaleb*, *sordes*, *vitium*. Pro ϭⲱⲗⲉⲃ, theb. ⲧⲱⲗⲉⲙ; et ⲁⲧⲧⲱⲗⲉⲙ pro ⲁⲧϭⲱⲗⲉⲃ, *immaculatus*. Migrat enim saepe in consuetudine linguarum B in M, et M in B. Cuiusmodi in V. Bⲁϣⲟⲣ *serra* complura exempla protuli. Eadem vox basmyr. ⲧⲁⲗⲉϥ.

Θⲱⲙ, *φραγμος*, *εμφραττειν*, *sepes*, *maceria*, *sepire*, *obstruere* ad Ephes. II. 14. Psal. LXII. 11. Theb. ⲧⲱⲙ. *obturare* in elencho cod. aegypt. Borg. pag. 487. Idem est טום *Tum Tom*, *obstruere*, *obturare* chald. Eadem vis ac significatio *τυ* אטם *Atam* hebr. chald. Addito ρο vel ρⲱ *os*, ϭⲱⲙ est *φιμουσθαι*, *obstruere os*, *obmutescere*. Ita Matth. XXII. 12. ⲁⲣⲱⲙϭⲱⲙ, *εφιμωθη*. Habent etiam Aegyptii ϣⲑⲁⲙ, *occludere*, *obstruere*, et ϣⲑⲟⲙ *ostium*; quae item pendent a סתם *Satham*, *occludere*, *obstruere* hebr. cald. et طم arab. Idem est ϣⲟⲧⲉⲙ, *κλειειν*, et ex eodem fonte ductum. Ex his intelliges, non ideo legi ϭⲱⲙ et ϣⲑⲟⲙ, quod in principio verborum Scin addere soleant Copti; quod Scholtzius iudicat in grammat. copt. itaque vult, huiusmodi voces sub ϭ, non sub ϣ littera esse collocandas: Licet in aliis Scei vere ab Aegyptiis adiecta reperiatur. Praeter ϣⲑⲁⲙ etiam ⲙⲁϣⲑⲁⲙ legitur eodem sensu epist. ad Rom. XI. 32. Matth. XXV. 10. II. ad Cor. XI. 10. Proprie ⲙⲁϣⲑⲁⲙ videtur esse *locus obstructus*. Deinde usurpatum pro *occludere*, quasi *locum claudere*. Est alia *τυ* ϭⲱⲙ significatio non infrequens in libris copticis Borgianis, *storea*. Hoc forsan a ضم, *copulare*, *constringere* arab. Quo etiam quis ϭⲱⲙ *obstruere* referre posset. Nam idem verbum صم sine puncto est *obturare*.

Θⲱⲙⲥ, *θαπτειν*, *κρυπτειν*, *sepelire*, *abdere* in fovea Matth. VIII. 21. Exod. II. 12. theb. ⲧⲟⲙⲥ, basmyr. ⲧⲁⲙⲉⲥ. Non di-

versum videtur a رمس , *sepelire* , *occultare* arab. D, qua Aegyptii carebant, in Θ conversa.

Ⲑⲱⲣ, ⲑⲱⲣⲓ, *ιτεα*, *salix* Levit. XXIII. 40. Psalm. CXXXVI. 2. Occurrit Caldaeis ac Thalmudicis usitatum חורין *Thorin* , *virgulta* , *stolones* . Salicis autem planta virgulas plures emittit, quibus ad vinciendum utuntur. In Scala El. pag. 340. *salix* dicitur ϣⲉ ⲛ̀ⲑⲱⲣⲓ uti etiam Isai. XXXXIIII. 4. quasi lignum, vel caudex, unde virgulae enascuntur.

Ⲑⲱⲣⲡ, *ραπτειν*, *suere*, *consuere* Gen. III. 7. ⲑⲱⲣⲡ, *sutura* Scal. El. pag. 398. ⲁⲧⲑⲱⲣⲡ, *αῤῥαφος* , *inconsutilis* Iohan. XVIIII. 23. ⲙⲁⲛⲑⲱⲣⲡ, *ραφις* , *acus* Matth. XVIIII. 24. theb. ϩⲁⲙⲛⲧⲱⲡ ibidem in codic. Nanian. Iam ⲑⲱⲣⲡ fort. a חבר , *consuit* hebr. Namque a *Thaphar* consueta metathesi fit *Tharph*, *Thorph* . Sic etiam *ραπτω* videtur ab eadem origine. Aeque enim a *Thaphar* dici potuit *Rapht* *ραπτ*. De ⲙⲁⲛⲑⲱⲣⲡ *acus* , quod supra posui, notabis ⲙⲁ praefixum heic loci instrumentum significare, quod apud Orientales in usu est. Itaque *acum* Arabes مخيط vocant a خيط vel خاط *suere*: et Caldaei atque Syri מחטא item *acus* a חוט vel חטט *consuere* . In elencho codicum Borg. est etiam ⲑⲉⲣⲡ *acus* p. 389. in adnot.

Ⲑⲱϣ, ⲑⲟϣ, ⲑⲁϣ, ⲑⲏϣ, ⲧⲏϣ, *οριζειν*, *οριον*, *τασσειν*, *διατασσειν*, *διαταγη*, theb. ⲧⲱϣ, ⲧⲏϣ, basmyr. ⲧⲁϣ. Ista non differunt a *τασσω* , *ταξις* , unde טכס , *instruere* , *ordinare* , טקסא , *ordo* chald. orta putantur. Eadem طقس , *disponere* , *constituere* ; طقس *Taks* , *ταξις* , *ordo* , *dispositio* arab. Quid fuerit ex his caeterorum caput, equidem non dico; sed omnia tamen eodem pertinere videntur.

Ⲑⲱϩⲥ, ⲑⲁϩⲥ, *χριειν*, *αλειφειν*, *ungere*: theb. ⲧⲱϩⲥ, ⲧⲁϩⲥ, ⲧⲉϩⲥ. Utique ⲑⲱϩⲥ seu ⲧⲱϩⲥ idem ac טוח *linire* , *ungere* hebr. chald. Hoc idem verbum ⲑⲱϩⲥ interdum est *mulcere manibus*, *leniter tangere* lib. de gest. Macar. M. in cod. Borg. ⲉⲩⲛ ⲑⲱϩⲥ ⲉⲣⲟⲥ ⲛⲛⲁϫⲓϫ.

I

I, ει, *ire*. Similia huic εω, ιω, *eo*; εις, ει, *is*: et imperf. ειν εις ει: et imperat. ει. Subiungam ιε, theb. κ, *vel*, *quam*. Hoc utique non differt ab H, quo utuntur Graeci.

Ιαιμεн vel ϩιαμεн π, البحيرة, *lacus*, *piscina* Scal. M. pag. 214. Factum videtur a ימין *lammin* chald. syr. quod Hebraei dicunt ימים *lammim*: quae non tantum *maria*, sed etiam *lacus*, *stagna*, *piscinas* significant ex usu Orientalium: unde *mare Galilaeae*, *mare salis*, qui lacus sunt. Etiam Arabes *stagna*, *piscinas* vocant بحيرة, ut supra, quasi *parvum mare*: nam ipsis بحر est *mare*. Copti pariter ab ιομ. *mare* dicunt ιαιμεн *lacus*. Iidem ιομ. vocant ὑπολήνιον Aggaei II. 17. Thebaei item ειομ., ὑπολήνιον Marci XII. 1. in codic. Nanian. fascicul. 3. quem Mingarellus incohatum reliquit. Latini *lacum*.

Ιαλ, εσοπτρον, *speculum* I. Cor. XIII. 12. et in Scal. El. pag. 360. ϯ ιαλ, المراة, مراة الوجه, id est *speculum*, *speculum faciei*. Ita est interpungendus atque explicandus hic locus. Prave Kirkerus vertit, *mulier*, *speculum*. Nec enim ita arabica congruunt cum copticis. Iterum male, quum in fine libri se corrigit ita, *vultus*, *facies*, *speculum*. Ιαλ, αυγασμα, *splendor* Levit. XIII. 38. ubi pro ϩαнιαλ lege ϩαнιαλ, αυγασματα. τειαλ *splendere* theb. lib. *de* 12. *gemmis* apud Georg. pag. 316. de mirac. S. Coluth. Huc spectat ιελελ, στιλβωσις, *fulgor* Ezech. XXI. 15. Ab ιαλ Graeci ὕαλος, ut opinor. Ιαλ vero et ιελελ fortasse ab הלל *Helel*, *splendere* Aegyptii. In deposit. Magistriani legitur ελελ.

Ιан, بنفسج, *viola* Scal. M. pag. 179. graece ιον. Vel Graeci ab Aegyptiis, vel Aegyptii a Graecis.

Ιанноϣер π, هندبا بري, *intubum silvestre* Scal. M. pag. 169. Certe ιанноϣер scriptum primo ab Aegyptiis ιωϐноϣер vel ιαϐноϣер, dein usu loquendi ιанноϣер, *lactuca accipitris*. ноϥϣер enim *accipiter*, ιωϐ vel ιαϐ *lactuca* est. Etiam apud Graecos silvestre intubum ab accipitre nomen sumpsit. quippe ἱεράκιον vocatur απο τυ ἱερακος. In append. Dioscoridis ad cap. 73. lib. 3. ἱεράκιον ρωμαιοι ιντυβυμ αγρεστεμ. Cur autem silvestre intubum, seu

lactuca ita a Graecis Aegyptiisque denominata sit, aperit Plinius lib. 20. cap. 7. quia, inquit, *accipitres scalpendo eam* (hieraciam) *succoque oculos tingendo, obscuritatem cum sensere, discutiunt*: et Aelianus *de animal.* lib. 2. cap. 43. Καμοντες την οψιν ιερακες, ευθυ των αιμασιων ιασι, και την αγριαν θριδακινην, *agrestem lactucam*, ανασπωσι, και τον οπον αυτης πικρον οντα και δριμυν υπερ των οφθαλμων αιωρουσι των σφετερων, και λειβομενον δεχονται, και τουτο αυτοις υγειαν εργαζεται. Apuleius cap. 30. cui titulus *de lactuca silvestri*, a Graecis inquit *Hieracion* dici, vel *Didaxagria* (scribe *Thridaxagria*) eandemque prodesse scribit *ad oculorum caliginem* depellendam. Deinde narrat, *aquilam* (caeteri accipitrem) *succo eius sibi oculos tingere, et maximam inde claritudinem accipere*. Habes quid valeat ϫⲁⲛⲛⲟϣⲉⲣ. ϫⲱⲃ autem *lactuca*, ⲛⲟϣⲉⲣ *accipiter* unde sint alibi expositum.

Ιⲁⲣⲟ, ποταμος, *flumen*. Theb. ⲓⲉⲣⲟ et ⲉⲓⲉⲣⲟ. Idem est hebr. יאר, *rivus*, *fluvius*. Iablonskius existimat, ⲓⲁⲣⲟ esse nomen origine aegyptium, ac Nili proprium *Panth. Aegypt.* lib. 4. cap. 1. §. 2. quem lege, si placet. Subiiciam heic, quoniam se offert occasio, duorum fluminum nomina, quae re quidem vera in Nilum influunt infra Meroen; sed ab aliquibus pro Nilo vel Nili ramis sunt habita. Vocantur autem *Astapus* et *Astaboras* apud Plinium lib. 5. cap. 9. ubi *Astapun* inquit *illarum gentium lingua significare aquam e tenebris profluentem*; *Astaboren* vero *ramum aquae venientis e tenebris*. Quo posito, mihi videtur Astapun, ita scriptum, אבצפון *Abtsapun* vel *Abstapun* (nam Tsade per ST saepe reddi probat Bochartus *Chanaan* lib. 1. cap. 7.) Astaboras autem sic, אבצפוראש *Abstapuras*: unde *Astapun*, exclusa B consuetudine sermonis, et *Astaboras*, P in B pariter usu loquendi conversa: Porro אבצפון *Abstapun* valet, *aqua occulta*, *latens*, *abdita*, vel ex abdito profluens, quod ait Plinius. Quippe צפון *Tsapun*, *Stapun* est *abditum*, *absconditum*; אב *Ab* autem Persarum lingua est *aqua*. In *Astaboras* additum ראש vel ריש, quod Hebraei *Ros*, Arabes *Ras*, *Res*, Chaldaei, Syri, Aethiopes *Res*, *Ris* enunciant. ראש *Ras* vero seu *Res*, quum de aquis ac fluminibus agitur, principes alveos ac ramos, in quos se aquae dispescunt, designat; ut Gen. cap. 2. vers. 10. Itaque *Astapures*, vel *Astabores* erit *aquae latentis ramus*, sive, ut a Plinio explicatur,

ramus aquae venlentis e tenebris . Porro אב *aquam* in fluviis appellandis Persas apponere solitos, probat Relandus *de situ Paradisi* n.21. Habes expositam nominum vim. Res ipsa tamen, et ratio fluminum valde perplexa est, si veteres historicos consulamus. Aliqui enim *Astapun* eundem *Astosaban* vel *Astusapen* appellant. Quidam *Astosaben* alium atque *Astapun* narrant, ut loc. cit. Plinius: qui etiam in eo peccat, quod *Astapun*, *Astusapen* et *Astaboran* Nilum putat vel Nili alveos. Sed vera est sententia Ptolemaei, quam sequitur Cellarius lib.4. cap.8. num.26. qui *Astapun* tantum et *Astaboran* ponit, eosque ab Nilo diversos. *Astosapes* autem alius ab *Astapo* nullus fuit. Sed nominis diversitas videtur ex eo nata, quod Graeci אבצפון peregrinam vocem paullo aliter pronunciarent. Quum enim Tsade per ST vel TS efferant, ab *Abstapun* factum *Astapun*; ab *Abtsapun* vero, quod durius est, vocali interiecta *Abtasapun*, tum *Astasapun*, quod graece declinatum, fit *Astasopes*, *Astasopas* aut *Astusapes*. Hoc ipsum accidit in ϣⲁⲗ *Scal*, *myrrha*, quod Plinius *Sacal* (de quo infra V. ϢⲀⲖ) et in aliis permultis. Erravit etiam Plinius eo, quod ait loco cit. *Astasapen latentis significationem adiicere*. Haec enim vis aeque inest in *Astapun* et *Astaboras*, si bene quidem horum vocabulorum rationem sum adsequutus. Immo eadem in ipsa Plinii interpretatione cernitur. Neque enim alio spectat *aqua veniens* aut *profluens e tenebris*. Quod autem aliqui libri Pliniani pro *latentis* habent *lateris*, id nihili est: quamvis ea lectio placeat Salmasio in *Solin.* pag.418. Caeterum, Plinio praetermisso, alii omnes binos fluvios produnt; *Astapun* (quem nonnulli *Astasoban* vel *Astosaban*) et *Astaboran*. Ita Iosephus lib. 2. *antiquit.* cap.5. Ptolemaeus lib. 4. cap. 8. Mela lib. 1. cap. 9. Heliodorus in *Aethiop.* lib. 10. Eustathius in *Dionys.* vers. 28. Vitruvius lib. 8. cap. 2. Strabo tantum dubitat lib. 17. sub init. ubi ait: Εμβαλλουσι δ' εις αυτον (Νειλον) δυο ποταμοι· ων ο μεν Αςαβορας καλειται· ετερος δ' Αςαπους· οι δ' Αςοσαβαν καλουσι· τον δ' Αςαπουν αλλον ειναι. Qui idem eod. libro p. 821. tres commemorat.

Ⲓⲁϩⲁⲗⲟⲗⲓ, *vinea* Matth. xx. 1. Similiter Ⲓⲁϩϣϣⲏⲛ, *silva* Psalm. cxxxi. 6. Ⲓⲁϩϫⲱⲓⲧ, *olivetum*, Ⲓⲁϩⲛⲉⲣⲙⲁⲛ, *locus malorum punicorum* Zach. xii. Exod. xxiii. 11. Vocabula constant ex ⲓⲁϩ theb. vel ⲓⲟϩⲓ memph. αγρος, χωριον: scilicet *ager* vel *locus vitium*, *lignorum*, *olearum*, *malorum punicorum*. Nam ⲁⲗⲟⲗⲓ *vitis*, ϣϣⲏⲛ *li-*

gnum, ϫⲱⲓⲧ *olea*, ⲉⲣⲙⲁⲛ *malum punicum*. Etiam in Scal. M. p. 215. est ⲓⲁϩϣϣⲏⲛ الغاب *silva*; quae Kirkerus perperam *sinus*. Ita est ⲓⲁϩ pro ⲓⲟϩⲓ: nam etiam dicitur ⲓⲟϩⲁⲗⲟⲗⲓ in Encom. Theod. ex cod. Borg. Adde ⲓⲁϩⲥⲟⲩⲟ *seges*, seu campus, in quo ⲥⲟⲩⲟ *frumentum* seritur, graece ἀμητος Deut. xxiii. 25. Huc refero ⲓⲁⲛⲧⲱⲟⲩ (fort. scribendum ⲓⲁϩⲛⲧⲱⲟⲩ) ἡ ὀρεινη, *agri*, seu *loca montana* Luc. i. 39. 65. Num. xiii. 30. Aliud est ⲓⲁⲛⲧⲱⲟⲩ *onager*; de quo dixi V. Ⲉⲱ. Est etiam ⲓⲁ, theb. ⲉⲓⲁ, *vallis* in codic. Borg. quod assimile est τῷ גיא, *vallis* hebr. chald. Id enim profecto *Gia* Hebraei veteres enunciabant.

Iⲏⲥ, *festinare*, *properare*, *celeritas*, *cito*, *celer*, ⲓⲱⲥ *celeritas*, *festinatio*. Vide Crozium. Haec parum distant a חוש *festinare*, חיש *cito*, החיש *properavit*, *acceleravit* hebr.

Iobonsos, id est *lactuca silvestris*. Nomen proditum ab Apuleio *de virtut. herb.* cap. 30. ubi ita ab Aegyptiis silvestrem lactucam denominatam tradit. Constituta vox est ex ⲓⲱⲃ *lactuca*, et ⲥⲱϣⲉ *ager* Hierem. cap. 13. et 20. apud Mingarel. pag. lxxi. et Tukinm gram. copt. pag. 295. Unde erit ⲓⲱⲃⲛⲥⲱϣⲉ *Iobonsose*, *lactuca agrestis*. Fuit, quum *Iobonsos* esse millefolium putarem, quasi ϫⲱⲃⲓⲛϣⲟ, quia ϫⲱⲃⲓ *folium* est, ϣⲟ *mille*. *Giobonso* autem idem ac *jobonso*, G in I consonantem conversa, quomodo G efferunt Arabes; quum Itali vicissim ex *iam* faciant *già*, ex *iaceo giaccio*, ex *iocus gioco*. Tale est etiam Coptis ⲓⲁⲛⲃⲓ *infirmitas* et ϫⲁⲃⲓ; unde ϫⲁⲃⲓϩⲏⲧ. Habitum vero ϫⲱⲃⲛϣⲟ *Iobonso* pro lactuca silvestri ab Apuleio videbatur, quia veteres herbarum nomina et appellationes saepe confundunt, maxime earum, quae similes inter se sunt. Ita videas apud eundem cap. 89. millefolium ab aliquibus *Ambrosiam* dici; quo modo in append. Dioscoridis ad caput 165. lib. 2. lactucam vocatam leges. Itidem virtus lactucae silvestris Apuleii cap. 30. haec una perhibetur *ad oculorum caliginem* depellendam: quae vis acori potissima esse traditur a Plinio lib. 25. cap. 13. Quum alias acorum, etiam *millefolium* cognominari scripserit idem Apuleius cap. 89. Sed ita profecto se res habuit. Lactucam silvestrem Aegyptii ⲓⲱⲃⲛⲥⲱϣⲉ dixerunt; μυριοφυλλον vero, id est *millefolium*, verbum de verbo ϫⲱⲃⲛϣⲟ: quae, quoniam persimilia sunt, alterum pro altero accipere, atque usurpare pronum erat. Restat, ut do-

ceam de lactucae nomine ϫⲱϣ. Habet id Scal. M. pag. 196. ubi ⲡⲓ ϫⲱϣ, الخس, *lactuca*. Forsitan a ϫⲱϣⲓ, *folium* vocata; quia sativa lactuca latifolia est.

Ⲓⲟⲙ, θαλασσα, *mare*. Certe idem ים *Iam*. ⲁⲙⲁⲓⲟⲩ ⲛⲓ, *maria* Psal. VIII. 8. idem pariter ac ימים, ימיא, ימין: finitum per ⲟⲩ, quo modo Copti pluralia terminare solent. Hinc forsan ⲁⲙⲏⲓⲡⲓ, النيل, *Nilus* in Scal. M. pag. 214. si tamen vere Nilum denotat. Constat enim ex ⲁⲙⲁⲓⲟⲩ et ⲓⲣⲓ *fieri*, quod alvei Nili, maxime ostiis proximi, sunt instar marium. Quare Diodorus lib. I. Οἱ γαρ Αιγυπτιοι νομιζουσιν, ωκεανον ειναι τον παρ' αυτοις ποταμον Νειλον.

Ⲓⲟⲡⲏ, εργασια, *opus*, *labor*. Consule Crozium. Habent Graeci ϵπω, *operor*, *ago*; unde Latini *opus*. Vulgatius nomen apud Aegyptios est ϩⲱⲃ, *opus*. A quo tamen ⲓⲟⲡⲏ aliquantum distat.

Ⲓⲟⲣⲓⲧϣⲓⲕ, διωρυγη, *fossa*, *canalis* Exod. VII. 19. Exprimunt hac voce Copti vim graeci nominis. Coniuncta est enim ex ϣⲓⲕ *fossa*, et ⲓⲟⲣ, quod est *trans*, *transitus*. Itaque erit ⲓⲟⲣⲓⲧϣⲓⲕ, fossa vel canalis sive alveus per aliquem locum ductus. Verbum de verbo ⲓⲟⲣ δια, ϣⲓⲕ ορυγη: unde ⲓⲟⲣⲓⲧϣⲓⲕ διωρυγη, quasi *transfossa*. De ϣⲓⲕ et ⲓⲟⲣ seiunctim agimus V. Ϣⲓⲕ et Ϫⲓⲛⲓⲟⲣ.

Ⲓⲟⲣϩ, الناظر, *pupilla oculi*, *obtutus* Scal. M. pag. 75. Item ⲉⲓⲱⲣϩ, *videre*, *adspicere* theb. apud Georgium lib. *de mirac. S. Coluthi* pag. 78. et Ecclesiastis V. 10. in cod. Borg. ⲧⲁⲣⲭⲏ ⲙⲡⲉⲓⲱⲣϩ, graece αρχη τε ὁραν. Etiam ⲉⲓⲱⲣⲁϩ *adspectus*. Ab ⲓⲟⲣϩ est ϯⲙⲉⲧⲓⲟⲣϩ, *attentio*, *contemplatio* Scal. M. pag. 57. Indidem factum ⲓⲟⲣⲧⲉⲙ. vel ⲓⲱⲣⲉⲙ., theb. ⲉⲓⲟⲣⲙ., ατενιζειν Actor. I. 10. *intentos* ac *defixos oculos tenere*. Pariter *admirari*, *obstupescere*. Namque homines admiratione capti, stant oculis immotis et aliquo defixis. Porro ista, dico ⲓⲟⲣϩ et ⲉⲓⲱⲣϩ, conveniunt fere cum אורא *adspectus*, *obtutus*, *intentio oculorum*, et verbo חור *adspicere*, *intueri* chald. syr. ex quo חורא. Est etiam חור *foramen*, assimile τῳ ⲓⲟⲣϩ. Quippe oculi foramen pupilla. Ex quo facile Copti ⲡⲓⲓⲟⲣϩ ⲛⲟⲩⲃⲁⲗ; quomodo iidem ϯⲁⲗⲗⲟⲩ ⲛⲟⲩⲃⲁⲗ *pupula oculi* dixerunt Psalm. XVI. 8. Namque ⲁⲗⲟⲩ *puella* est.

Ⲓⲟϩ, σεληνη, *luna* Matth. XXIIII. 29. Thebaei ⲟⲟϩ et ⲱϩ. Hoc ipso nomine lunam Argivi demonstrabant, quos ab Aegypto originem traxisse proditum est. Eustathius ad Dionys. vers. 92. Ενθα βυς ην εν αγαλματι της Ιυς, ητοι της σεληνης. Ιω γαρ ἡ σεληνη

κατα την των Αιγυπτιων διαλεκτον. Et in chronico Alex. pag. 96. edit. Rad. Οἱ γαρ Αιγυπτιοι μυστικως το ονομα της σεληνης το αποκρυφον Ιω λεγουσιν ἑως αρτι. Eadem Malala in chronogr. et Cedrenus et Suidas V. Ιω. Lege Iablonskium *Panth. Aeg.* lib. 3. cap. 1. num. 2.

Ιτασι, *fenum graecum* aegypt. in appendice Dioscor. ad cap. 124. lib. 2. Scriptum videtur ϩιταπϣιη; unde, π littera elisa, ϩιταϣιη *Hitasie*, tum *Itasi*. Est autem ϩιταπϣιη, si explicare velis, *longa cornua proiiciens* seu *mittens*. ϩι enim *proiicere*, ταπ *cornu*, ϣιη *longus*, *longitudo*. Talis vero huius herbae aut leguminis natura ac species est. Quare κεραΐτις, *cornuta* dicitur a Graecis, et βουκερας et αιγοκερας propterea, quod siliquas profert longas et in modum corniculi recurvas. Ex quo etiam magis vulgato nomine τηλις vocata; quia cornua eius ac cauliculi *in longum* protenduntur; uti docent grammatici. Lege Bodaeum in comment. ad *Theophrast.* pag. 952.

Ιτεη ηι, κοπρια, *stercus*, *stercora* Isai. II. 5. Idem profecto *Iten*, ac غيطان *Gitan*, *stercora* arab. maxime si punctum τῳ Ajin impositum sustuleris, unde *Itan*. Singulare est غائط, *stercus*, *fimus*. Ab ιτεη male *Mephitim* derivat Crozius: de quo infra sermo erit.

Ιωτ, δροσος, *ros*, *imber* Psalm. CXXXII. 3. theb. ιωτ, ιωτε. Item ωιτ Deuter. XXXII. 2. Consonant ιωτ, ιωτ, ωιτ cum غيث *Gaith*, *ros*, *imber* arab. vel *Aith* sine puncto.

K

Κακβελ, πτιλλος τες οφθαλμες Levit. xxi. 20. Mihi certe ϩκακβελ est λελεπισμενος της οφθαλμος. Nam κακ, κακc sunt λεπιδες, λεπισματα, βαλ *oculus*. Reapse huiusmodi est πτιλλος. Hesychius, Πτιλος· ὁ μαδαρος και λελεπισμενος τες οφθαλμες. Sensum vocis non vidit Wilkinsius. Prave enim reddidit, *oculis maculosus*. De κακ vel κακc dicam V. Cεϩτ.

Κακωι ϯ, القمل, *pediculus* Scal. M. p. 173. Certe a ϩωϩ *prurire* vel ϩαϩον *pruritus*. ωι autem forsitan pro ϯ: unde ϩαϩϯ *pruritum afferens* vel *movens*. A ϩαϩϯ fit κακωι, tenues commutando cum adspiratis.

Κακκαμαν ϯ, ام قويق, *bubo*, *noctua* Scal. M. pag. 169. Arabica ad verbum *mater cucubantis*, vel *cucubans* femina. Eadem vox in Aristophane legitur in *Avibus*, κικκαβαῦ, κικκαβαῦ, ubi Scholiastes, τας γλαυκας ετω φωνειν λεγεσιν. Exprimit igitur κακκαμαν vel κικκαβαῦ (nam B cum M commutatur, ut supra ostendi V. Βαϣορ) sonum, quem edit noctua. Quare κικκαβαι, vel *cicumae*, aut *cucumae* appellatae sunt. In scholiis Aristophanis loc. cit. ὅθεν και κικκαβας αυτας λεγεσιν· οἱ δε κικυμιδας· ὡς καλλιμαχος, καρτ' αγαθη κικυμις. Hesychius, κικυμῆις, γλαυξ. In glossis Isidori, *Cecuma*, *noctua*. Et Papias, *cucuma*, *noctua*. Alias *cucuba*, ut in carmine de *Philomela* vers. 41.

Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Varro lib. 4. *Pleraeque aves dictae suis vocibus; ut hae, upupa, cuculus, corvus, ulula, bubo: item hae, pavo, anser, gallina, columba*. Idem fere apud Graecos et Aegyptios.

Καλαμφο, βουνος, *collis* Psalm. LXIII. 12. CXIII. 4. 6. Accipio pro θαλαμφο seu θαλὰμφο, *tumulus caelestis*, id est *ad caelum elatus*. Nam φε *caelum*, θαλ, *tumulus*, *collis*. Copti non raro Θ commutant cum K vel C, ut κεντε, *ficus* probabiliter a תינתא, θαμμονι, *cuminum* pro כמון. Eodem modo κιβωτος a תבותא, *arca*, καχλη *purpura* pro חבלא, *coena* a θοινη, *anclo* ab ανθλω, *haurio*. Enimvero θαλ proprie est θιν *agger*, *tumulus*. Nam dictus a תלל, *aggerere*, *accumulare*. Inde, opinor, θαλι

ⲟⲩϥⲟ, *tumulus ad caelum sublatus*, seu βȣνος *collis*, qui deinde simpliciter ⲑⲁⲗ. Sicuti grando, quae ⲁⲗⲟⲩϥⲉ appellata, id est *calculi e caelo*, etiam ⲁⲗ vulgo dicitur.

Ⲕⲁⲗⲁⲡⲏⲓ, السمان, *turdus* Scal. M. pag. 168. Fortasse nomen habet a textura domus, quae singularis est, velut conserta plurium nidulorum serie. Ⲕⲁⲗ, ⲕⲉⲗ, ⲕⲱⲗ est *plicare*, *flectere*, *convolvere*, ⲡⲏⲓ *domus*. Aristoteles lib. 6. *hist. anim.* cap. 1. Αι δε κιχλαι νεοττειαν μεν ποιȣνται, ὥσπερ αἱ χελιδονες, εκ πηλȣ, επι τοις ὑψηλοις των δενδρων· εφεξης δε ποιȣσιν αλληλαις, και εχομενας, ὥστε ειναι δια την συνεχειαν, ὥσπερ ὁρμαθον νεοττειων. Ex quo Plinius lib. 10. cap. 53. *Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes paene contextim, in secessu generant.*

Καλασιρις, tunicae genus apud Aegyptios. Visum Bocharto *Chanaan* lib. 1. cap. 14. καλασιριν denominatam a קרסל *Karsol*, *talus* hebr. unde κατα μεταθεσιν *Kalaser*: quippe καλασιρις Hesychio est ποδηρες χιτωνιον, *talaris tunica*. Verum aegyptia erat *calasiris*, non Hebraeorum vestis. Pollux lib. 7. cap. 16. Καλασιρις, χιτων θυσανωτος αιγυπτιος. Aristophanis scholiastes ad *Aves*, de calasiri, φησι δε Κηφισοδωρος, ὁτι Αιγυπτιων ἡ λεξις. Suidas, Καλασιρις, χιτων πλατυς· ȣτως Αιγυπτιοι. Ante hos Herodotus lib. 2. num. 81: ενδεδυκασι δε (Αιγυπτιοι) χιτωνας λινεȣς περι τα σκελεα θυσσανωτȣς, ȣ̔ς καλεȣσι καλασιρις. Hebraei insuper tum temporis, quando in Aegypto florebant artes, ac lineae vel byssinae, multique pretii vestes elaborabantur, Hebraei, inquam, earundem artium ignari, ac pastoritiam vitam agentes, rudiori panno ex villis ac pilis induebantur. Quod si aliquando ab iis pretiosas vestes adhibitas fuisse legimus, cuiusmodi fuit Iosephi tunica polymita Gen. 37. 2. eas in Aegypto emptas, atque inde exportatas non est dubitandum. Igitur καλασιρις quid sibi velit, in aegyptia lingua quaeramus necesse est. Occurrit autem, his litteris expressam ϫⲟⲗϩϫⲉⲣ, ϫⲁⲗϩϫⲉⲣ, *Galheger*, *Galheser*, id est *luxuriosa*, *mollis*, *delicata vestis*, vel *tunica*. Nam ϫⲟⲗϩ *indumentum* significat; ϫⲉⲣ autem *molle*, *delicatum*, a verbo ϫⲉⲣϫⲉⲣ, σπαταλαν, τρυφαν. Quare καλασιρις Herodoto ac Polluci est χιτων θυσανωτος, *fimbriata tunica*; Suidae πλατυς, *ampla*; Hesychio ποδηρης, *ad talos demissa*: cuiusmodi vestitu ut plurimum feminae atque homines delicatiores utebantur. Eam Graeci interdum τρυφοκαλασιριν

vocabant. τρυφοκαλάσιρις vero Hesychius dicit ἐνδυμα γυναικεῖον; quod ex Aristophane sumptum. Eadem vox legitur apud Pollucem lib. 7. num.95. et apud Clementem Alex. in *Paedag.* lib. 2. pag.245. pariter ex Aristophane.

Ⲕⲁⲗⲗⲁⲛⲕⲁϩ, المرفق, *cubitus* Scal. M. pag. 77. Videtur copulata vox ex ⲕⲉⲗ, ⲕⲱⲗ, *plicare*, *flectere*, *volvere*, et ⲕⲁϩ *cubitus*, *brachium*. Inde ⲕⲉⲗⲏⲕⲁϩ *Kelankah*, *flexus*, *curvatura brachii*, *cubitus*. Postea ⲕⲁⲗⲗⲁⲛⲕⲁϩ paullo corruptius. Ⲕⲁϩ vero *cubitum* denotare ne dubita. Namque est idem ac كاع, *cubitus* arab. Nec natura differt a ⲕⲱⲓ, arab. كوع, qui pariter *cubitus* Scal. M. pag. 77. Syri etiam ܟܘܥܐ, *curvatura brachii*, *cubitus*. His addas ⲕⲉϩ, minime a ⲕⲁϩ diversum. Ex quo ϯ ⲕⲉϩ, ϣⲉⲛ ⲕⲉϩ, proprie *cubiti* vel *brachii ictus*, latius κολαφίζειν, κονδυλίζειν Marci xiii. 65. Malach. iii. 5. Quare perperam Crozius in lexico ⲕⲉϩ *colaphum* ponit.

Ⲕⲁⲗⲙⲙⲉⲗϩ, *saccharum* in elencho codicum aegypt. Borg. nuper edito. Locum non memini. De eo Plinius lib. 12. cap. 8. Dioscorides lib. 2. cap. 104. Σακχαρον, inquit, ειδος ὀν μελιτος, εν Ινδια πεπηγοτος και τη ευδαιμονι Αραβια, ευρισκομενον επι των καλαμων. Quare ⲕⲁⲗⲙⲙⲉⲗϩ verbum est ex καλαμος et μελι confictum, nempe το καλαμινον μελι; quomodo vocat Arrianus in *periplo maris rubri* pag. 150. edit. Amstelod. μελι το καλαμινον, το λεγομενον Σακχαρι. Hoc autem sane diversum a vulgari sacchari, quo nunc utimur, censent eruditi, ac multis probat Salmasius in *exercit. Plin.* a pag. 1018.

Ⲕⲁⲙ. ⲛⲓ, *iuncus*, *ulva* in vita Pachomii: item in vita Macarii Alex. ex codic. Borg. Graece θρυον in *Lausiac.* cap. 20. ubi eadem historia legitur. Etiam theb. ⲕⲁⲙ est θρυον in cod. Nan. apud Mingar. pag. 249. Nam ⲉϩⲥ ⲕⲁⲙ, graece θεισαι θρυα. Porro ⲕⲁⲙ est a גמא, *iuncus*, quod, neglectis vocalibus, legas *Gamà*; unde *Gam* sine Aleph finali, quae et in aliis siletur. Exempla habes in Ⲕⲁϣ.

Ⲕⲁⲙⲏⲣⲟⲥ, القمري, *turtur alba* Scal. M. pag. 168. القمري certe est *turtur* vel species turturis. Verti autem ego *turtur alba*; quia haec mea opinione vis nominis ac significatio est. Quippe قمر dicitur *album esse*, قمرة *color albus*, قمر *luna* ab albedine. Esse vero τρυγονας λευκας, *albas turtures* scribit

Aelianus *hist. Anim.* lib. 10. cap. 33. Has proprie ab Arabibus vocari القمرى; itaque distingui a caeteris, quas solent dicere يمام, existimo. Postquam haec scripsi, in lexico persicae linguae, quod a Castello editum est, القمرى, *turtur albus* reapse reperi; ut iam id, quod conieceram, evidens et apertum sit. Itaque a قمرى *Kamri*, P vel B littera inserta, quod vulgo fieri solet, fictum *Kampiri*, aut ⲕⲁⲙⲡⲓⲣⲟⲥ Copto-Graecorum more. Quum igitur ⲕⲁⲙⲡⲓⲣⲟⲥ sit alba turtur, corrigendus Kirkerus, cui *Pelecanus* visus est.

Ⲕⲁⲡ, *filum*, *chorda* Scal. M. pag. 123. Psalm. XXXII. 2. CL. 4. Inde ⲕⲁⲡ ⲛ̀ϥⲱⲓ, θρὶξ, *capillus* Matth. V. 36. Item ⲙⲁϣⲓⲛ̀ⲧⲉⲛⲓⲕⲁⲡ, ميزان الخيط *perpendiculum*, *fili libramentum* vel *pondus* Scal. M. pag. 124. Quod constat ex ⲙⲁϣⲓ *trutina* et ⲕⲁⲡ. Hoc autem, dico ⲕⲁⲡ, non aliud mihi videtur a קו *Kav*, *linea*, *filum*, *perpendiculum*, *filum mensoris*. Conveniunt enim *Kav*, *Kab*, *Kap*.

Ⲕⲁⲣⲉⲗⲗⲁ, *cicercula*, *pisum* vit. Pachom. in cod. Borg. Ⲁϥⲙⲁϩ ⲙ̀ⲡⲓⲕⲁⲣⲉⲗⲗⲁ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥϫⲓϫ ϣⲁⲛⲧⲉⲛⲓⲛⲉϩ ⲉⲧⲉⲛϧⲏⲧϥ ⲫⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ, *cicerculam manu sua permiscuit*, *ut oleum*, *quod in illa erat*, *dispergeretur*. Sic autem ⲕⲁⲣⲉⲗⲗⲁ interpretatus sum propterea, quia idem est Syris nomen apud Bar Bahlul ܚܘܪܠܐ, *Churele*, *Churelle*, *pisa*, *cicerculae*: nam Chet in K, sive adspiratae in tenues mutantur.

Ⲕⲁⲣⲓⲁ, *patina grandior*, *paropsis* Scal. M. pag. 150. Prave Crozius ex Kirkero explicat, *galea*, *cassis*. Recensetur enim ⲟⲩⲕⲁⲣⲓⲁ ab auctore Scalae M. inter vasa, quae ad mensam ac culinam pertinent. Magis ridiculum mihi videtur, quod Crozius idem subiicit, ita dici *a Caribus advenis*. Scilicet quia Cares Aegyptios doctrinis instituerunt; quod unum scribit Herodotus; idcirco istos galeam ⲕⲁⲣⲓⲁ denominasse, cogitare aliquis poterit? Quid vero de Georgio dicam, qui in praefat. ad lib. de *Fragm. Evang. S. Iohan.* p. XLIII. ⲕⲁⲣⲓⲁ perinde se habere iudicat, ac τὰ καρικὰ? Quasi non, esse ⲟⲩⲕⲁⲣⲓⲁ singulare nomen, ac singulare aliquid indicare manifestum sit. Mihi vero id *paropsidem* aut *patinam* explicare visum est. Nam ea potestas est appositae vocis arabicae قعاريه *Kaaria* (male editum قفاريه) quae etiam قعرا *Kara*, *magna patina*. Idem est nomen קערה *Kaara*, *patina magna*, *paropsis* hebr. chald. Ab his meo iudicio est ortum ⲕⲁⲣⲓⲁ apud Coptos.

Ⲕⲁⲥⲃⲏⲧ ⲛⲓ, *costae*, in *Encom.* Macrobii Tshatens. ex cod. Borg. ϣⲁⲧⲉ ⲛⲉϥⲕⲁⲥⲃⲏⲧ ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ, *usque dum costae eius apparerent*. Constat, opinor, ex ⲕⲁⲥ *os*, et ⲃⲏⲧ *costa*, *latus* Scal. M. 77. Scal. El. 446. quasi *ossa lateris*.

Ⲕⲁⲥⲣⲟ ϯ, الذقن, *mentum* Scal. M. pag. 76. Ad litteram ⲕⲁⲥⲣⲟ explicandum videtur *ossum oris*: quia ⲕⲁⲥ *os ossis*, ⲣⲟ *os oris*.

Cathotis, *polion* herba. Ita in Aegypto appellatam tradit Apuleius *de virt. herb.* cap. 57. Num dicitur a ϫⲁⲧⲟⲧ, quod est *habere*, *tenere*, *tractare*? Quippe Plinio teste lib. 25. cap. 20. *Polio Musaeus et Hesiodus perungi iubent... Polium tractari, coli. Polium contra serpentes substerni, uri, vel portari*. Et cap. 7. *Polion herbam, inclytam Musaei et Hesiodi laudibus, ad omnia utilem praedicantium &c.*

Ⲕⲁⲧⲙⲓⲥ ⲛⲓ, توت مصري, *morus aegyptia* Scal. M. pag. 178. Videtur morus ita appellata, veluti *sapienter germinans*. ⲕⲁϯ *sapientia*, *prudentia*, ⲙⲓⲥⲓ *gignere* est. Fortasse ad aegyptium vocabulum spectavit Plinius, vel is, a quo Plinius accepit, quum lib. 16. cap. 25. *Morus*, inquit, *non germinat, nisi exacto frigore. Ob id dicta sapientissima arborum*. Quam in rem Passeratius carmine *de moro* apud Harduinum,

Sit pudor insanis; morus sapit, illa doloso
Nil temere credit zephyro: nam veris adulti
Iam certum exspectans solem, non germinat ante,
Frigoris infesti quam cuncta recesserit aura.
Tunc floretq̃ue viretque simul, longaeque rependit
Damna morae, atque una totam se nocte profundit.

Contra *morum* nostri denominant, hoc est *fatuam*, ut aliqui interpretantur; de quo Alciatus,

Serior at morus numquam, nisi frigore lapso,
Germinat, et sapiens nomina falsa gerit.

Sed caussa est alia, nempe, uti credo, το ατονον της γευσεως, *insulsus sapor* in fructu, notatus a Dioscoride l. 1. c. 181. Morum alio nomine Aegyptii vocant ⲛⲟⲩϩⲓ: de quo infra v. Ⲕⲉⲛⲟⲩϩⲓ.

Ⲕⲁϣ, καλαμος, *calamus*. Derivatum puto a ⲕⲁϣ, *frangere*. Unde illud Matth. xii. 20. ⲟⲩⲕⲁϣ ⲉϥϧⲉⲙϧⲱⲙ ⲙⲡⲉϥⲕⲁϣ, *calamum fractum non franget*. ⲕⲁϣ autem vel ⲕⲱϣ, *confrin-*

gere non differt a קצא *frangere* syr. sine Aleph finali; ut est ϣⲁⲧ *deficere* a חסא, ⲕⲁⲙ *iuncus* a גמא et alia plura. Nam Tsad per ϣ reddita a Coptis in multis observari potest (V. Ⲟⲩⲃⲁϣ) Est etiam קש, قش, *Kasc* vel *Kass*, *stipula*, καλαμη. Conjunctis vocibus ⲕⲁϣ et ϥⲱⲓ *pilus*, fit ⲕⲁϣⲉϥⲱⲓ, *penicillus* in Scal. M. pag. 125.

Ⲕⲁϣⲁⲃⲉⲗ, *orichalcum* theb. in elencho codic. Borg. p. 493. Mihi enim idem esse videtur atque חשמל *Chasemal* in Ezechiele, quod legas *Chasciamel*: unde Thebaei ⲕⲁϣⲁⲃⲉⲗ *Kasciabel*, littera *B* pro *M* substituta: quod quum in caeteris linguis, tum in coptica frequens. Vide assimile Ⲁϣⲉⲃⲉⲛ, quod primo ⲁϣⲉⲙⲉⲛ scriptum conieci, et alia multa in voc. Ⲃⲁϣⲟⲩⲣ *serra*. חשמל porro esse *orichalcum* omnino persuadet Bochartus *Hieroz.* part. 2. cap. ultimo: non illud quidem factitium ex aere mixta cadmia, sed nativum; quod aere multo pretiosius, ac fere cum auro comparandum veteres narrant. ⲕⲁϣⲁⲃⲉⲗ autem pro orichalco sumptum, in hunc locum apte cadit. Namque res est ad ornandas aures: ⲡ ⲕⲁϣⲁⲃⲉⲗ ⲉⲧϩⲛⲛⲟⲩⲙⲁⲁϫⲉ, inquit sermonis auctor. Inaures vero, armillas, monilia, annulos aeque ex auro atque orichalco fieri, eoque gemmas includi novimus. Itaque Homerus hymno altero in *Venerem* Horas inducit eam ornantes, aptantesque

. . . . εν τρητοισι λοβοισιν

Ανθεμα ορειχαλκυ χρυσοιο τε τιμηεντος.

Ⲕⲁϩⲓ, *terra*, theb. ⲕⲁϩ, basmyr. ⲕⲉϩⲓ. Est simile γαια, γαιη, vetus *terrae* nomen; unde γη. Forsitan Graeci ab Aegyptiis vocem mutuati.

Ⲕⲁϩⲥ, εθος, συνηθεια, *mos*, *consuetudo*, *usus* ad Hebr. x. 25. I. ad Cor. xi. 16. Idem videtur ac חשוא, vel potius חשכא, *usus*, *consuetudo*, *necessitas* chald. syr. Nam חשכא *Chascha*, metathesi *Chacksa*, simile τῳ ⲕⲁϩⲥ. Deficit Aleph finalis, ut in ⲕⲁⲙ a גמא, in ⲕⲁϣ a קצא paullo ante vidimus. חשכא vero est a חשח, *usum* ac *necessitatem habere*, *oportere*.

Ⲕⲁϫⲓ, الدلو, *situla*, Scal. M. pag. 246. Parum abest a حكوز, حكوزة, *hydria*, *situla*, *urceus* arab. Item ⲕⲓⲕⲓϫⲓ, *situla* in eadem Scala pag. 149. comparandum cum تكوجة *urna*, *situla*, vas ad hauriendam aquam, quod etiam τῳ كوزة proximum. Nam *D* apud Arabes initio dictionis saepe addititium est.

Κατ, *συνεις*, *συνιεναι*: unde κατϩητ, *συνετος*, *prudens*, *cordatus*. Fere convenit *Kati* cum עטא *Gata consilium*, *eruditio*, *scientia* chald. quod a verbo יעט: hebr. est יעץ & עצה. Mutatio litterae ע in ק κ Arabibus quoque in usu est.

Κεβι, *favus*, *favi mellis* Scal. M. pag. 200. Num κεβι se habet, quasi ϫαεβιω vel καεβιω, id est *mel habens* vel *tenens*? Quippe εβιω *mel*, ϫα vel κα, *habere*, *tenere*. An potius κε βι est انكبين *Ancabin*, *Ancebin*, *mel*, *favus mellis* persice, corruptum ac diminutum a Coptis? Hoc autem, ut de origine persicae vocis opinionem meam proferam, puto explicandum *opificium apis*. انك enim est *apis* pers. بين *opificium*.

Κεβnωnι, in *Encom.* Macarii episc. Tkouensis ex cod. Borg. ubi sic, ⲁⲛⲓⲙⲁⲣⲅⲁⲣⲓⲧⲏⲥ ⲛ̄ⲱⲛⲓ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲕⲉⲃⲛⲱⲛⲓ. Suspicor, κεβnωnι esse *carbunculum gemmam* pro ϫεβcωnι, vel ϫεβ nωnι extrita *S*. ϫεβc enim *carbo* est, ωnι *lapis*. ϫ cum κ commutari solet: cuiusmodi est λεκλωκ et λοϫλεϫ, κηκncεϩτ et ϫηκncεϩτ, ωϫϩ et ϩωκι, ϫελκεc pro ϫελϫεc a ϫωλϫ. Idem in omnibus fere linguis usitatum est.

Κελ, κολ, κωλ, *πτυσσειν*, *ελισσειν*. Leges apud Crozium. Sunt haec a גלל, vel a גל: quia *G*, *K*, *C* sono persimiles, facile inter se permutantur. Locum heic habet κογλωλ, *ιπυλισσειν*, *σπαργανειν*. Hoc enim eodem referendum est.

Κελαφοc nι. Est in vit. Abbatis Pamo, alias Pambo, in elencho codic. Borg. nuper edito pag. 131. Sunt autem hi sine dubio *leprosi*, proprie *elephantiaci*. Ηι ϩεnωn nτε nι κελαφοc, *xenodochia leprosorum*. Paullo ante nιμα nτε nικελαφοc nτε ρακοτ, *xenodochia leprosorum Alexandriae*. Est eadem vox in *Apophthegm. Patrum* ubi de Agathone n. 26. *ελεγεν ὁ αββας Αγαθων, ὁτι ει δυνατον ην μοι ευρειν κελεφον* &c. Etiam in Epiphanio haeres. 66. num. 10. *κελεφυ σωμα*, *elephantiaci corpus*. Et haer. 55. *κελεφια*, *elephantiasis*. In Graecis autem recentioribus frequentissime occurrit; quorum loca apud Cangium in *glossar. graecit.* legere est. Esse autem hoc leprarum genus, quam dixi *elephantiasim*, pro certo habendum. Apud Constantinum a secretis MS. lib. 7. extr. caput inscribitur, *περι ελεφαντιασεως*, *τουτεςι λωβης και κελεφιας*. Codex iatricus MS. Reg. *ελεφας λεγεται*, *ὁπερ λεγουσιν οἱ πολλοι κελεφιασιν*. Ratio autem nominis ab Aegyptiis petenda vi-

L 2

detur, ubi ipsius morbi sedes atque origo. Plinius lib. 26. cap. 1. *Aegypti peculiare hoc malum*. Lucretius lib. 6. vers. 1112.

Est elephas morbus, qui propter flumina Nili
Gignitur Aegypto in media; neque praeterea usquam.

Verum, quae sit eiusdem nominis vis atque ratio, me latet. An hoc est, veluti κελκαϥ seu κελϩαϥ, id est *pustulae*, *bullae corporis*? αϥ enim *caro*, κελκα φλυκτιδες Exod. VIIII. 9. 10. κελκα autem idem ac κελϩα. Mutantur enim tenues cum adspiratis; et aeque in Aegypto dicitur κλοολε et ϩλολ *nebula*, λακμ et λαϩμ *confringere*. Cum κελϩα omnino convenit قلح *Kalah*, *Kelah*, *impetigo*, *pustulae* arab. Porro a κελκαϥ seu κελϩαϥ forsitan Graeci κελεφος, et κελαφος, *leprosum* sive *elephantiacum* appellavere. *Elephas* vero, quod est eius morbi nomen in Graecia vulgatius, a κελαφος seu κελεφος factum fuisse ob tantam utriusque vocis similitudinem suspicio est. Hoc enim antiquius fortasse; licet in vetustis libris ante Epiphanium non occurrat. A κελεφος seu κελεφια, κελεφιαω et κελεφιασις; uti ab ελεφας αντος, ελεφαντιαω, ελεφαντιασις, ελεφαντιασμος declinata sunt, ac morbi similitudines cum Elephante quaesitae. Dixi κελκαϥ seu κελϩαϩ forsitan veteres Aegyptios vocare hoc morbi genus: quamquam Copti recentiores, postquam graece loqui coeperunt, idem nomen potius graece terminatum, nempe κελαφος, usurpent. Cuiusmodi plurima sunt in copticis libris: quae quum olim Aegyptii Graecis dederint; iidem postea una cum horum lingua atque litteris graeco habitu induta receperunt. Heic tamen interest aliquid. Nam Graeci κελεφος, Copti autem κελαφος, quod est τῷ κελϩαϥ similius. Etiam in Scal. M. p. 158. κελαφος (male scriptum κεφαλος) الجذام, *elephantiasis*. Sed haec satis. Neque enim praestat in re, quam nescio, utrum legentibus probaturus sim, morari diutius. De κελεφος et κελεφια agit Salmasius in *confut. animad. Kercoet.* pag. 80. Verum non placet, quod a κελυφος, *putamen*, *cortex*, *involucrum* vocem derivat. De κελκα *vesica* infra dicam. De αϥ autem tantum notabo, τῷ גף *Gaf corpus* assimile videri.

Κελεβιν, αξινη, *securis*, *ascia*, Matth. III. 10. Luc. III. 9. Idem ac כולב *Culeb*, כולבא *Culeba*, *securis* chald. Similia sunt etiam κυβηλις, et πελεκυς transpositis litteris. Sed hoc ab alia ori-

gine, id est a פלח, *dissecare* repetunt eruditi, Martinius ac Ger. Vossius. Nam פלכה *securis* in libro *Cotri* a Graecis acceptum.

Ⲕⲉⲗⲓ ⲛⲓ, γονατα, *genua* Marci I. 40. Item σκελη, *crura* Iohan. XVIIII. 31. 32. 33. quae etiam ⲛⲓ ⲕⲁⲗ Levit. VI. 10. Ⲕⲉⲗⲓ genua vel crura videntur απο τε ⲕⲉⲗ, sive a plicando ac flectendo appellata. At vero a ⲕⲉⲗⲓ forsitan Graeci σκελη. *Flectere genua* alias uno verbo ⲕⲉⲗϫⲕⲉⲗⲓ dicunt Copti, ut in *Encom.* S. Theodori ex cod. Borg. Nam ⲕⲉⲗϫ, ⲕⲱⲗϫ similiter *flectere*, *flexum*, *incurvum* notant.

Ⲕⲉⲗⲕⲥ, φλυκτις, *vesica*, *pustula* Ez. VIIII. 9. Idem apud Arabes ثلك, *vesica*, *impetigo*, conversa ה in *K*, vel eàdem durius prolata; uti dicunt *Cormoza* ab هرمز *Hormuz*, urbe ac insula in sinu persico; et ده Persae efferunt *Dec*, *decem*; iidemque شاه, *Shac Rex*, unde Graeci σακεα, quasi *regum festum*. Pariter in Aegypto ⲕⲗⲟⲟⲗⲉ, *nebula* pro ϩⲗⲟⲗ &c. Vide Ⲕⲉⲗⲁⲫⲟⲥ, de quo supra, vel Κεραμις, de quo infra.

Κεμελεγ, *veratrum* sive *helleborum nigrum*. Aegyptium nomen litteris commendatum in append. Dioscoridis ad cap. 151. lib. 4. Scriptum puto ⲕⲁⲙϩⲗⲓϫ *Kamhelig*, hoc est *nigrum purgans* vel *ciens ventrem*. Nam ⲕⲁⲙⲉ *nigrum* sonat, ϩⲗⲓϫⲓ autem est *solutio ventris* Scal. M. pag. 160. Sane vim in nigro helleboro movendi alvum ac purgandi omnes antiqui medici ac novi commendant. Quae virtus inest etiam albo helleboro. Sed *album vomitione*, *nigrum per inferna purgat*, ait Plinius lib. 25. cap. 5. Idem helleborum nigrum etiam ελαφιν ab Aegyptiis appellatum perhibetur in cit. append. eodem loco. Quod ego vocabulum non aegyptium, sed graecum fuisse arbitror, nempe factum ab ελεφας, *elephantia*: unde ελαφιν, erit herba elephantiasi ac lepris auxilium praestans. Quae pariter nigri veratri facultas est. Dioscorides *de nigro helleboro* cap. 151. lib. 4. Αλφες, inquit, και λιχηνας και λεπρας θεραπευει. Plinius lib. 25. cap. 5. *Medetur* helleborum *elephantiasi albae et lepris*. Celsus lib. 3. cap. 25. quod *de elephantia* inscribitur, *Protinus ergo inter initia sanguis per biduum mitti debet*; *aut nigro veratro venter solvi*. Adde his Aemilium Macrum et alios.

Ⲕⲉⲙⲕⲉⲙ, τυμπανον, *tympanum* Exod. XV. 20. Genes. XXXI. 27. Videtur esse a ⲕⲉⲙ vel ⲕⲓⲙ, πατασσειν, *pulsare*: Quemadmodum

τυμπανον et *τυπανον* a *τυπτειν* vel *τυπειν* derivant. Iteratio autem verbi, ut in aliis, pulsuum frequentiam demonstrat. Sed est etiam ⲕⲉⲙⲕⲉⲙ, *musicum instrumentum pellere*, ut in homil. S. Theodos. ex cod. Borg. ⲉϥⲕⲉⲙⲕⲉⲙ ⲉⲧⲉϥⲕⲩⲑⲁⲣⲁ, *citharam suam pulsans*, quod in homil. S. Euchodii dicitur ϫⲉⲛϫⲉⲛ. Infra in eadem homil. Theod. ⲁϥⲕⲓⲙ ⲉⲧⲉϥⲕⲓⲑⲁⲣⲁ. Pulcre autem sono vocis ⲕⲉⲙⲕⲉⲙ tympani sonitus, dum pulsatur, exprimitur; sicut a sono fidium vel aeris aut metalli cuiusquam per onomatopoeiam factum est *tinnio*, *tinnitus*, *tintino*, *tintinnabulum* perinde, ac apud Arabes طنين ,طنطن ، طن ، طن, *tinnire*, *tinnitus*.

Ⲕⲉⲛ, *κολπος*, *sinus* Psalm. xxxiii. 13. Non differt a חין, חינא, חנא, *sinus* chald. Mutata enim adspirata ח ϫ in tenuem *Kappa*, חין *Chen* fit *Ken*. A ⲕⲉⲛ *sinus*, fit ⲕⲉⲛⲓ, *pinguedo*, *pinguis*: nisi tamen pinguedo sinui nomen dederit.

Ⲕⲉⲛⲉⲥⲱⲟⲥ, الاوز, *anser*, Scal. M. pag. 168. Compositum vocabulum videtur ex ⲕⲉⲛ *sinus* et ⲥⲁⲓⲱⲟⲩ, id est *pulcro sinu*, vel *sinu decorus*. Anser enim plumarum, praecipue interiorum, mollitudine ac candore commendatur.

Ⲕⲉⲛⲉϥⲓⲧⲉⲛ, *εγκρυφιας*, *panes subcinericii* Exod. xii. 39. Venit in mentem, Aegyptios ab Aethiopibus accepisse: qui habent ደፍንት *Dapheneta*, דפנתא, *panis subcinericius* a ደፈነ, דפן *Daphan*, *abscondere*, *contegere*; quemadmodum Graeci *εγκρυφιαν* vocant a *κρυπτω*. דפן *abscondere*, *tegere* etiam Chaldaei et Arabes dicunt. A *Dapheneta* facile fit *Denepheta* vel *Denephita*; ex quo *Kenephita*, *Kenephiten*. Nam littera *D* carebant Aegyptii: eamqne in *C* vel *K* aliquando converti Vossius lib. *de permut. litter.* ostendit.

Ⲕⲉⲛⲟⲩϩⲓ, *συκαμινος*, *συκομορος*, *sycomorus* Psalm. lxxvii. 47. ⲕⲉⲛⲟⲩϩⲓ copulatum mihi videtur ex ⲛⲟⲩϩⲓ *morus* et ⲕⲉⲛ *ficus*. Neque enim dubito, scribendum ⲕⲉⲛⲛⲟⲩϩⲓ. Ⲕⲉⲛ autem *ficum* mea sententia dixerunt veteres Aegyptii aeque, ac ⲕⲉⲛⲧⲉ: hoc quidem pro תאנתא *Tente*, de quo paullo post, ut Syri ac Chaldaei; illud autem pro תאן *Ten*, quod solent Hebraei feminino genere efferre תאנה; vel potius pro تين *Then*, *ficus* arab. (Vide Ⲕⲉⲛⲧⲉ, quod sequitur) Enimvero ⲛⲟⲩϩⲓ legitur in Scala El. pag. 348. ⲧ ⲛⲟⲩϩⲓ, التوت, *morus*; et apud Lucam xvii. 6. ubi graece *συκαμινος*, latine *morus*. Quippe *συκαμινον* interpres latinus modo *sycomorum*, modo *morum* reddit: quemadmodum et Co-

ptus Psalmo 77. συκαμινον, quam alii Graeci συκομορον, ipse etiam κενοⲩⲍⲓ, *sycomorum*; apud Lucam vero ⲛοⲩⲍⲓ, hoc est *morum*, vertit. Alpinus in libro *de plantis Aegypt.* cap. 6. sycomorum *Giumez* in Aegypto vocari perhibet. Sed hoc est arabicum جميز: quo fere modo etiam Thalmudici sycomorum appellant.

Κεⲛⲧε, συκον, *ficus*. Est in vita Pachom. ex codic. Borg. Item Matth. vii. 16. Marc. xi. 13. Bⲱ ⲛκεⲛⲧε vel ϩο ⲛκεⲛⲧε, συκη, *arbor fici* ibid. Κεⲛⲧε facile a תינתא, תאנתא, *ficus* chald. syr. Quod legas *Tenta*, *Tente*. Eodem pacto a תבותא *arca*, κιβωτος fecerunt Graeci; et *coena* a θοινη, *anclo* ab αντλω Latini. Etiam κεⲛ, *ficus*, opinor, olim Aegyptii dixere pro تين *Ten*: de quo in v. Κεⲛοⲩⲍⲓ proxime est actum.

Κεραμος, *terra figularis*. Vocem equidem Aegyptiis acceptam refero. Neque enim scite ex lingua graeca nomen ducunt grammatici. Sic autem eam scriptam arbitror, ϩρⲱⲙⲓ vel ϩρο ⲙⲓ, quasi *fornacaria* seu *fornacalis terra*, id est in fornace cocta: ϩρⲱ enim *fornax*, ομⲓ *lutum*, *terra*. Ab ϩρⲱⲙⲓ *Hromi*, *Heromi* fit *keromi*; quia tenues cum adspiratis commutantur, uti saepius observatum est. Huiusmodi sunt ϩλολ et κλολε *caligo*, ϩρⲱ et קורא *fornax*, ϩορϣ et קורשא *frigus*, λακϩ et λεϩϩ *frangere*. Sic et alia multa.

Κερϩε, φαλακρος, *calvus* Lev. xiii. 40. ⲙετκερϩε, φαλακρωμα, *calvitium* Amosi viii. 10. Lev. xiii. 42. Isai. iii. 24. apud Tukium *grammat. copt.* pag. 595. Κερϩε sine dubio a קרח, *tondere*, *decalvare*, *calvus*, *calvitium*. Indidem Graeci κειρω, κυρα, κυρευω, κυρευς &c. ⲟⲩκερϩε, *calvus* habes etiam in elencho cod. Borg. pag. 601.

Κεϩκεⲱⲛⲓ, *lapicida*, *statuarius* vit. Daniel. Shiet. in cod. Borg. Ibid. ρεqκεϩκεⲱⲛⲓ. Fit ab ⲱⲛⲓ *lapis*, et κεϩκε, κεκϩε, ξυειν, αποξυειν. Lege ϧⲱϧ.

Κηλⲓ, مغلاق, *vectis*, *sera* Scal. M. pag. 262. Etiam ⲛⲓ κελⲗⲓ, *serae*, *vectes* pag. 157. Theb. κλλⲓ, κλειθρον Iobi xxxviii. 10. in codic. Borgian. Hinc ϩαⲙκελⲓ, *faber ferrarius*, quasi *vectium ac pessulorum faber*. Quaere Ϩαⲙκελⲓ: ubi alia plura. Videtur autem κηλⲓ seu κελⲓ ortum a כלא, כלי, *Cala*, *Cela*, *Cele*, *claudere*, *occludere*, *cohibere* hebr. chald. unde כלא, *Cele*, *carcer*.

Ⲕⲏⲛ, *sufficere*, *sufficit*, *sufficiens*. Vide Crozium. Idem sane aethiop. ከን, כן, vel כנן, *sufficere*: nam dicunt ከንየ *sufficit mihi*, ከንከ *sufficit tibi* &c. et arab. قنى *Kanna*, *Kanni*, *sufficiens*, id quod *satis est*.

Ⲕⲏⲡⲉ, καμαρα, *fornix* theb. Isai. xxxx. 22. apud Shenuthum in elencho codicum Borg. nuper edito pag. 457. Venit ab Oriente. Nam כבא, כיפה est *fornix*, *camera*, caelorum *convexitas*. Quae sunt a כפי, כף, כפה, כבא, *incurvare*, *inflectere*, *curvatura*, *cavitas*: unde alia multa, quae curva vel cava sunt, pariter nomen habent: uti est *vola manus* vel *pedis*, *acerra*, *manubrium*, *corbis*, *scutella*, *cranium*, *humerus* &c. De caelo loquitur Isaias loco cit. idque fornici comparat per illa, ὁ στησας, ὡς καμαραν, ⲛⲑⲉ ⲛⲟⲩⲕⲏⲡⲉ, τον ουρανον. ϩⲁⲛ ϩⲏⲡⲓ autem Genes. vi. 16. quo ⲕⲏⲡⲉ retulit eruditus eiusdem elenchi, quem supra laudavi, codicum Borgian. editor, aliunde petendum: ut infra explicabo.

Κιβωριον, *faba aegyptia*; vel potius calix aut sacculus, velut in cellulas dispertitus, quibus grana fabae aegyptiae continentur, uti pluribus declarat Salmasius *Plin. exercit.* pag. 967. 968. et 1310. Nomen esse aegyptiacum veteres docent: et omnino credibile est, plantae, quae apud ipsos nasceretur, Aegyptios vocabulum dedisse. De eius natura atque viribus legendus Dioscorides, Theophrastus, Athenaeus; et inter recentiores historicos potissimum Salmasius loc. cit. qui hanc materiam copiose, ut solet, ac erudite explicavit. A similitudine porro cum ciborio fabae aegyptiae, etiam genus quoddam poculi κιβωριον vocabatur. Hesychius, Κιβωριον· Αιγυπτιον ονομα επι ποτηριω. Consule eundem Salmasium. Iam ut de vi ac ratione vocis, quod nostrum est, aliquid dicam, non bene, quem saepius nomino, Salmasius ex graeca lingua nomen arcessit: unde etiam repetit Dioscorides lib. 2. cap. 128. aegyptiaci sermonis ignarus. Recte Vossius in *Etymol.* ac Casaubonus ad *Athenaeum* lib. 11. cap. 7. originem ac significationem vocabuli in aegyptia lingua quaerendam putant: quam ego quidem arbitror non difficile inveniri posse. Videtur enim κιβωριον compositum ex ⲕⲉⲃⲓ et ⲟⲩⲣⲱ. ⲕⲉⲃⲓ porro est *favus* Scal. M. pag. 200. ⲟⲩⲣⲱ autem *faba* pag. 193. ubi legitur ⲡⲓ ⲟⲩⲣⲱ, الفول *faba*. Igitur erit ⲕⲉⲃⲟⲩⲣⲱ *fabae favus*: quo sane ciborii species ac forma apte congruenterque ex-

primitur; quemadmodum eam veteres memoriae prodiderunt. Scribunt enim, illud esse persimile favis mellis. Theophrastus *hist. plant.* lib. 4. cap. 10. επι τυτῳ δε η κωδια παρόμοια σφηκιῳ περιφερη· και εν εκαςῳ των κυτταρων κυαμος μικρον υπεραιρων αυτυ, id est *caput super hunc favo orbiculato vesparum non absimile: inque singulis cellis singulae fabae continentur, paullulum e cellulis eminentes*. Κυτταροι proprie sunt *favorum cellae*: unde Aristoteles lib. 3. *de generat. animal.* τυ κηριυ κυτταροι. Et apud Hesychium, κυτταροι· ὑτω τας τρημας των κηριων εφη Αχαιος· τινες δε σφηκιων. Suidas, κυτταρος· αἱ των κηριων και σφηκιων (non σφηκων) κατατρησεις, *foramina*, vel *loculi favorum apum atque vesparum*. κηριον quippe per se est *favus apum*; σφηκιον *vesparum*. Herodotus tamen κηριον σφηκων dixit in Euterpe, ubi de ciborio loquitur sic, κηριῳ σφηκων ιδειν ὁμοιοτατον: quem locum citat Salmasius *Plin. Exerc.* pag. 1311.

Κιλικεcιοn πι, *infundibulum* Scal. M. 130. Puto, Aegyptios veteres ita scripsisse, ϫωλϩκεcεn vel ϫωλϩκεcιnι, id est *hauriens et transmittens*; quo infundibuli naturam perbelle, ut solent, explicarunt. ϫωλϩ *haurire*, κε *et*, cεn vel cιnι *transmittere*. A ϫωλϩκεcεn *Golhekesen*, usu saeculi deterioris factum κιλικεcιοn.

Κιχωριον, κιχωριον, κιχοριον, κιχωρεον, *cichorium*. Est nomen aegyptium, uti Plinius tradit lib. 19. cap. 8. *Est et erraticum intubum, quod in Aegypto cichorium vocant*. Plura de eo Salmasius in *Plinian. Exercit.* pag. 830. 831. Quod spectat ad rationem ac originem vocis, mihi certum est, *cichorium* esse aegyptiace cιμ-cωρεμ, nempe *herba* aut *olus erraticum*: quo modo a Plinio designatum loco cit. quodque ipsam cichorei naturam ac proprietatem demonstrat. Nam cιμ est *βοταν*; cωρεμ vero vel cωρεμ, *errare* in libris Coptorum. A cιμcωρεμ aut cιμcωρεμ, elisa M (ut in στειφιον ab ϩριμφιομ ac in aliis) fit cιcωρεμ et cιcωρεμ. Unde Graeci, S in C vel K commutata, κιχωριον, tum etiam κιχοριον et κιχωριον dixerunt. Enim vero C in S, et S in C crebro verti compertum est. Ita cεncεn idem, ac κεμκεμ, *tinnitus*, cοϭτ et κοϭτ *murus* Scal. M. 152. cωϭε a κυβος Iob. xxxviii. 38. in cod. Borg. cεϩτ *leprae* memph. κεϩτε theb. cϩρογκι a קרח *calvus*, ϭλομλεμ et κλομλεμ *involve-*

M

re , ⲕⲟⲩⲗⲱⲗ memph. ⲥⲟⲩⲗⲱⲗ theb. *σπαργανον*, ϭⲓⲏ theb. ⲕⲓⲏ basmyr. *caper* . Adde *κις* Actor. XIII. 21. quod Copti ϭⲓⲥ : qui etiam ⲉⲣϭⲃⲕⲉⲓ dicunt pro *εκκακειν* , ⲇⲟϭⲓⲙⲁⲍⲓⲛ pro *δοκιμαζειν* . Etiam hodie *Ci* , *Ce* Galli , Hispani atque alii Europae populi enunciant *Si*, *Se* . Idem cichorium parum diversa appellatione *ambulam* dici scribit Plinius latina voce lib. 20. cap. 8. Utrumque vero nomen ab errando et ambulando factum , ideo cichoriis inditum est , quod *radices longas et multas spargant et emittant* , *quae sub terra proserpunt et vagantur* , *fibris erraticis* , *atque hac et illac decurrentibus* , *quibus fruges necantur* , ut ex Servio Salmasius pag. 830. Graeci grammatici apud Vossium in *Etymolog.* inepte *κιχωριον* vocari aiunt *παρα το δια των χωριων κιειν* , *τουτεστι πορευεσθαι* . Quamvis hoc etiam ad eandem cichorei proprietatem spectet. Τῷ ⲥⲓⲙⲥⲱⲣⲉⲙ *herba erratica* , de quo verba facimus, simile exhibent Coptorum scripta ⲙⲟⲩⲛⲥⲱⲣⲉⲙ *torrens* , quasi *aqua erratica* . Egi de *cichorio* , quod est intubum silvestre. *Sativum* vero , inquit eodem loco Plinius , *Serin* vocant Aegyptii . Hoc a ϭⲟ vel ϭⲉ , id est a *plantando* appellatum videtur . Unde ϭⲟⲉⲣ, ϭⲉⲉⲣ, vel ϭⲟⲣⲉ , ϭⲉⲣⲉ . Non apte quidam derivant a *σαιρειν* , quod est *verrere* , *mundare* , *purgare* . Nec bene alii a verbo latino *serere* : quum vocem ante Latinos usurpaverint Graeci , quam Plinius in Aegypto natam significat .

Ⲕⲓϥⲓ ϯ , الحلمة , *papilla* Scal. M. pag. 77. Ita scriptum credo a Kirkero , *papilla* inquam , non *pupilla* , ut in editis . Id enim exprimit vox arabica . Mendum non agnovit Crozius . Nam ipse etiam *pupilla* ex Kirkero . Thebaei dicunt ⲕⲓⲃⲉ , *μαστος* , *ubera* Cantic. IIII. 5. I. 13. apud Mingar. pag. 134. 137. et Luc. XXIII. 29. apud Tukium gram. copt. pag. 340. Iam ⲕⲓϥⲓ , ⲕⲓⲃⲉ fortasse a *κυφος* , *curvitas* , *tumor* efficta sunt : quod etiam valet , quando ⲕⲓϥⲓ *papillam* , quae proprie est mammae apex , adsignificat . Namque Latinis quoque *papilla* dicitur , auctore Festo , tamquam *papula* ; quae est turberculum in cute enascens . Caeterum ⲕⲓⲃⲉ , ⲕⲓϥⲓ *papilla* , et *κυφος curvus* , *curvitas* , et *κυβη caput* , et alia his similia , orta videntur a verbis כפה , כפף *incurvare* , et כף *curvatura* , quo fere quicquid cavum ac inflexum est , in Oriente denominant . Vide Ⲕⲏⲡⲉ .

Ⲕⲗⲁϥⲧ ϯ , القلنسوة , *cucullus monachorum* Scal. M. pag. 120.

et in *Euchol.* Tuk. Idem theb. in cod. Borg. Etiam ϫλⲁϥ in vita Danielis Sieth. Etiamsi ⲕⲗⲁϥⲧ, ex ⲕⲉⲗ seu ⲕⲗ *involvere* et ⲁϥ *caro* conjunctum, carnis vel corporis involucrum sive indumentum signet; tamen ab Aegyptiis monachis definite pro cucullo vel pileo vel certo capitis integumento usu quodam ac consuetudine sermonis adhibitum videtur. Quod ipsum in aliis vestium nominibus usuvenit, atque adeo in *cuculli* vocabulo: qui licet ab involvendo tegendoque capite denominatus sit; ut infra aperietur; eodem tamen vestis corpus ambiens, vel a capite ad talos demissa aliquando denotatur. V. Cangium in *Gloss. Lat.*

Ⲕⲗⲱⲗⲗ, المشيمة, *secundae*, quae vulgo *secundinae*, Scal. M. p. 103. ubi prave legitur مشيه. Est autem ⲕⲗⲱⲗⲗ procul dubio a ⲕⲟⲩⲗⲱⲗ, *ειτυλιττειν*, *involvere*: de quo v. Ⲕⲉⲗ.

Ⲕⲗⲟϫⲉ, *γωνια*, *angulus* theb. Matth. vi. 5. apud Tukium p. 135. ubi ⲙⲛ ⲛⲕⲗⲟϫⲉ ⲛⲛⲉⲡⲗⲁⲧⲉⲓⲁ, *in angulis platearum*. Sane ⲕⲗⲟϫⲉ a ⲕⲉⲗϫ, ⲕⲱⲗϫ, *inflexus*, *incurvus*, derivatum est.

Ⲕⲙⲧⲟ, proprie *terrae motus* theb. Apoc. xi. 19. apud Tukium pag. 26. Credo enim vocem constare ex ⲕⲓⲙ, quod est *σαλευειν*, *συσσειειν*, *commovere*, *concutere*, et ⲑⲟ, *οικημενη*, *terra*. Mutant autem Thebaei, ut nemo nescit, adspiratas in tenues. Eadem vox legitur Nahumi I. 3. in cod. Borg. graece *συσσεισμος*.

Ⲕⲟⲗⲡ, ⲕⲱⲗⲡ, *κλεπτειν*, *συλαν*, *furari*, *spoliare*; et ⲕⲱⲗⲡ, *furtum* apud Crozium, et in Scal. El. p. 413. ⲕⲟⲗⲡⲥ. Conferas ista cum graecis *κλοπη furtum*, *κλοπος fur*, *κλεπτω furor*. Est etiam ⲕⲗⲗⲡ; quale est ⲕⲗⲗⲡⲉⲣⲫⲉⲓ, *ἱεροσυλος* ad Rom. II. 22.

Ⲕⲟⲙⲙ, صمغ, *gummi* Scal. M. pag. 187. Graece est *κομμι*, latine *gummi*. Thalmudici doctores גומא, קומא, *Guma* et *Kuma* dicunt. Iam vocabulum, de quo agimus, origine graecum non puto, e *κοπτω*, *incido* veniens, ut aliqui volunt. Sane verosimilius est, Graecos ab Aegyptiis, apud quos, quemadmodum apud Arabes, gummi laudatissimum ac praestantissimum nascitur, habuisse. Hoc ipsum Athenaei lib. 2. cap. 25. testimonio confirmatur; qui graeca nomina generis neutrius, in *I* finita nulla esse docent praeter *μελι*. *το γαρ πεπερι και κομμι και κοιφι ξενικα*. Non heic adferam locum ex *Periplo maris rubri*, *ὡς τινα και των παρ' ἡμιν εν Αιγυπτῳ δενδρων δακρυει το κομμι*: ex quo Crozius, *Unde*, inquit, *testimonio auctoris Aegyptii constare videtur*, ⲕⲟⲙⲙ *vocem*

esse aegyptiacam. Etenim auctor *Peripli* graece scribens, tantum narrat, κομμι *gummi aliquas arbores in Aegypto stillare*; sed eam vocem esse ab Aegyptiis inventam non indicat. De gummi, quod potissimum gignitur e spina aegyptia, plura dabit Bodaeus in comment. ad Theophrast. lib. 9. cap. 1.

Κορϐι, الشفرة, *scalprum*, *culter* Sc. M. p. 132. Simile omnino חרב, حربة, *ensis*, *culter*. Tantum adspirata littera in tenuem conversa. Fere idem ϫροϐι, de quo infra.

Κορϐοϣ, ثوم ذكر وهو ثوم الحية, *allium masculum*, *quod est allium serpentis* Sc. M. p. 199. Allium serpentis, quod est allium masculum aut silvestre, οφιοσκοροδον vocatur a Graecis apud Dioscor. lib. 2. cap. 182. Κορϐοϣ vero aliud existimo. Siquidem nomen est mea sententia compositum ex כרת seu كراث *Corath*, *porrum*, et תום, ثوم *Thom*, *allium*, chald. arab. tamquam *allioporrum*, illud ipsum, quod Graeci dicunt σκοροδοπρασον; quia scilicet μετεχει της τυ σκοροδυ και τυ πρασυ ποιοτητος, ut ait idem Dioscorides cap. 183. A כרת seu كراث etiam σκοροδον derivatum videtur. Allio enim simile est porrum.

Κορκс, *annulus*. ϩⲉⲛ ⲕⲟⲣⲕⲥ ⲛⲃⲉⲛⲓⲡⲓ, *annuli ferrei* in Actis Epimii martyr. quibus hic vinctus fuisse traditur. Κορκс etiam *uncus* ibidem: ϩⲉⲛ ⲕⲟⲣⲕⲥ ⲛⲃⲉⲛⲓⲡⲓ ⲥⲁϧⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡⲓϭⲗⲟϫ, *unci ferrei lecto inditi*. Κορκс utique a κιρκος, *orbis*, *annulus*, item *uncus*. Hesychius, κιρκοι· κικροι, αρπαγες και παντα τα επικαμπη, κιρκοι λεγονται. Est etiam κροс, *annulus* Iobi xxxviii. 6. sane pro κρικος, quod est in graecis. Neque enim credo natum a קרס *curvum*, *inflexum* esse hebr. unde קרסים, *ansulae*, *annuli*.

Cucullus, *Cuculla*, κυκυλλιον. Hieronymus in vita *Hilarionis*. Cassianus lib. 1. cap. 4. de *cucullis* Aegyptiorum sic, *Cucullis perparvis usque ad cervicis humerorumque demissis confinia*, *quibus tantum capita contegunt &c.* Sozomenus lib. 3. cap. 14. de iisdem, Το δε επι της κεφαλης σκεπασμα, ὁ κυκυλιον καλυσιν. Hieronymus Dalmata in *histor. Sanctor. Aegypt.* ὁ δε κυκυλλιον τη κεφαλη περιθεις. Sic etiam Athanasius, Palladius, Dorotheus et alii, quos nominat Cangius in *glossar. graecit.* Nomen derivant Martinius et Vossius a κυκλος. Salmasius ad *Solin.* pag. 556. et in *hist. august.* a κοκκυς. Cambdenus apud Vossium a Gallis Latinos habuisse putat. Quibus ne assentiar plures caussae sunt, quas

heic praetermitto. Vocem vero, de qua agimus, in Aegypto primum inventam atque usurpatam iudico. *Cucullus* enim mihi est a ϫⲉⲓⲕⲱⲗ, *involucrum capitis*. Nam ϫⲱ *caput*, ⲕⲱⲗ *involvere* significat. Inde *Cocol*; quum G in C loquendo facile convertatur; maxime quum coniuncta syllaba ab eadem littera initium sumit. Ab Aegyptiis porro ad Latinos venit et ad Graecos.

Ⲕⲟⲩⲕⲟⲩⲫⲁⲧ, الهدهد, *upupa* Scal. M. pag. 168. Eandem vocem reperies apud Horum lib. 1. cap. 55. *ευχαριϛιαν γραφοντες, κυκυφαν ζωγραφυσι· διοτι τυτο μονον των αλογων ζωων, επειδαν ὑπο των γονεων εκτραφη, γηρασασιν αυτοις την αυτην ανταποδιδωσι χαριν*. Loqui autem Horum de upupa, quum ex eo intelligimus, quod a ⲕⲟⲩⲕⲟⲩⲫⲁⲧ, quam supra posui, *κυκυφα* non differat; tum ostendit hoc ipsum Aelianus *hist. anim.* lib. 10. cap. 16. ubi narrat, *εποπας*, *upupas* ab Aegyptis coli, quia sint *προς τυς γειναμενυς ευσεβεις*. Idem quippe de *Kukupha* scribit Horus. Quaeri tamen potest, utrum *κυκυφα*, vel ⲕⲟⲩⲕⲟⲩⲫⲁⲧ, suum ac proprium vocabulum habeant Aegyptii, an vero acceperint aliunde. Neque enim diversum Syri usurpant ܩܘܩܦܐ *Kukupha*: parumque distant latinum *upupae* et graecum *εποπος* nomen vel *απαφα* apud Hesychium, et hebraeum דוכיפת *Dukiphat*; ut ego quidem ista omnia ab eadem origine repetere non dubitem. Caeterum valde probabilis est Varronis opinio lib. 4. *de lingua lat.* cap. 11. qui a sono vocis *pu pu*, quem edit upupa, eius nomen derivat. Quod etiam de graeco, de syriaco, de aegyptio, de aliis eandem ob caussam dici potest. Similia enim sunt: et si nonnihil diversa, hoc minime obest: nam voces animantium, quum articulatae non sint, multis modis exprimi ac notari possunt. Non heic praetermittam, velle Pawium in comment. ad *Horum*, *κυκυφαν* mendum esse; quia veteres Graeci eo vocabulo non utantur: itaque *εποπα* fuisse dicendum ab Horo, vel potius ab eius interprete Philippo, si upupam significare voluisset. Putat ergo, scriptum ab eo *κυκυβαν*, quam *noctuam* interpretatur. At vero nec *κυκυβα* pro noctua antiquorum Graecorum in usu erat, quod ipse Pawius fatetur eodem in loco; ut mirum sit tam aperte secum pugnare. Sed res profecto ita se habet. Etiamsi *κυκυφαν*, *upupam* veteres non dixerint, adhibuerunt tamen Graeci recentiores, ut auctor libri *de avibus et earum virtutibus*, *κυκυφος*; et Coeranis lib. 1.

κικυφα apud Cangium. Cur ergo non potuit usurpare, qui Horum graece reddidisse fertur, certe iunior Philippus, praesertim quum hoc ipso nomine Aegyptii sui upupam nuncuparent? Sane et alia reperies in hoc scriptore recentioris aevi vocabula; ut illud ex. gr. κατ' ορθιον quod lib. 2. cap. 94. legere est. Praeterea illam in parentes pietatem, quam laudat Horus, upupis tribuit Aelianus; de noctuis autem id scripsit nemo: ut de illis omnino sermonem esse manifestum sit. Vetustius est apud Aegyptios upupae nomen ϫⲕⲃϩⲃⲟⲩⲓ Deut. xiiii. de quo inferius.

Ⲕⲟⲩⲣ, κωφος, *surdus* Matth. xi. 5. Ex. iiii. 11. Ps. xxxvii. 13. *Surdum*, inquam, in his locis denotat, non *mutum*, uti Crozius interpretatur. Quamquam qui surdi geniti sunt, iidem et muti exsistant. Psalmo lvii. 4. ⲕⲁⲩⲣⲓ, *surda*. Aliquando etiam definite *mutum* exprimit. Unde Ps. xxxviii. 2. 9. ⲉⲣⲕⲟⲩⲣ, *obmutescere*. Porro ⲕⲟⲩⲣ a ⲕⲟⲟⲣⲉ, ⲕⲟⲩⲣⲓ, ⲕⲱⲣⲓ, seu ⲕⲟⲩⲣ, *abscidere*, vel a قرّ *Karra*, *mutilare*. Est enim surdus mutusve, sensu aut parte aliqua corporis orbatus vel mancus. Κωφος similiter *surdus* ac *mutus* dicitur Graecis παρα το κεκωφθαι, uti docent grammatici. Sic etiam πηρος, qui est *mancus*, *mutilus*, mutum surdumque seu caecum significat: et κωφαν est πηρυν Hesychio, et κωφοι, πηροι. A قرّ *Karra*, ⲕⲟⲩⲣⲓ, seu ⲕⲟⲩⲣ, *abscidere*, Καρυρ in Thebaide cognominatus Iohannes Abbas, quem Graeci κολοβον, Latini *curtum* vel *brevem* appellant in vitis Patrum. In epistola Ammonis episcopi num. 17. apud Bollandum tom. 3. Maii in fine, ubi de Iohanne sermo est, haec habentur. Τις ην καρυρ ονοματι, ὁ λεγεται παρα Θηβαιοις κολοβος.

Ⲕⲱⲣϥ, ⲕⲟⲣϥ, ⲕⲉⲣϥ, ακυρειν, καταργειν, *infirmare*, *pervertere*, *irritum reddere*, *corrumpere*, *abolere* Marc. vii. 13. Matth. xv. 6. ad Rom. iii. 2. Legitur et ϧⲟⲣϥ, ολοθρευειν, Deut. xx. 20. Sunt haec meo iudicio a حرف, *pervertere*, *mutare*, *corrumpere* arab.

Ⲕⲱⲣϫ, ⲕⲟⲣϫ, εκκοπτειν, κοπτειν, *abscindere*, *succidere*, *caedere* Matth. iii. 10. xxi. 8. vii. 19. Luc. iii. 9. Idem גרז *Garz*, *succidere*, *amputare* in Oriente. Nam *Zeta* Aegyptii quod ea littera careant, in ϫ mutare solent et *C* vel *K* loco *G* ob soni similitudinem substituitur in omnibus fere linguis. Sed etiam ϫⲟⲣϫ *caedere*, ab iisdem usurpatum. Nam in vit. Macarii M. bis legitur ϫⲉⲣϫⲓ, *plaga*, *ictus*, uti adnotatum video in elencho cod. Borg. p. 323.

Kωωc, κοc, κεc, ἐνταφιάζειν, θάπτειν, ἐνταφιασμός, *sepelire*, *sepultura*. Vide Crozium. Theb. κωωc in Act. S. Theclae mart. apud Georg. *Fragm. Evang. S. Iohan.* pag. cii. ubi sic, *Veniant bestiae, devorent me*, ncεκωωc ϩⲙπεcωⲙⲁ, *et corpus meum* intra se *condant*. Male Georgius *et corpus meum confrigant*, tamquam κωωc idem valeret ac κⲁϣ, *frangere*. Item κοcε, *tegere*, *involvere* ad sepeliendum in vit. Benofeñ ex cod. Borg. ⲁικοⲛ cε ⲙπεqcωⲙⲁ ⲁιθωⲙc ⲙⲙοq. Est etiam κⲁιcι, ταφὴ Habac. iii. 14. theb. κⲁιcε, ἐνταφιασμὸς Iohan. xii. 7. in codic. Nanian. et ϯ κⲁιcι, الكفن, *sepultura*, *linteum*, quo cadaver involvitur Scal. El. pag. 347. Vit. Theodori in cod. Borg. Fortasse haec κωc, κεc, κⲁιcι, κοcε, κωωcε ortum habent a כסה, כסא, כסי, *tegere*, *abscondere*, *operire*, *involvere* hebr. chald. syr. et *fodere* samarit. A κεc, κωc fit κεcκωc, *tegere*, *involvere* in vita Macarii ex cod. Borg.

Κωτq, *colligere*, *decerpere* Cantic. vi. 1. in codic. Nanian. fascic. 1. p. 143. ubi συλλέγειν κρίνα. Et fascic. 3. pag. 57. κωⲛ τq *colligere*, *carpere rorem ex floribus*. Et κετq Mich. vii. 1. in codic. Borg. Item dicitur κοτϥ, κετϥ, *decerpere*, *colligere ficus*, *uvas* fascic. 2. pag. 266. Idem est קטף, *decerpere*, *succidere*, *colligere*, *vindemiare* hebr. chald. syr. arab. Habemus et קטב eodem fere sensu. Etiam in elencho codic. Borg. pag. 456. reperies κετq, κωτq in adnot.

Κωϩτ, *ignis* theb. lib. *de myst. litter.* et alibi. Venit a כוה, כוא, כות, *uri*, *comburi* hebr. chald. syr. כויה, *combustio*. Cum his melius convenit κωϩ, quod modo legi in elencho codicum Borg. pag. 427. in adnot. Quamquam littera T passim a Coptis addita observatur.

Κωϯ, κυκλεῖν, περικυκλεῖν, κύκλος, *circumdare*, *circumire*, *circuitus*. Vide Crozium. Theb. κωτε. Est idem syr. ܟܬܐ *Keto*, *ambire*, *circumire*, ܟܘܬܝܐ *Kotio*, *circuitus*. Simile est etiam حوط *Chot ambire*, *circumdare*. حاط *Chata* idem arab. Hinc est πι ϫⲓⲛκωϯ, محيط, *perimeter* Scal. M. pag. 54. et κωϯ in Encom. Theodori ex cod. Borg. ubi κωϯ ⲙⲫⲣⲏ *orbis solaris*. Accensendum his κοτ seu κωτ, οἰκοδομεῖν, οἰκοδομή, et κτο in Scal. El. pag. 392. Quae pariter conveniunt cum حاط *Chata*, *vallare*, *muro cingere*, *parietem construere*, حايط *Chait*, *murus*, *paries*. Eodem pertinet

ⲕⲧⲟ, *φραγμος*, *saepes* Iob c. xxxviii. 31. Inde etiam; nempe a ⲕⲱⲧ, ⲕⲱϯ, *κυκλων*, *κυκλος*, cophinus ⲕⲟⲧ denominatus videtur Matth. xiiii. 20. quia haec in orbem plectuntur. Quare *δωδεκα κοφινους* Ioh. vi. 13. ita Nonnus

. . . . . . *δυωδεκα κυκλα κοφινων*.

Denique a ⲕⲟⲧ, ⲕⲧⲟ, fit verbum ⲧⲁⲕⲧⲉ, ⲧⲁⲕⲧⲟ, *circumdare*, *cingere*: ex quo ⲧⲁⲕⲧⲏ, *περικνημιδες*, *tibialia*; item ⲧⲁⲕⲏⲧⲏⲟⲩⲧ, *περιτετειχισμενον*, *περιτετειχισμενα* Hos. x. 14. quemadmodum a ⲕⲟⲧ vel ⲕⲧⲟ fit ⲕⲧⲏⲟⲩⲧ *περιβεβλημενον*. Indidem est ϩⲓⲕⲟⲧ, *παρεμβαλλειν*, *castra metari* Exod. xvii. 1. constans ex ϩⲓ *iacere* et ⲕⲟⲧ.

ⲗ

ⲗⲁ, *calumnia*, *obtrectatio*, *loquacitas*, ⲁⲛⲏⲓⲗⲁ idem theb. Cuius vocis plura exempla habes subnotata in elencho cod. Borg. pag. 462. ⲗⲁ pro ⲗⲁⲥ *lingua* accipiendum suspicio est. Nam sicut a לשון Aegyptii ⲗⲁⲥ, ultima littera abiecta; ita a ⲗⲁⲥ fort. ortum ⲗⲁ in Thebaide, quod pro obtrectatione, mendacio, aut calumnia usurpant. Nam *lingua* saepe est lingua mala. *Vitemus oculos hominum*, inquit Cicero ad Varron. *si linguas minus facile possimus*. Ita in Psalmis איש לשון *vir linguae* est maledicus, obtrectator, qui lingua laedit, vel calumniam ac falsum crimen infert. Idem est בעל לשון Eccl. x. 11. Quare ϩⲉⲛϣⲁϫⲉ ⲛⲗⲁ in elench. cod. Borg. loc. cit. ad litteram *sermones linguae*, sunt sermones mendacii, calumniae, obtrectationis. Et ϩⲓⲗⲁ, quasi *linguam iacere*, est calumniam vel falsum crimen inferre. Item ⲗⲁⲥⲁϫⲓ mempli. in Actis Apnubi, *linguosus*, vel *mendax*, *maledicus*, composito nomine ex ⲥⲁϫⲓ et ⲗⲁ seu ⲗⲁⲥ; uti supra ϣⲁϫⲉⲛ̀ⲗⲁ, quod uno verbo italice dicam *ciarle*, *bugie*, *calunnie*.

Labarum. Sozomenus lib. 1. cap. 4. et Nicephorus *hist. eccles.* lib. 7. cap. 37. λαβωρον; Chrysostomus hom. 3. in 1. *ad Timoth.* λαβυρον. De re constat: sed vis et origo vocis ignota. Nam, quas docti tradunt, nominis rationes, inanes ac falsae, si quis eas perpenderit, invenientur. Equidem credo, vocabulum ab Aegyptiis acceptum, quod et Isaacus Vossius in *Etymol.* Gerardi patris v. *Labarum* existimat. Sic autem *labaron* aut *laboron* seu *laburon* intelligo, *velum* vel *sipparum imperatoris*. Aegyptiace ita scribendum, ⲗⲁⲃⲟⲩⲣⲱ *Laburo*, uti apud Chrysostomum: ⲟⲩⲣⲱ est *rex*, *imperator* (ut in cod. Borg. ⲡⲟⲩⲣⲱ Ⲑⲉⲟⲇⲱⲥⲓⲟⲥ) ⲗⲁⲃⲟ autem *velum navis* (Scal. M. pag. 133. 270. et in Actis Apnubi) vel *sipparum*, cuius speciem hoc velum imperatorium, ex ligno transverso dependens imitabatur. An huc pertineant οἱ λαβαρεις, de quibus mentio est apud Stephanum Byzantinum v. Ηρμοτυβιεις, et an id vetustum necne fuerit nomen vel munus in Aegypto, iudicent, qui eruditione praediti sunt. Certe in Romano imperio erant *praepositi laborum*, vel potius *labororum*, ut recte Gothofredus animadvertit, in codice

Theodosiano ac Iustinianeo laudati. Porro *labara*, ut dico, a similitudine velorum navis denominata fuisse, confirmat Tertullianus in *Apolog.* lib. 2. cap. 16. ubi eadem *Sippara vexillorum* appellat. Quippe *supparon* vel *sipparon* dicitur velum navis, illud scilicet, quod minus est, summoque appensum malo vento favente panditur. Festus, *Supparum appellant dolonem, quod est velum minus in navi, ut acation maius.* Quare Lucanus lib. 5. vers. 428. *summaque pandens suppara velorum.* Statius lib. 3. Silv. 2. vers. 27. . . . . *Vos summis adnectite suppara velis.*

ⲗⲁⲃⲟⲓ ⲡⲓ, *αρκτος*, *ursus* Apoc. XIII. 2. Fortasse nomen habet a דבא *Duba*, *Debo*, *Dabo*, *ursus* chald. syr. quod hebr. est דֹּב *Dob*, arab. دب *Dubb*, aethiop. ድብ *Dib*. Nulla enim fere est inter *Dabo* et ⲗⲁⲃⲟⲓ diversitas, nisi primae litterae, quae in *L* conversa est: uti dicitur *λαφνη* Pergaeis a *δαφνη*, *λισκος* a *δισκος*, *Ulysses* ab *Οδυσσης*. Aut haec mutatio per errorem est facta, sive ob similitudinem litterarum ⲇ et ⲗ, postquam Aegyptii graeco alphabeto uti coeperunt. In elencho codicum aegypt. Borg. non semel ⲁⲣⲝ, *ursus* theb. quod ab *αρκτος* vel *αρκος* natum videtur.

Λαγανον, *laganum*. Saepe usurpant Alexandrini interpretes in Exodo, Levitico ac Numeris. Quum vocis origo obscura atque incerta sit, occurrit eam ex aegyptia lingua petitam, itaque scriptam ⲗⲁⲕϩⲛⲉϩ, hoc est *crustula oleo confecta*. Huiusmodi autem lagana sunt. ⲚⲈϨ *oleum* notat, ϩⲁⲛ ⲗⲁⲕϩ *frusta panis*, *crustula*. A ⲗⲁⲕϩⲛⲉϩ, sive ⲗⲁⲕⲛⲉ sine adspiratis litteris, Graeci *λαγανα*. Valde facit ad rem locus Levitici cap. VII. vers. 2. ubi *λαγανα* Coptus interpres ϩⲁⲛ ⲗⲁⲕϩ vertit. ⲚⲈϨ *oleum* verbo non addit, quod exprimunt subiunctae voces. En locus, ϩⲁⲛ ⲗⲁⲕϩ ⲉⲁⲩⲑⲁϩⲥⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩ ⲛⲉϩ, graece *λαγανα διακεχρισμενα εν ελαιω*. Laganum hebr. לחם שמן, chald. לחם משח, *panis*, *torta* vel *crustulum ex oleo*.

ⲗⲁⲕⲉⲧⲧ, المقلا, الطاجن, *sartago*, *patella* Scal. M. pag. 129. Item Levit. II. 5. et VI. 39. ubi *τηγανον*. ⲗⲁⲕⲉⲛⲧ accedit ad *λακανη*, attice *λεκανη*, *pelvis*, *catinus* et *patina*. Est etiam *λακιν*, *patina* in glossario Cangii. De *λεκανη* infra erit sermo v. ⲗⲟⲕ.

ⲗⲁⲗⲟ, ⲗⲁⲗⲉ, ⲗⲁⲗ, *επιχριειν*, *ungere* Ioh. VIIII. 6. et in aliis. Simile طلا, طلى *Tala*, *linire*, *ungere*, *oblinere* arab. An hinc venerit ⲗⲁⲗⲉ, equidem nescio. Hoc tamen certe contingere potuit.

Has enim litterarum commutationes, ubi coniunctae syllabae similes observantur, tum multo facilius fieri potuisse novimus in consuetudine sermonis. Ita ex תכלא *Thacla* factum κάχλη *purpura*, ex *Gibliis* βιβλιοι Ez. XXVII. 9. ex λείριον *lilium &c.* Vide Bochartum *Hieroz.* part. 2. pag. 739. Est etiam in Scal. El. 462. ⲁϥⲗⲁⲗⲱ, طلى *inunxit*. Quae male Kirkerus, tum edidit, tum interpretatus est, طلب, *petivit*. Theb. est ⲗⲟⲟⲗⲉ, *ungere* in reliqu. lib. med. Borgianis. Ex verbo ⲗⲁⲗⲉ, et ⲭⲏⲙⲓ *nigrum*, factum ⲗⲁⲗⲉⲭⲏⲙⲓ, *nigrae maculae*, ad litteram *nigrae unctiones*, in elencho codic. Borg. pag. 52. ubi de suibus limo oblitis, in aliquem incurrentibus, ⲥⲉⲛⲁⲁⲓⲕ ⲛⲗⲁⲗⲉⲭⲏⲙⲓ. An hinc etiam ⲗⲉⲗⲉⲭⲏⲙⲓ, aut ⲗⲟⲗⲉⲭⲏⲙⲓ, μώλωψ, *vibex*, seu nota subnigra aut livida ex verbere, duci possit, iudicent, qui legunt. In eodem elencho pag. 639. habes etiam ⲉⲗⲉⲗⲕⲏⲙⲉ theb.

ⲗⲁⲙ, *splendidus*, *nitens*, *decorus*. ϩⲁⲛϩⲃⲱⲥ ⲉⲩⲗⲁⲙ, *splendidae vestes* in *Encom.* Macarii episc. Pariter لمع *Lamaa*, *Lama*, *splendere*, *nitere*, non dissimile habent Arabes.

ⲗⲁⲙⲁϩⲧ, *gulosus*, *helluo* in elencho codic. Borg. p. 601. unde ⲙⲛⲧⲗⲁⲙⲁϩⲧ, *gulae vitium*. Idem est لهم *gulosus* arab. Ad eandem classem pertinet λαιμος, *gula*, et λαμια seu λαιμια piscis amplissimae gulae ac voracitatis. Etiam in verbo לעט avidius edendi significatio inest perinde, ut in לעט Gen. XXV. 30. Ex eo לועסא, ex hoc לועסא, *mandibula* Syris. Ab eodem verbo לעט duci posset ⲗⲁϩⲏⲧ seu ⲗⲁϩⲏⲧϥ *gulosus* Scal. M. pag. 89. et ⲗⲁϧⲏⲧ, unde ⲙⲉⲧⲗⲁϧⲏⲧϥ, *studium gulae*, *helluatio* in elencho cod. Borg. pag. 601. Sed eruditus huius libri auctor hoc derivat a ϧⲏⲧ *venter*, uti supra ⲗⲁⲙⲁϩⲧ a ⲙⲁϩⲧ *viscera*. ⲗⲁ autem in verbis compositis augendi vi praeditum putat.

ⲗⲁⲙϫⲁⲡⲧ, الزفت, *pix* Scal. M. 204. Item ⲙⲃⲣⲉϩⲓ ϩⲓ ⲗⲁⲙϫⲁⲡⲧ et ⲗⲁⲙϫⲁⲡⲧ ϩⲓ ⲙⲃⲣⲉϩⲓ ασφαλτοπισσα Cant. Azar. 22. Exod. II. 3. Ασφαλτοπισσα et πισσασφαλτος pariter usurpatum a Graecis. Sic etiam, uti vides, a Coptis. De ⲙⲃⲣⲉϩⲓ, *asphaltus* infra agam. Nunc de ⲗⲁⲙϫⲁⲡⲧ. ϫⲁⲡⲧ utique est זפת *Zaphth*, quomodo Hebraei, Chaldaei, Syri, Samaritani, Arabes *picem* appellant. ⲗⲁⲙϫⲁⲡⲧ vero accipiendum videtur pro ⲗⲁⲗⲙϫⲁⲡⲧ, id est *inunctio picis*, tum *pix*, littera ⲗ ipso usu vocis elisa. ⲗⲁⲗ enim *ungere* Exod. XII. 22. apud Wilkinsium.

N 2

Ⲗⲁⲡⲗⲉⲡ, *ἐκβρασμός*, *ebullitio*, *aestuatio* Nahumi ii. 10. Proximum להב *Laab*; quod, maxime apud Aethiopes, valet *aestuare*, samar. *fumare*, plerumque in Oriente *flamma*, *ardere*, *incendere* est. A *Laab* facile ⲗⲁⲡ, geminata syllaba ad frequentiam demonstrandam ⲗⲁⲡⲗⲉⲡ. Sed quoniam Aegyptii saepius onomatopoeia, quam vocant, utebantur, fortasse heic etiam eádem usos putemus; ut voce ⲗⲁⲡⲗⲉⲡ, de qua nunc agimus, bullientis sive aestuantis sonum referrent ac imitarentur.

Ⲗⲁⲡⲥⲓ, *δάκνειν*, *mordere* in vit. Macarii Alexandrini: ubi ⲁϥⲗⲁⲡⲥⲓ ⲙ̀ⲡⲓϧⲉⲗⲗⲟ, *senem momordit* aspis. Graece apud Palladium cap. 20. *ὑπὸ ἀσπίδος ἐδήχθη*. Et in vita Macarii Aegypt. ⲁⲥⲗⲁⲡⲥⲓ ⲛ̀ϫⲉⲟⲩϣⲉⲛⲓ hyaena. Est etiam ⲗⲁⲡⲥⲓ *morsum*, id est cibi vel panis frustum in eadem vita Macar. Alex. Idem fere Arabes. Namque hi لسب *Lasaba*, *mordere*, لسب *Lasabo*, *morsus*; unde *Labsa*, *Labso*, *Lapsi*. A ⲗⲁⲡⲥⲓ, praeposito verbo ϭⲓ, factum ϭⲓⲗⲁⲡⲥⲓ aut ϭⲓⲗⲁⲯⲓ, *morsus inferre* eodem sensu ad Gal. v. 15. et in vit. Simeonis. Pro ϭⲓⲗⲁⲡⲥⲓ, ϭⲟⲗⲡⲥⲓ Deuter. viii. 15.

Ⲗⲁⲥ, *γλῶσσα*, *lingua* Actor. ii. 3. et alibi. Idem ac לשן, لسان, *lingua* in toto Oriente, abiecta postrema littera *N*. Hinc venit ⲫⲁⲙⲗⲁⲥ, الملسن Scal. M. pag. 126. denotans instrumentum *instar linguae* acuminatum.

Ⲗⲁϫⲉⲙ, *ψωμός*, *buccella*, *frustum cibi* Psalm. cxxxxvii. seu ⲗⲁⲕⲉⲙ in Psalt. Tukiano. Theb. ⲗⲁⲕⲉ. Iohan. vi. 12. *κλάσματα*, *fragmenta* panis. Simile his لقمة *buccella*, *fragmen panis* arab. quod a لقم, *deglutire*, *comedere* ducitur. Crozius quidem vocem constare ex ⲗⲁⲕϩ, *frusta*, et ⲟⲩⲱⲙ vel ⲟⲩⲱⲙ, *comedere* defendit. Ego tamen contra vero similius puto, omnia haec, ⲗⲁϫⲉⲙ, inquam, ⲗⲁⲕⲉⲙ, ⲗⲁⲕⲉ, sive a لقمة *buccella*, ut modo notavi, originem habuisse suam; vel potius eadem a frangendo denominata fuisse. Est enim ⲗⲁϩⲙ *frangere*, quod ⲗⲁⲕⲙ memphit. in reliquiis libri medici Borgianis, quas a me iampridem perlectas, modo elenchos aegyptiorum codicum, a Georgio Zoega editus, in publicum emissas oculis litteratorum subiecit.

Ⲗⲁϩⲙ, *in gratiam* Dei *restitutus*, *cum eo reconciliatus* in Act. martyr. Iohan. iun. ex cod. Borg. Utique a لأم *Laam*, *reducere in gratiam*, *reconciliare*; لئم *Laim*, *reparatio*, *reconciliatio*, *inita pax*.

ⲗⲁϫⲓ. ϯ ⲙⲉⲧⲗⲁϫⲓ, *ἀναίδεια*, *impudentia*, *importunitas et instantia in petendo* Luc. xi. 8. Fuerit ergo ⲗⲁϫⲓ, *urgere*, *instare impudenter*; *importunus*, *pertinax in petendo*. Idem est in lingua arabica لج *Laggia*, *contendere*, *perseverare*, *importune instare*: لجاج *Lagiag*, لجاجة *Lagiagia*, *importunitas*, *pertinacia*, *instantia*. Quare hac ipsa voce Arabs interpres Luc. xi. 8. exprimit *ἀναίδειαν*, quam Coptus ⲙⲉⲧⲗⲁϫⲓ.

ⲗⲉⲟⲛ ϩⲁⲛ, *ἐνώτια*, *inaures* Genes. xxiiii. 22. An est ⲗⲉⲟⲛ factum a لغن, sine puncto *Loan*, *aurium extrema pars*, unde inaures pendent? λοβὸς dicitur a Graecis, ex quo ἐλλόβιον, *inauris*.

ⲗⲉϣϫ, *turbare*, *molestia afficere* Luc. iii. 14. ubi sic ⲙⲡⲉⲣⲉⲛ ⲗⲉϣϫ ϩⲗⲓ, graece *μηδένα διασείσητε*, quae latinus interpres, *neminem concutiatis*. Hinc, in Sc. El. ⲙⲡⲉⲣⲗⲉϣϫ, لا تعنتوا, *ne molesti sitis* p. 485. Idem fere verbum Syris ܠܘܙ, ܠܙ, ܐܠܙ, לוז, לז, אלז, *turbare*, *laedere*, *molestiam afferre*. Nam Zain Copti modo per *S*, modo per *G* exprimunt.

ⲗⲉϥⲗⲓϥⲓ, *ψιχία*, *micae*, *fragmenta panis* Matth. xv. 27. Derivatum sine dubio a ⲗⲟϥⲗⲉϥ, *συντριβεϑῆ*, *conteri*, *confringi* Ps. xxxiii. 20.

ⲗⲉϩⲗⲉⲙ, *σκνῖφες*, *sciniphes*, *culices* Exod. viii. 16. 17. 18. Psalm. ciiii. 31. Male Wilkinsius ⲗⲉϩⲗⲉⲙ vertit *pediculus*. Nam Alexandrini interpretes, quos Copti sequuntur, *σκνῖφες* habent in omni editione. Insuper Psalm. ciiii. 31. ubi ϩⲁⲛ ⲗⲉϩⲗⲉⲙ, interpres Arabs una cum Copto a Tukio editus, exhibet مرامر; et in Scal. El. pag. 362. ⲗⲉϩⲗⲉⲙ redditum, مرامر, id est, opinor, *culices*, *scinipes*. Nam etiam in Scal. M. pag. 173. ⲡⲓ ⲅⲛⲓⲫⲟⲥ (*κνὶψ*) arabice versum المرمر. Esto alias مرمر aut مرمور, *gryllum* dici, uti Kirkerus ex Raphelengio. Sed heic omnino ⲡⲓ ⲕⲛⲓⲫⲟⲥ, *κνὶψ* est, sive *culex*. Τῷ مرمر, seu مرامر, assimile צלצלא aut זנזלא *Zanzala*, quo nomine Itali culicem vocant, quod ab Oriente acceptum existimo. Vox autem legitur in glossis Thalmudicis lib. *Cholim*, eàque *τὸ* בקא, arab. البق, quae est *culex*, declaratur. Iam *τῷ* ⲗⲉϩⲗⲉⲙ quae sit origo, non facile reperias: nisi forte nomen primum fuerit ϩⲉⲗϩⲉⲗ, ex quo vulgo ⲗⲉϩⲗⲉⲙ. ϩⲉⲗ est *volare*, ϩⲉⲗ ϩⲉⲗ *volitare*. Culex enim animantia circumvolitat, atque involat revolatque. Quare apud Achillem Tatium *ἐρω-*

τικων lib. 2. εγω δε, culex inquit, παρων ει παρειμι· ὁμως και φευγω και μενω, και περιπτευω τον ανθρωπον τω πτερω.

ⲗⲉϫϩ, ⲗⲱϫϩ, λειχειν, ὑπολειχειν, *lingere* Psalm. LXXI. 9. Luc. XVI. 21. Idem ܠܓ *lag*, *lambit*, *linxit* syr. Theb. *T* addita ⲗⲱϫⲧ in cod. Nan. Ming. pag. 263. Est etiam לחך, *linxit*, parum dissimile; unde Graeci λειχω, ex quo *lingo* Latini. Hoc melius, quam λειχειν ducere a לקק cum Mazzocchio.

ⲗⲏⲕ, ὑγρος, *humidus viridis* Luc. XXIII. 31. ϧⲉⲛ ⲡⲓϣⲉ ⲉⲧⲗⲏⲕ, graece εν τῳ ὑγρῳ ξυλῳ, quae latinus interpres *in viridi ligno*. Hinc est ⲡⲓ ϣⲉ ⲉⲧⲗⲉⲕ, *lignum viride*, quod inter nomina Filii Dei recensetur ab auctore Scal. M. p. 46. ex evang. *Si in viridi ligno &c.* Idem hebr. לח, *humidus*, *recens*, *virens*, conversa adspirata littera in tenuem. Item לח *viror*, *humiditas*. Similia habent Chaldaei. A ⲗⲏⲕ ὑγρος sensu parum distat ⲗⲏⲕ, τρυφερος, απαλος. *delicatus*, *mollis*, et ⲗⲱⲕ, *mollities*, *teneritudo* Deuter. XXVIII. 54. 56. Quae repeti etiam possent a חלק *glaber*, *laevis*, *mollities*, *blandities* hebr. omissa priore adspirata. A ⲗⲏⲕ factum ⲗⲟⲕⲗⲉⲕ vit. Evagrii in cod. Borg. et ⲗⲉⲕⲗⲱⲕ in Nanianis p. 345. item *delicatus*, *mollis*. His adde ⲗⲟϫⲗⲉϫ, *mollities* (affine est enim τῳ ⲗⲟⲕⲗⲉⲕ) et ⲥⲗⲁϫⲗⲉϫ, الاجرد، الاملط, *laevis*, *glaber*, *pilorum expers* Scal. M pag. 72. conveniens cum ⲗⲟϫⲗⲉϫ, *mollities*, *mollis*. Pro ⲥⲗⲁϫⲗⲉϫ, theb. ⲥⲗⲉϭⲗⲱϭ in elencho codic. Borg. pag. 498.

Ληκυθος, *lecythus*. Quum vis et origo vocis parum probabiliter explicetur a Graecis, occurrit in aegyptio sermone, ex quo Graeci iidem quamplurima in linguam suam derivarunt, valde consentanea significatio. Scriptam puta ⲗⲓⲕⲑⲟϩⲥ *Likthohs*, aut ⲗⲓⲕⲉⲑⲟϩⲥ *Likethohs*, id est *vas* aut *ampulla chrismatis*, *olei*, *unguinis*. Nam ⲗⲓⲕ est *vas olei*, chrismatis Scal. M. p. 150. arab. كوز الزيت; ⲑⲟϩⲥ vero seu ⲑⲱϩⲥ, *ungere*, *unctio*. Reapse ληκυθος explicatur ελαιοδοχον αγγειον in scholiis Aristoph. et *ampulla olearia* in Isidoro. Item μυροθηκη apud Hesychium: unde et ληκυθος ελαιηρα, ληκυθος μυρηρα apud Pollucem.

ⲗⲏⲗ ⲛⲓ, الكلاليب, *armillae* Scal. M. pag. 123. Simile ψελλιον seu ψελιον, *armilla* graece. Quod ortum mihi videtur a ⲡⲗⲏⲗ.

ⲗⲓⲃⲓ, διψα, *sitis* Deut. VIII. 15. Non abest a لاب *Laba*, *sitivit*. Idem hebr. לאב; unde תלאובות, *loca arida* ac *siticulosa*.

A ⲗⲓⲃⲓ fort. Libybus ac Libyae, quam *sitientem* vocat Lucanus, nomen est. Plerumque tamen Copti ⲓⲃⲓ et ⲟⲃⲓ *sitim* dicunt, deficiente *L*, ut in ⲍⲟⲩⲁⲛ *color* ab الوان aut لون. Neque enim credo, diversa ab origine ⲓⲃⲓ et ⲗⲓⲃⲓ repetenda esse. Hebraei codices heic loci צמאון exhibent: quae vox ab Hieronymo redditur *dipsas*, hoc est serpens in Africa atque Arabia, qui ita vocatur *απο της διψης*, unde *situlam* Isidorus. Ferunt enim, si quis ab eo fuerit morsus, siti perire. At septuaginta viri *sitim* explicant צמאון, eodemque modo caeteri interpretes accipiunt: itaque debere intelligi, contendit Bochartus *Hieroz.* part. 2. lib. 3. cap. 8. Ac de Hieronymo quidem, utrum pro *διψα* legerit *διψας* in graecis, dubitari potest. Sed Coptus certe, quocumque modo ⲗⲓⲃⲓ, seu pro *dipsade*, seu pro *siti* usurpaverit, eadem est ratio. Aeque enim ad لاب, seu לאב, *sitire* utrumqne pertinet. ⲗⲓⲃⲓ, seu ⲗⲓⲃⲉ theb. *sitire*, est etiam *concupiscere* in elencho cod. Borg. pag. *639*.

ⲗⲓⲃⲓⲁ ϯ, البرنية, *vas pharmacopolae* Scal. M. p. 131. Vox arabica legitur Exod. xvi. 33. ubi hebr. צנצנת, graece *σταμνος*, *urna*, *vas* continendae mannae destinatum. ϯ ⲗⲓⲃⲓⲁ porro, vel ϯⲉⲗⲓⲃⲓⲁ mihi est, quantum coniectura assequi possum, tamquam ϯ ⲉⲗⲓⲁⲃⲓ ab ⲉⲗ *tollere*, ⲓⲁⲃⲓ *infirmitas*, nempe *vas ad morbos ac infirmitates depellendas*. Tale est autem vas medicamentarium.

ⲗⲟⲕ ⲡⲓ, *κοτυλη*, certa mensura liquidorum Levit. xiiii. 10. 12. 15. 24. Certe a לג *Log* hebr. quae vox in his ipsis Levit. locis habetur; quam Hieronymus *sextarium*, septuaginta interpretes *κοτυλην*, *heminam*, quae est sextarii dimidium. Etiam Augustinus *heminam* reddit. ⲗⲟⲕ male Wilkinsius *congium* in Levitico, et Crozius cum Kirkero Scal. M. pag. 178. ubi idem verbum legitur. A לגין Vossius in *Etymolog.* *λαγηνος*, qui et *λαγυνος* et *λαγανος*, *Lagena* derivat. Vicissim a Graecis ac Latinis habent, ut credo, Chaldaei ac Syri recentiores לגין, לגינא, *lagena*, iidem et לקנא, *pelvis*, *labrum*, *patina*, pariter a Graecis, apud quos est *λεκανη* et *λακανη* eodem sensu. Arabes quoque لقن, Persae لگن, *labrum*, *pelvis*.

ⲗⲟⲕⲥ, ⲗⲱⲕⲥ, *figere*, *pungere*, *perforare*, *mordere* seu dentem infigere in Actis Epimii martyr. et Iohan. iun. ex cod. Borg. Ecclesiast. x. 8. et in elencho codic. Borg. pag. 570. 510.

Proximum τῷ ለከፀ, *infigere* aethiop. seu لكع *pungere*, *punctio*, aut لقع *pungere*, *mordere* arab. Quia Copti Ajin per *S* interdum exhibent: quod in v. Ⲧⲉⲃ planum feci. A ⲗⲟⲕⲥ non differunt ⲗⲟⲝ, ⲗⲟⲩⲝ in *Encom.* Pisentii et in aliis ex cod. Borg. item ⲗⲟⲩϩ lib. *de duob. Macariis* in iisdem codic. ubi haec leguntur: ϩⲱⲥⲇⲉ ⲛⲧⲉⲕϣⲧⲉⲙϫⲉⲙ ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ ⲙⲙⲁ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲉⲗⲟⲩϩ ⲙⲡⲉⲕⲧⲏⲃ ⲉⲣⲟϥ, id est Iohannes elephantiasi ita est affectus, *ut ne minimum quidem locum in eius corpore invenires, quo digitum tuum immittere posses*. Rem narrat Palladius *in hist. Laus.* cap. 19. ὡς μη ευρεθηναι εν τῳ σωματι ακεραιον τοπον, εν ῳ τις δακτυλον πηξαι. In quo ακεραιον, *illaesum*, *integrum* Coptus interpres vertit ⲟⲩⲕⲟⲩϫⲓ *parvum*. Sed sive *illaesum* sive *parvum* scripseris: eadem fere sententia. Vides heic ⲗⲟⲩϩ respondere τῳ πηξαι. In *Encom.* Theodori ⲗⲟⲩϩ est *mordere*: ⲡⲓⲇⲣⲁⲕⲱⲛ ⲉⲩⲗⲟⲩϩ ⲛⲛⲓⲣⲉϥⲉⲣⲛⲟⲃⲓ. Ego tamen ⲗⲟⲩϩ mendum librarii puto pro ⲗⲟⲩⲝ in locis cit. A ⲗⲟⲝ seu ⲗⲟⲩⲝ derivatum ϣⲗⲟⲝ, *veru*, *terebra* in cit. *Encom.* Pisentii.

Ⲗⲟⲩⲕ ⲡⲓ, الشدق Scal. M. pag. 76. *buccarum anguli*, quos Graeci χαλινες vocant: item *oris distortio*, quae in angulis potissimum cernitur. Est idem arab. لقى, *ore distortum esse*, et لقوة, *distortio oris*, *spasmus cynicus*.

Ⲗⲱⲃⲗⲉⲃ, *amare*, *amor* Scal. M. p. 98. ubi ϯ ⲙⲉⲧⲣⲉϥⲗⲱⲃⲗⲉⲃ, *amor carnalis*, *ardens*. Est a לבב, *cor*, *amor*. Arab. لبلب, *amor* matris in prolem, ovis in fetum.

Ⲗⲱⲃϣ, *ardere*, *incendere* in *fragm. liturg.* theb. apud Georgium pag. 304. 305. et *urere*, *urendo purgare* lib. de *gest. Macarii* in cod. Borg. ubi sic, ⲁⲩϣⲁⲛⲗⲟⲃϣ ⲙⲙⲟⲛ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲭⲣⲱⲙ. Alias ⲗⲟⲡϣ in Act. Epimii martyr. ⲉϥⲗⲟⲡϣ ⲛⲭⲣⲱⲙ; et ⲗⲡϣ *flamma* lib. de *Hieraca* in iisdem codic. Borg. Convenit ⲗⲟⲃϣ cum לבש, *flamma*, *lumen* chald. samarit. Eodem refert Georgius in praefat. cit. operis pag. CLXXVI. ⲫⲗⲱⲃϣ ⲛⲧⲉ ϯⲉⲕⲕⲗⲏⲥⲓⲁ, quod de Paullo dicitur in *Pontif.* Tukiano tom. I. pag. 672. Interpretatur autem *ardens et fulgidum lumen ecclesiae*. Verum hoc ab Arabe interprete aliter explicatum, nempe حصن الكنيسة, *arx*, *munimentum*, *propugnaculum ecclesiae*. Namque haec etiam ⲧⲉ ⲗⲱⲃϣ seu ⲗⲟⲃϣ potestas est Scal. M. 260. 261. et in *sermon. senior.* de Antonio Abb. ex cod. Borg. ⲡⲓ ⲗⲱⲃϣ ⲟⲩⲟϩ

ⲡⲧⲁϫⲣⲟ ⲛϯⲕⲣⲓⲛⲓⲥ ⲛⲧⲉ ⲡⲓ ⲛⲁϩϯ. Laudant vero Paullum fere his nominibus antiqui Patres. Cuiusmodi sunt *στυλος της εκκλησιας: στυλος της πιστεως: πυργος και στυλος της εκκλησιας*. Consule Suicerum V. Παυλλος.

Ⲗⲁⲓⲗⲓ ϯ, الاليه, *nates* Scal. M. pag. 78. Parum discrepat copticum nomen ab arabico *Alalia*. An vero referendum ad ⲗⲁⲓⲗⲓ, *navigare*, *natare*? Quemadmodum *nates* a *nato* multi repetunt. Ⲣⲉϥⲗⲁⲓⲗⲓ *natator* est in Scal. M. pag. 113.

Ⲗⲁⲙ, *ψωμιον*, *buccella*, *frustum panis* Iohan. XXIII. 26., et in Scal. El. p. 364. ⲡⲓ ⲗⲁⲙ, الخبز, *panis*. Nomen *τῳ ψωμιῳ* inditum, videtur derivatum a verbo ⲗⲁⲙ, quod est *μαραινεσθαι*, *marcescere*, *macerari*. Hoc enim in cibo fit, quum in os ac stomachum ingeritur.

Ⲗⲁⲙⲟⲩ, *limbus*, *fimbria*: ϣⲧⲏⲛ ⲛⲗⲁⲙⲟⲩ, *χιτων κοσυμβωτος*, *fimbriata tunica* Exod. XXVIII. 4. Graeci *λωμα*, vel *ωαν* fimbriam vocant: cum quibus ⲗⲁⲙⲟⲩ comparandum.

Ⲗⲁϩⲉⲙ ⲡⲓ, السلق, *beta*, *olus* Scal. M. pag. 264. Sumptum iudico a לחם *Lechem*, *esca*, *cibus*, sive a לחם *Lacham*, *vesci*: de quo plura V. Ⲟⲩⲉⲙ.

U

Uⲁ. Tum per se, tum praefixum verbis *locum* significat. Plura exempla habes apud Crozium. Etiam apud Hebraeos, Arabes &c. M praepositum nominibus derivatis saepe locum notat. Locum per se מקום *Macom* dicunt Hebraei: quod a קום *stare* si duxeris, erit id, in quo stamus. Affertur a Crozio ⲡⲓⲙⲁ pro ⲟⲩ, *ubi* ex Psalmo XIII. 5. Sed heic etiam ⲡⲓⲙⲁ est *locus*. Sic enim legitur, ⲡⲓⲙⲁ ⲉⲧⲉⲙⲙⲟⲛ ϩⲟϯ ⲛϧⲏⲧϥ, ad verbum, *locus, quo non est timor in eo*, graece ου ουκ ην φοβος; qui modus loquendi ab Hebraeis acceptus. Idem dicas de ⲡⲓⲙⲁ pro ἐκει, *ibi*, quod profert idem Crozius ex Psalm. CIII. 17. Namque similis est circumlocutio. A ⲙⲁ est ⲙⲁⲩ *ubi*, et *ibi*.

Uⲁⲑⲟⲩⲓ, θυμος, ιον, *furor*, *venenum* Deuter. XXXII. 33. Iacob. III. 8. et in Scal. El. pag. 329. ⲟⲩ ⲙⲁⲧⲟⲩⲓ, سم; quae male Kirkerus, *venenum*, *foramen*. Neque enim *foramen* designat vox coptica; etiamsi arabica per se utrumque denotare posset. Theb. est ⲙⲁⲧⲟⲩ in codic. Nanianis pag. 161. De cuius origine cogitanti occurrit ܚܡܬܐ *Hemtho* seu *Hmetho*, *venenum* syr. Quod absque priore adspirata lectum (ut accidit in ⲡϣⲓⲕϩ a חרוכה) erit *Metho*, *Matho*, sane a ⲙⲁⲧⲟⲩ *Matu*, vel ⲙⲁⲑⲟⲩⲓ *Mathui* non dissimile.

Uⲁⲓⲏ ϯ, ἡλικια, ὑποστασις, *statura*, *substantia*, *modus*, *qualitas*, *quantitas* Luc. XII. 25. Psalm. LXXXVIII. 47. et alibi. Iunctum cum ⲧⲁⲓ, *tantum* vel *talem* exprimit, ut Matth. VIII. 10. ⲟⲩ ⲛⲁϩϯ ⲛⲧⲁⲓ ⲙⲁⲓⲏ, πιστιν τοσαυτην. Cum ⲁϣ *quis*, valet πηλικος, *quantus* Zach. II. 2. Est sine dubio ⲙⲁⲓⲏ *Maie* idem, ac ماهية *Mahia*: quo nomine ab Arabibus rei *quidditas*, ut in scholis dicitur, *substantia*, *qualitas* designatur. Componitur autem ex ما et هي *quid hoc*? *Cuiusmodi res est*? Idem Iudaei doctores dicunt מהות, ex מה vel מא, et הו, *quid hoc est*?

Uⲁⲕⲗⲓⲃⲓ ϯ, المقرعة, *flagellum*, *scutica* Scal. M. 117. Meo iudicio se habet ⲙⲁⲕⲗⲓⲃⲓ, ut ⲙⲁⲕⲁϩⲗⲓⲃⲓ, vel ⲙⲟⲕϩⲗⲓⲃⲓ, aut ⲙⲁⲛ ⲕϩⲗⲓⲃⲓ. Est vero ⲗⲓⲃⲓ, *insania*, *insanus*, ⲙⲕⲁϩ vel ⲙⲟⲕϩ seu ⲙⲁⲕϩ, *cruciare*, *affligere*, *percutere*. Vides profecto, quam apte

atque eleganter Aegyptii *ferulam* denominaverint, omnino, ut Itali eandem *castigamatti* vulgo dicere solent.

Ⲙⲁⲕⲣⲟ ⲡⲓ, العرن, العرن, *mortarium*, *lavacrum*, *labrum*, *pelvis* Scal. M. pag. 149. Est a ܡܩܪܐ *Makro*, *lacus*, *canalis*, δεξαμενη. Eodem pertinet מקור hebr.

Ⲙⲁⲛⲕϩⲁⲧ, αργυροκοπος, *argentarius* Actor. XVIII. 24. et in Scal. M. pag. 111. 128. *argenti opifex*, αργυροχοος, αργυροποιος. Vox constat ex ϩⲁⲧ *argentum*, et ⲙⲟⲛⲕ seu ⲙⲟⲩⲛⲕ, *fingere*, *facere*.

Ⲙⲁⲛⲙⲟⲛ, النارنج, *malum aureum*, *malus aurea* Scal. M. pag. 178. Crozius ex Kirkero vertit *malus citria*. Sed aliud est *malus citria*, aliud *aurea malus*. Illam Chaldaei תרוג et אתרוג; Arabes eodem modo ترج, et اترج *Atrug*, vel اترنج *Atrung* vocant. Haec vero نارنج ab Arabibus, a Persis dicitur نارنك, a Graecis χρυσα μηλα. Qua de re scribit Salmasius lib. de *homonym. hyles iatric.* et in *exercit. Plinian.* pag. 954. 955. aurea mala a Latinis recentioribus *mala aurantia* dici, vel simpliciter *aurantia*, unde Itali habuerint *Arancio*, Galli *Orange*: eadem *inaurantia* appellata esse, ex quo Graeci νεραντζιον, Arabes نارنج, Hispani *Naranja*. Mihi tamen est alia sententia. Puto enim haec potius Arabibus accepta referri oportere. Itaque a نارنج Graecos sequioris aevi νεραντζιον et νεραντζι, ut est apud Cangium, finxisse iudico. Nam si *inaurantium* hi exprimere voluissent, ναραντιον fecissent potius patrio more, quam νεραντζι aut νεραντζιον. At vero a نارنج *Narangio* expressum νεραντζιον facile credamus, quum constet Graecos recentiores *Gim* Arabum per *Zeta* efferre solitos esse. Ex. c. جلاب *Giuleb* dicunt ζουλαπιον; جلجلان *Gilgiolan* sesami genus, ζιζουλαν; جبه *Giubba*, ζυπα; جرافه *Girapha*, *camelopardalis*, ζοραφα; et alia huiusmodi. Ab Arabibus pariter Hispani *Naranjo* et *Naranja*. Itali etiam *Narancio* (quod nomen habes apud Menagium de *origin. lingu. Ital.* ac apud Salmasium loc. cit.) et *Arancio*. Sed illud etiam plane incredibile videtur, nomen arboris, cuius in Oriente maxima ubertas est, Arabes et Graecos a Latinis, iisque ultimae aetatis habuisse, et نارنج *Narangio* ab *inaurantio* appellare coepisse: quum verosimiliter eo tempore, quo scripsit Avicenna, in quo نارنج *Narangio* legimus, ne auditum quidem *inaurantium* apud Arabes fuerit. Quare multo est verius a نارنج *Narangio in-*

aurantium et *aurantium* originem habere. Quod ipsum hac ratione confirmo. Aeque enim *inarantium* ac *inaurantium* reperitur, auctore Salmasio, et *arantium* perinde, atque *aurantium*. Unde suspicio est, non ab *auro*, uti Salmasius, *inaurantium* et *aurantium* duci, quia scilicet haec poma aurei sint coloris: sed quum *inarantium*, a نارنج *Narangio* effictum, latine nihil significet, *inaurantium* et *aurantium* coepisse dici, ut ab *auro* nomen esse videretur. Restat iam, ut de vi arabicae vocis, ex qua caeteras probabili coniectura derivavi, aliquid subiiciam. Habent Arabes ارج *Aragia*, *bene olere*. Inde forsan نارنج *Narangio*, quod est pomum suavissimi odoris. N littera inserta fere, ut in اترنج *Athrung*, *citrum*. Namque ex אתרוג fit اترج *Athrug*, et اترنج *Athrung*. An vero etiam credamus a verbo *Aragia* Arabes ارنج *Arangio* dixisse olim, tum etiam نارنج *Narangio*, ex quo Latini sequiores *arantium* et *inarantium*, Itali *Narancio*, et *Arancio*? Si non vera, certe vero similis suspicio. Nihil adhuc dixi de nomine aegyptio ⲙⲁⲛⲙⲟⲛ; quod tamen mihi prae caeteris propositum erat. Equidem credo, ita appellatum, quia pomum est, quasi tornatum et in gyrum actum, seu rotundum. Nam ⲙⲟⲛⲙⲉⲛ Aegyptiis est *στρεπτος*, *tortilis* Exod. xxx. 3. 4.

Ⲙⲁⲛⲟⲩⲱⲙ, *triclinium* vit. Pachom. in cod. Borg. Valet *edendi locus*. Ⲙⲁ enim *locus*, ⲟⲩⲱⲙ *edere* est.

Ⲙⲁⲛⲥⲁϩⲣⲉ, *solitudo*, *desertum* in Encom. Pisent. ex cod. Borg. Ⲥⲁϩⲣⲉ mihi idem videtur, ac ساهرة *Sahrah*, quod apud Arabes *desertum* notat ac *terram non tritam*, seu montem quemdam aut certam partem solitudinis, puto ab hominibus remotiorem. Quod cum scriptoris sententia bene congruit. Inquit enim, ⲁϥⲟϩⲓ ⲉⲣⲁⲧϥ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲁⲛⲥⲁϩⲣⲉ ⲉⲧⲉ ⲙⲙⲟⲛ ⲣⲱⲙⲓ ⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟϥ ⲛϧⲏⲧϥ, id est, *consedit in Sahre, ubi homo eum non adspiceret*. Forsitan a ⲥⲁϩⲣⲉ, ساهرة pendet ⲥϭⲣⲁϩⲧ, ⲥϭⲣⲉϩⲧ, *ἡσυχία*, *quies*, *cessatio*, et *το αναχωρειν*, *secessus*, *solitudo* in codic. Nanian. pag. CLXXIIII. et in append. *fragm. liturg.* ad *Evang. Iohan*, apud Georgium p. 451. et apud Tukium in grammat. copt. pag. 288. Nam et ساهرة effertur *Sahrath*. Ⲥϭⲣⲉϩⲧ male a Tukio *concussio* contraria significatione explicatum.

Ⲙⲁⲛϫⲱϫⲓ, *λατομια*, *lapicidina* vit. Macar. Aegypt. in cod. Borg. Tamen, si vis vocabuli spectetur, proprie ⲙⲁⲛϫⲱϫⲓ est

caedendi locus. Lapicidinam dixeris ⲙⲁⲛⲕⲱⲕⲱⲛⲓ, id est *locus, ubi lapides exciduntur*.

Μαρσυπιον, *marsupium*, *crumena*, *sacculus*, in quo pecunia reconditur. Vocem esse aegyptiacam opinio est. Neque enim ex graeco sermone aliisve linguis apte derivari potest. Iuvat scribere ⲙⲁⲣⲉϩϭⲓⲱⲡ vel ⲙⲁⲣⲉϩϭⲓⲱⲡ. Namque ⲱⲡ sive ϩⲱⲡ, λογίαι sunt, id est *collectae pecuniae*, ϭⲓⲱⲡ *collectam accipere*, ⲙⲁ *locus*, ⲁⲣⲉϩ *custodire*, *servare*. Quare ⲙⲁⲣⲉϩϭⲓⲱⲡ *Maresiop* erit locus, in quo collecta pecunia adservatur. Si quis crumenam designare velit, profecto melius atque explicatius non possit. Alia crumenae appellatio ⲁⲥⲟⲩⲓ legitur Luc. x. 4. et in Scal. El. pag. 313. quae fortassis ab ⲁⲥⲟⲩ, *pretium* ducta est.

Ⲙⲁⲩ, theb. ⲙⲁⲁⲩ, *mater*. Consonat cum אם et אמא, *mater* in Oriente. Nam ex *Am* atque *Amma* facile intelligitur, qui fieri possit *Ma* et *Mau*. Caeterum *Ma*, vel *Ma Ma*, est vox, qua pueri matrem appellant in omnibus fere populis. Ab אמא pariter fit ἀμμα et ἀμμας, et ⲁⲙⲙⲁ in vita Danielis Shiet. quo nomine monacha senior, vel quae caeteris praeest, nuncupata est.

Ⲙⲁⲩⲣⲏⲥ ϯ, الجرة, *hydria*, *vas aquarium* Scal. M. p. 131. ⲙⲁⲩⲣⲏⲥ mihi est, tamquam ⲙⲁⲩⲁⲣⲉϩ, id est vas continendae ac conservandae aquae destinatum. ⲙⲁⲩ *aqua* basmyr. ⲁⲣⲉϩ *servare* est. ⲙⲁⲩⲁⲣⲉϩ *Mavareh* autem usu loquendi fit ⲙⲁⲩⲣⲏ *Mavre*, vel ⲙⲁⲩⲣⲏⲥ, adspiratione praeterita: quomodo a ⲧⲁⲫⲁⲛ ⲣⲉϩ exstitit ταφρη; quod habes in V. Ⲧⲁⲫⲣⲟ.

Ⲙⲁϣ, *tangere*, *apprehendere* in *sermon. senior.* de Antonio Abb. in codic. Borg. Non discrepat a משש hebr. chald. syr. et مس arab. *tangere*, *capere*, *contrectare*.

Ⲙⲁϣⲉⲛⲧϯ, المشط Scal. M. pag. 125. *pecten*, proprie textoris, si vis coptici nominis attendatur. Etsi enim hoc valde simile videatur τῷ مشط *Mascto*, *pecten* arabice, quod a مشط *pectere* derivant; ego tamen existimo, factum illud ex ⲙⲁ *locus*, et ϣⲛⲧ *filum*: quo significatur in re textoria instrumentum illud, in cuius dentes fila staminis immittuntur, quod etiam Latini *pecten* denominant. Pariter ob quamdam similitudinem ⲛⲓ ⲙⲁϣⲉⲛⲧϯ dicuntur امشاط الرجلين, hoc est *pectines pedum* Scal. M. pag. 79. quam partem Graeci vocant μετατάρσιον, constantem ex quinque ossibus

iunctis pectinatim. Est etiam latine *pecten* dentium. Et *pectines* in arboribus sunt venarum discursus in ipso ligno recti et transversi. Item *pecten* appellatur rastrum dentatum, quo foenum colligitur: et instrumentum ferreis cuspidibus instructum ad lanam pectendam. Possem alia subiungere: sed ista sunt satis.

Ⲙⲁϣⲓ ⲡⲓ, القلوم, *ascia* Scal. M. pag. 123. Item ⲙⲁⲍⲓ, λαξευτήριον, *ascia*, Psalm. LXXIII. 6. Idem videtur ማሕጸ *Mahtse* vel *Mahze*, *ascia* apud Aethiopes. Etiam *ascia* proximum, quod ab ἀξίνη derivant.

Ⲙⲁϣⲓ ϯ, ζυγός, *statera*, *libra* Psalm. LXI. 9. Est simile מסחא, *libra* chald. quod legas *Mascha*. Sic ⲙⲁϣⲓ *Masci*, *Maschi*. Radix chaldaei nominis משח *metiri*: unde etiam משחא *Mascha*, *mensura*, *statera*. Arabes quoque مسح *metiri*, مساح *mensura*. Verum quum habeant pariter Aegyptii ϣⲓ, *metiri*, *mensura*, *statera*, inde ⲙⲁϣⲓ rectius derivatur, quasi *metiendi* vel *ponderandi instrumentum*. Hanc enim ⲙⲁ in vocibus compositis aliquando vim habet. Huiusmodi est ⲙⲁⲛⲑⲱⲣⲡ, *acus*, sive *instrumentum suendi*; ⲙⲁϧⲟⲩⲗ, *instrumentum* ad *perforandum*: de quo paullo post.

Ⲙⲁϣϫ, ὡς ὠτός, *auris* Psalm. VIII. 37. Est idem ac سمع, *auris* arab. quod, antequam puncta ac vocales apponerentur, enunciari potuit *Samag*; unde *Masag* seu *Masg* ⲙⲁϣϫ usitata μεταςοιχειώσει. Ducitur autem سمع *auris*, a verbo سمع, שמע, quod est *audire* apud omnes Orientales. Ajin saepius per Giangia a Coptis, ut in Oriente per G, proferri solet. In Thebaide pro ⲙⲁϣϫ, scriptum ⲙⲁⲁϫⲉ. In vit. Macarii M. in cod. Borg. ⲙⲁϣϫ sumitur pro ansis vasorum, ubi sic ⲁⲩϣⲓ ⲉϧⲏⲧ ϩⲁⲛⲙⲁϣϫ ⲛⲕⲟⲩⲡⲟⲛ, id est *et suspenderunt e collo* in ludibrium ac dedecus *ansas vasorum*, Ital. *cocci*. In *apophthegm Patrum*, ὦτα κώθων. A κώθων Coptus interpres ⲕⲟⲩⲡⲟⲛ.

Ⲙⲁϧⲟⲩⲗ, المنقار, *instrumentum rostratum* fabri seu ferrarii seu lignarii Scala M. pag. 123. Repeto a ϫⲟⲗ *foramen*. Ⲙⲁ autem plerumque *locum*, aliquando *instrumentum* notat. Utrumque more Orientalium. Ita erit ⲙⲁϧⲟⲩⲗ *instrumentum ad perforandum*. Relege Ⲙⲁϣⲓ *statera*. Eadem omnino significatio vocis arabicae, quae a نقر, נקר, *fodere*, *perforare* ducta est.

Ⲙⲁϧⲧ ⲛⲓ, ἔγκατα, *viscera* Psal. CVIII. 18. et in Scal. M. pag. 78. Singul. num. est ⲡⲙⲁϧⲧ, de quo mox. Ⲙⲁϧⲧ for-

tasse ortum a מעה, plur. מעים, מעות, *viscera* hebr. Chaldaei et Syri dicunt מעין, מעיא. Arabes معا *viscer*, plur. امعا. Porro a מעה vel מעת fit ⲙⲁϧⲧ, mutando Ajin in ϧ Ch: quomodo eandem litteram in ϫ G vel Gh, quae est τη Ch affinis, converti solere, in V. Ⲙⲁϣϫ paullo ante docui. A ⲙⲁϧⲧ factum ϣⲉⲛⲙⲁϧⲧ, seu ϣⲁⲛⲙⲁϧⲧ, vel ϣⲁⲛⲑⲙⲁϧⲧ, *misereri*, *misericors*, *miseratio*; et ϯ ⲙⲉⲧϣⲁⲛⲑⲙⲁϧⲧ, *misericordia*. Sed ϣⲉⲛⲙⲁϧⲧ proprie, mea quidem sententia, est *visceris*, aut *viscerum affectio*, *plaga*, *παθος*; unde ad miserationem significandam a sacris scriptoribus translata est. Eodem modo ϣⲉⲛϩⲏⲧ, quod tum *miserationem*, tum etiam *dolorem* aut *tristitiam* designat (Vide Crozium) *cordis affectum* seu *παθος* intelligo. Corrigendus heic venit auctor Copto-Arabs Scal. M. pag. 78. ubi ⲛⲓ ϣⲉⲛⲑⲙⲁϧⲧ simpliciter الحشا, *viscera* interpretatur. Nam quum apud scriptores novi foederis *σπλαγχνα*, *viscera* saepius pro misericordia sumantur, uti I. Iohan. III. 17. et ad Philipp. I. 8. (lege Vorstium *philol. sacra* p. 34. et Suicerum *thesaur. ecclesiast.*) et in hanc sententiam ⲛⲓ ϣⲁⲛⲑⲙⲁϧⲧ, quod *misericordiam* notat, a Copto novi testamenti interprete explicentur, uti etiam ab Arabe atque Aethiope: hinc errandi caussa oblata est auctori Scalae M. qui ϣⲉⲛⲑⲙⲁϧⲧ perinde accepit, ac si vere *σπλαγχνα* seu *ἐγκατα* essent. Quare et حشا, id est *viscera* arabice vertit; et in illud caput contulit, quo partium corporis nomina continentur. Etiam *δυσεντερια*, *mala affectio viscerum*, *tormina* Actor. XXVIII. 8. aegypt. ϩⲁⲛ ϣⲉⲛⲙⲁϧⲧ. Sed praeter has, de quibus egimus, plures aliae sunt voces, ubi ϣⲉⲛ usurpatum significatione diversa, ita tamen ut, ad eandem fere originem revocari non difficile possit. Vide Ⲧⲟⲧⲥ.

Ⲙⲁϩⲃⲁⲗ, ابراج الحمام, *turris columbarum*, *columbarium* Scal. El. pag. 357. Coptice est, ut mihi videtur, *columbarum nidus*. Nam ⲙⲟϩ, basmyr. et theb. ⲙⲁϩ, *nidus* est. Ⲃⲁⲗ autem *columbam* significare ex ipso nomine colligi potest, quomodo Arabs auctor accepit. Enim vero ⲃⲁⲗ idem fortasse atque ϣⲁⲗ, qua voce *silvestrem columbam*, vel *turturem* dici opinor (Vide ϭⲣⲟⲙⲛϣⲁⲗ) Profecto etiam myrrham, quam Copti vocant ϣⲁⲗ, Βαλ ab Aegyptiis cognominatam Plutarchus memoriae prodidit; si tamen vera est lectio, de quo V. Ϣⲁⲗ. Et pro *βου*, quae est *au-*

ξυτικα praepositio apud Graecos, Aegyptii ϣⲟⲩ scribere solent; quod in V. Ϣⲟⲩⲙⲉⲛⲣⲓⲧ notatum reperies. Idem verbum ⲙⲁϩⲃⲁⲗ leges etiam in Homil. S. Euchodii in codic. Borg. sic, Ⲡⲓⲙⲁϩⲃⲁⲗ ⲉⲧⲥⲟⲧⲡ ⲉⲧⲁⲡⲓϭⲣⲟⲙⲡⲓ ⲉⲑⲛⲉⲥⲱϥ ⲟⲩⲟϩ ⲛ̀ϧⲏⲧϥ, *columbarium electum, in quo pulcher columbus habitavit.*

Ⲙⲁϩⲓ, *πηχυς*, *cubitus*, *mensura* Genes. vi. 16. et alibi. Non ⲙⲁϩⲓ *Mahi* nomen diversum ab אמה, *cubitus* hebr.

Ⲙⲁϩⲥⲟⲗ ⲡⲓ, المبرد, *lima* Scal. M. p. 125. Est ipsum مسحل *Meshal*, *lima* arab. Unde *Mehsal* et *Mehsol* seu ⲙⲁϩⲥⲟⲗ. Fons est verbum مسح, *fricare*, *radere*, *dolare*, *limare*. Theb. est ⲙⲉⲥⲛϩⲟⲗ in elencho cod. Borg. pag. 637. ubi idem omnino, qui in مسحل, *Meshal*, est litterarum ordo.

Ⲙⲃⲣⲉϩⲓ, *ασφαλτος*, *bitumen* Gen. vi. 14. xi. 3. Opinio est, ⲙ̀ⲃⲣⲉϩⲓ nomen habere a ⲃⲣⲁⲓ *Brai*, *πυῤῥος*, *rufus*, quae vox legitur Genes. xxv. 30. ubi illa, *απο εψηματος πυῤῥου τουτου*, coptice versa, ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲁⲓⲫⲓⲥⲓ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲁⲓ ⲙ̀ⲃⲣⲁⲓ. Enim vero *bitumen* a rubedine appellatum, verisimile est. Rubet enim, illud maxime, quod in Iudaea nascitur, uti narrant Dioscorides, Serapio, Aben Ezra apud Bochartum *Phaleg.* lib. I. cap. II. Quapropter Hebraei חמר *Chemar*, *bitumen* dicunt pariter a rubore; quia חמר *Chamar* illis aeque, ac Arabibus حمر, *rubrum esse* adsignificat. Unde יחמור, *Iachmur*, *dama*, חמור *Chamor*, *asinus*, qui in Oriente ut plurimum rufi; חומר *Chomer*, *lutum*, proprie *rubrum*; חמר *Chemer*, *vinum*, quod alias *uvae sanguinem* vocare ob rubedinem solent. M sive N nominibus derivatis in principio saepius adiecta. Cuiusmodi est ⲙϫⲱⲗ *cepa*, a ϫⲱⲗ; ⲙⲣⲟϧⲧ *μοροχθος*, a ⲣⲟϧⲧ; ⲙⲣⲱⲙ pro ⲙⲥⲣⲱⲙ, *pulvillus*, a ⲥⲣⲱⲙ; ⲙⲧⲟⲧϥ *ruta*, a ⲧⲟⲧⲥ; ⲙⲙⲟⲩϩⲱϫ *frigidus*, a ⲙⲟⲩϩⲱϫ; ⲙⲙⲟⲩϧⲉⲙ *calidus*, a ⲙⲟⲩϧⲉⲙ &c. Ab ⲙⲃⲣⲉϩⲓ factum theb. ⲁⲙⲣⲏϩⲉ in elencho codic. Borg. pag. 618.

Ⲙⲃⲣⲓⲥ, *γλευκος*, *mustum* Actor. II. 13 et in Scal. M. p. 131. Simile est מרית, *merum*, *mustum* chald. syr. Nam si מרית *Merith* proferas *Emrith* more Aegyptiorum, uti dicunt ⲁⲥⲡⲓ a ⲥⲁⲡⲓ vel שפה; ⲉⲣⲙⲁⲛ a רמן *Rimmon*; ⲙ̀ⲗⲁϧ *Emlach* a לחם *Lachem*; ⲙ̀ⲃⲣⲉϩⲓ *Embrehi* a מרכבה *Merchaba*; ⲙ̀ⲧⲟⲛ *Emton* a מתן *Methan*; ⲁϣⲕⲁⲕ *Asckak* a צעק *Tsaak*; scribasque cum B, quae litteris M et R interseri solet (de quo V. Ⲕⲁ̀ⲙⲡⲓⲣⲟⲥ) exsistet

Embrith, ab ⲙⲃⲣⲓⲥ *Embris* non diversum. Nam etiam in Oriente Th cum ϧ, S commutant; et nomina in *Tau* desinentia per S proferre consueverunt. Sed ⲙⲣⲓⲥ quoque sine B nunc lego in elencho Codic. Borg. pag. 433.

Ⲙⲉⲗⲱⲧ, *tectum domus* apud Shenuthum in elencho codicum aegypt. Borg. pag. 464. Repeto a מלט *Melet*, *argilla*, *lutum*, *caementum*, *κονίαμα*, *intrita*, *maltha* hebr. chald. Idem fere Syris ܡܠܛܐ *Meloto*, Arabibus ملاط *Melat*. Tecta porro in Aegypto ex simili materia confecta ac instrata, qui ea loca peragrarunt, testificantur.

Mentha, *μίνθη* herba odorata. Fortasse vox ex Aegypto cum caeteris quam multis in Graeciam venit: eamque ita exaratam putarim, ⲙⲉϩⲛⲥⲑⲟⲓ *Mehnsthoi*, unde *Menthoi* sine adspiratione, ac littera S ob soni asperitatem extrita sermonis consuetudine. ⲙⲉϩ ⲛⲥⲑⲟⲓ autem, id est *plena odoris*, herbam significat odoris suavitate praestantem, ex quo Graeci quoque *ἡδύοσμον* proprio nomine appellaverunt. Plinius lib. 19. cap. 8. *Menthae nomen suavitas odoris apud Graecos mutavit, cum alioqui mentha vocaretur. Unde nostri nomen declinaverunt*. Ignorabat enim in *mentha* eandem, quae in graeca appellatione erat, sententiam latere: Graecos autem non *mutasse nomen*; sed vim peregrinae vocis lingua sua exprimere voluisse, quum *ἡδύοσμον* vocare coeperunt. Grammatici quidem *menthae* originem, ut solent, in graeco sermone quaerunt: at eas rationes afferunt, quas nemo sane, qui mente ac iudicio valeat, probabit. Mitto poetas, qui a *Mintha* puella, quam ferunt in hanc herbam a Proserpina conversam, cognomen traxisse fabulati sunt. Mentham Copti nunc ⲁϣⲓⲛⲥⲑⲟⲓ vel ⲁϭⲓⲛⲥⲑⲟⲓ nuncupare solent. Tamen hoc etiam a ⲥⲑⲟⲓ, id est ab *odore* ducitur. De quo supra V. Ⲁϣⲓⲛⲥⲑⲟⲓ explicatum est.

Menomia. De his ita Cassianus lib. 4. *de instit. renunc.* cap. 22. *Pisciculi minuti saliti, quos illi* (Aegyptii) *Menomia vocant*. Nomen porro more graeco aut latino declinatum, mihi videtur esse ⲙⲁⲓⲛϩⲙⲟⲩ *Menhmu*, *Menhomu* coptice, denotans *maenae salitae*. Nam ϩⲙⲟⲩ Aegyptiis *sal* est. Maenae autem, quas Graeci *μαινας* aut *μαινίδας* seu *μαινίδια* dicunt, sunt parvi pisces, quos salire mos erat. Unde *maenae salsae* apud Plinium lib. 32. sect. 31. et *muria ex maenis* commendatur ab eodem lib. 26. sect. 11. *Μαίνη* aut

μαινίς, *alec* redditur a multis; et *μαινίδιον*, *alecula* a Theodoro Gaza Aristotelis interprete. Addendum, veteres codices, Ciacconio teste in adnot. ad Cassianum, alios quidem *Menomia*, quod praetuli, alios *Menominia* exhibere, quod etiam non est improbandum. Nam ex *Menomia*, notante *salitas maenas*, fieri latina consuetudine potuit ab Aegyptiis aevi recentioris *Menominia*, quo salita maenidia exprimantur. Liquet ex his, pro *Menomia* male a Ciacconio suppositum editumque *Maenidia*. Neque enim est hoc aegyptium nomen, nec *salitum*, quod vult Cassianus, per sese significat. Huc spectat ⲡⲁⲓⲙⲟⲛⲏ, مملحة, *saliti pisciculi*, vel *obsonium e salitis piscibus*, *salsamentum* Scal. M. pag. 200. Est enim ⲡⲁⲓⲙⲟⲛⲏ, *κατα μεταθεσιν* ⲙⲁⲓⲛⲟⲙⲓⲛ, a ⲙⲁⲓⲛϩⲙⲟⲩ.

Ⲙⲉⲛⲧ, *μετρον*, *μοδιος*, *mensura*, *modius* Deuter. xxv. 15. Matth. v. 15. Venit, quantum iudico, a מדה *Medda*, *mensura* hebr. Unde *Menda*, *Daghesc* in N iuxta morem dissoluto: quomodo ex מדעא *Maddeha* fit מנדעא *Mandeha*, ex הפק *Happek* הנפק *Hanpek*. Sic erit *Menta*, *Ment*; quia D olim Aegyptii in T mutare solebant, uti saepius observatum. מדה autem a מדד, *metiri* derivatum. Ex eodem fonte est מד *mensura*, ex quo *μοδιος* Graeci. Fortasse a ⲙⲉⲛⲧ, sive ⲉⲣⲙⲉⲛⲧ *metiri*, nomen sumpsit Hermonthis, urbs in superiori Aegypto, coptice ⲉⲣⲙⲟⲛⲧ, *Erment* in Scal. M. pag. 211. quae male a Kirkero ac Crozio *λυκοπολις* putatur. Ibi enim insigne *νιλομετρον* in eius ruinis repertum. Quod ab Anvillio descriptum habes pag. 207.

Ⲙⲉⲣⲁⲃ ⲧ, الدواة, *atramentarium* Scal. M. pag. 140. Profecto ⲙⲉⲣⲁⲃ idem ac محبر *Mehbar*, *atramentarium* arab. Quippe a *Mehbar* fit *Mehrab*, tum ⲙⲉⲣⲁⲃ, adspirata vel gutturali usu ipso vocabuli omissa. Atramentum vero Copti vulgo dicunt ⲙⲉⲗⲁ Scal. M. pag. 141. id est *μελαν*, quod male Kirkerus *papyrum* interpretatur.

Ⲙⲉⲣⲉϩ, الرمح, *spiculum*, *lancea* Scal. M. pag. 116. Est usitata metathesi a רמח hebr. *hasta*, *spiculum*, *lancea*. Chald. syr. רומחא arab. رمح. Sic etiam supra ⲙⲉⲣⲁⲃ a محبر *Mehbar*. Idem est nomen apud Aethiopes. Immo et apud Graecos *ρομφαια* a רומחא, uti vicissim *framea* a *ρομφαια* scite ducitur. Theb. ⲙⲉⲣⲉϩ, *δορυ*, *spiculum* Mich. IIII. in cod. Borg.

Meronopus, serpyllum aegypt. apud Apuleium *de virt. herb.*

cap. 100. Et in append. Dioscor. pag. 454. μερονοπυος, quod lego μερονοπυς. Sic autem nuncupatum videtur serpyllum agreste, quod etiam *Zygis*. Apuleius, *Serpyllum a Graecis dicitur Herpyllos, aliis Zygis, Aegyptiis Meronopus*. Dioscorides lib. 3. cap. 46. Ερπυλλος αγριος, ὁς και ζυγις καλειται. *Zygin* vero a *vinciendo* dici volunt propterea, quod eius ramuli in vitilium usum cederent. Iam *Meronopus*, quod mihi explicandum proposui, Copt. ⲙⲏⲣⲟⲛϩⲟⲡ, nihil est aliud, opinor, quam Ζυγις κεροειδης, *Zygis cornibus assimilis*. ⲙⲏⲣ enim valet *vincire*, *vinciens*, ⲟⲛⲓ *similis*, ϩⲟⲡ *cornu*. Huiusmodi porro serpyllum, seu Zygin exhibet Nicander in *Theriac.* vers. 909. sic Ηε συγ' ἑρπυλλον κεροειδεα &c. ubi scholiastes, Κεροειδεα φησιν, επειδη κερατοειδης εςι κατα φυλλα.

Ⲙⲉⲥⲓⲱⲧ ⲙⲡⲏⲣⲓ, ορτυγομητρα, *coturnix* Exod. XVI. 13. Numer. XI. 31. 32. Psalm. CIIII. 40. Fortasse copticum nomen ex graeco fictum: et ⲙⲉⲥⲓⲱⲧ quidem est μητρα; ⲡⲏⲣⲓ autem (non ⲏⲣⲓ, ut apud Crozium) ορτυξ. Hoc enim conturnicem notare apud Coptos, etiam indicio est ፈርፈርተ *Pherpheret*, idem valens apud Aethiopes. Quo posito, si ⲙⲉⲥⲓⲱⲧ μητραν interpretemur, erit ⲙⲉⲥ/ ⲓⲱⲧ ⲙⲡⲏⲣⲓ, ορτυγομητρα. Revera ⲟⲧ, quod in ⲙⲉⲥⲓⲱⲧ inest, μητραν designat. Prave enim Crozius posuit in lexico ⲧⲟⲧ *vulva* ex cap. XIII. Exodi v. 2. Nam ⲧ est articulus, qui alias ϯ, uti Genes. XX. 18. ϯ ⲟϯ: item Genes. cap. XVI. 2. ⲧⲁⲟϯ *vulvam meam*. Quare ⲙⲉⲥⲓⲱϯ nomen videtur ex ⲱϯ, et ⲙⲉⲥ/ ⲥⲓ vel ⲙⲉⲥ, quod est *gignere*, *parere*, coniunctum: idque in ortygometra non sine caussa a Coptis usurpatum, qui alias simpliciter ϯ ⲟϯ matricem denominaverunt. Nam quoniam ortygometra iuxta vocis proprietatem est *coturnicum vulva*; quum tamen coturnicum parentem designare velint, qui hoc nomen ortygometrae tribuerunt: fortasse ut hoc melius exprimerent Copti, non ϯ ⲟϯ ⲙⲡⲏⲣⲓ, *coturnicum matrix*; sed ϯ ⲙⲉⲥⲓⲱϯ ⲙⲡⲏⲣⲓ appellare maluerunt, quasi *coturnices generans vulva*, id est genitrix ac mater coturnicum. Facilius erat certe ϯ ⲙⲁⲥ ⲙⲡⲏⲣⲓ coturnicum genitricem dicere, quam ϯ ⲙⲉⲥⲓⲱϯ ⲙⲡⲏⲣⲓ. Sed *vulva*, ⲱϯ, additum; quia erat in graeco vocabulo, unde copticum expressum est. Ortygometram Galli similiter *Mere des cailles* nuncupant, et *Roy des cailles*, Itali *Re delle quaglie*. Dixi modo, copticum nomen expressum e graeco. Sic enim existimo

Sap. l. 16.1. dicitur Thebaice ⲟⲧϩⲏ ⲙⲡⲏⲣⲓ

potius, quam graecum e coptico. Namque et Graeci veteres Aristophanes et Aristoteles eo sunt usi: et consuetudo Graecorum est μητραν ita adhibere. Quare Aristoteles etiam τεττιγομητρας dicit *hist. animal.* lib. 5. cap. 30.

Ⲙⲉⲥⲟⲩⲣⲏ theb. ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ memph. Scal. M. pag. 63. et apud Tukium pag. 392. 393. Est nomen duodecimi mensis apud Aegyptios, qui nobis Augustus. Graeci scribunt μεσορη vel μεσορι, Arabes مسرى, Alferganus in *Astronom.* cap. 2. ماسوري. Credo, ⲙⲉⲥ ⲱⲣⲓ interpretandum *Hori nativitas* a ⲙⲉⲥ *nasci*. Quum enim hoc mense maximi calores sint; tunc potissimum Hori, id est solis vis ac potentia manifesta fit, eo in signo leonis habitante. Consule Iablonskium *Pant. Aegypt* lib. 2. cap. 4. 5. 10. Minus vere Scaliger lib. 5. *de emend. temp.* pag. 391. ⲙⲉⲥⲱⲣⲓ derivat a *Mitzraim*, qui Aegypto nomen dedit.

Ⲙⲉⲥϯ, ⲙⲟⲥϯ, ⲙⲁⲥϯ, ⲙⲁⲥⲧ apud Crozium et in cod. Borg. et Nanian. pag. 93. *odio habere*, *infensum esse*. An haec a שטם *Satam* hebr. *odisse*, *adversari*, unde usu loquendi *Masat*, *Masta*, *Meste*?

Ⲙⲉⲧⲣⲉⲙϧⲉⲛⲛⲏⲓ ϯ, οικειοτης, *propinquitas*, *affinitas*, *cognatio* Levit. xx. 19. Constat ϧⲉⲛⲛⲏⲓ ex ⲏⲓ *domus*, et ϧⲉⲛ seu ϧⲉⲛⲧ, *prope*, *propinquus*, *proximus*: unde ⲣⲉⲙϧⲉⲛⲛⲏⲓ, *propinquus*, *familiae affinis*, ⲙⲉⲧⲣⲉⲙϧⲉⲛⲛⲏⲓ, *propinquitas*, *domus* aut *familiae affinitas*. ϧⲉⲛ vero, seu ϧⲉⲛⲧ (nam ⲧ in fine verborum saepe Copti apponere consueverunt, quod a me toties notatum) theb. ϩⲉⲛ in cod. Nan. pag. 48. sane convenit cum ܚܢܢ חנן syr. *propinquum*, *affinem* fieri, *propinquitatem* sive *affinitatem contrahere*.

Mephitis. Virgilius aeneid. lib. VII. vers. 84. de Albunea,

. . . . . *saevam exhalat opaca mephitin*.

Ab ⲥⲧⲉⲛ *stercus*, non belle vocem derivat Crozius. Quid enim faciat de *Meph*? Aut quî probet, *mephitim* halitum stercoris esse? Neque tamen verius ad Varronem Scaliger vocem esse a Syris acceptam scripsit, scilicet מפחתא, *afflatus*. Nam et falsum illud, quod sumit, Etruscos syriaca vel aramaea lingua usos: nec credibile est, peregrinam vocem adoptasse Romanos ad halitum significandum; quum plures haberent ipsi, quibus eandem rem plane ac latine dicerent. Enim vero res ipsa commonstrat, *me-*

phitim halitum esse seu foetorem certi generis, qui a Latinis vocabulo aliunde accepto notatus propterea, quod suo ac proprio carerent. Quis autem fuerit, docet Servius ad lib. 7. Aeneid. v. 84. *Mephitis*, inquit, *proprie est terrae putor, qui de aquis nascitur sulphuratis*. Et Persius sat. 3. vers. 99.

Gutture sulphureas lente exhalante mephites.

Revera talis erat foetor Albuneae fontis, de quo Virgilius loco cit. Itaque sulphureum putorem denotat *mephitis*. Quod quum nullus sermo nec idioma dicat; suppeditare tamen potest lingua aegyptia *Niphithen* seu *Nephithin*, ⲛⲓϥⲓⲑⲏⲛ: quae vox eadem, ac *mephitis*, simul hoc ipsum significare apta est. Ⲛⲓϥⲓ enim valet *flare* sive *efflare*, ⲑⲏⲛ *sulphur*. De littera N in M conversa non est laborandum, quod est haec mutatio usitata ac sollemnis. Mitto explicationem vocabuli a Prisciano prolatam apud Servium, quia tam est aliena, ut de ea loqui supervacaneum putem.

Ⲙⲉϣⲫⲱⲛⲓ ϯ, القوبا, *impetigo* Scal. M. p. 160. Item ϩⲁⲛ ⲙⲉϣⲫⲱⲛⲓ, λειχῆνες, *impetigines* Levit. XXII. 22. Puto, nomen ex binis constitisse vocibus, quarum altera ⲫⲱⲛ *effundere*, altera ⲙⲏϣ seu ⲙⲉϣ *multus*, quasi *multa* seu *multarum* pustularum *eruptio*.

Ⲙⲉϣⲱⲧ, πεδίον, *campus*, et ⲙⲉϣϣⲱⲧ Ioel. II. 3. Gen. XI. 2. ⲛⲓ ⲙⲉϣⲱⲧϯ, πεδία, *campi* Psalm. LXIII. 11. et alibi. Derivatum puto vocabulum a ⲙⲟϣⲓ, vel potius a ⲙⲟⲩϣⲧ, ⲙⲟϣⲧ, ⲙⲉϣⲧ, *incedere*, *perambulare*, *circumire*, *percurrere*, *circuitio*, *perambulatio*. Vide Ⲙⲟϣⲓ. In epist. systatica patriarchae Alexandr. apud Boniourium *Monum. Copt.* pag. 112. ⲛⲓ ⲙⲉϣϣⲱⲧϯ ⲛⲧⲉⲭⲏⲙⲓ sunt *regiones Aegypti*, vel *nomi*, uti Boniourius interpretatus est. Sed etiam certa quaedam pars aut plaga ⲛⲓ ⲙⲉϣⲟϯ dicitur in Actis S. Anubi apud Georgium lib. *de mirac. S. Coluth.* in praef. pag. LV. ubi parentes eius habitasse narrantur *in vico Naesi* ϧⲉⲛ ⲡⲑⲱϣ ⲛⲓ ⲙⲉϣⲟϯ. Quo loco ⲛⲓ ⲙⲉϣⲟϯ vel ⲛⲓⲛ ⲙⲉϣϣⲟϯ, ut infra legitur, equidem latine dixerim *campestria* perinde, uti *campestria Moab*, *campestria Pharan*, *campestria Iordanis* vocantur. Ⲡⲑⲱϣ autem Georgius intelligit *nomum*, et supra pag. XXXVI. ⲡⲑⲱϣ ⲡⲁⲛⲁⲩ, *nomum Panopolis*, et pag. XC. ⲡⲑⲱϣ ⲡⲉⲙϫⲉ, *nomum Pemge*. Multi ipsum νομὸν, *nomum* vocem esse aegyptiacam putant, quod suadere videntur illa Epiphanii in *haeres. Basilid.* Νόμος . . . αἰγυπτιακῶς τὴν περίχωρον τῆς τυχα-

της πολεως σημαινει. Sed αιγυπτιακως non hoc sibi vult, quod vulgo creditur, *iuxta linguam aegyptiam* : verum, ut ego reor, *Aegyptiorum usu*, qui graece loquebantur. *Nomon* quippe graecum esse verbum non dubito, ductum απο τε νεμειν ; certam tamen apud Aegyptios ac peculiarem significationem habet. Neque enim eo sensu, quo in Aegypto usurpant, adhibetur apud caeteros. Quamvis Herodotus in Thalia *Nomos* dicat etiam Persarum Satrapias, nempe ab Aegyptiis accepta vocabuli notione. Et inde auctor lib. 1. Macchab. cap. 10. vers. 30. νομων meminit etiam in Samaritide et Galilaea, quas Iosephus *antiquit.* lib. 13. cap. 5. vocat τοπαρχιας. Eodem modo, quo Epiphanium exposui, intelligas, licet, caeteros ; sive Cyr. Alex. ad Isai. cap. 19. vers. 2. quum ait, Νομος δε λεγεται παρα τοις την Αιγυπτιων οικεσι χωραν ἡ ἑκαςη πολις, και αἱ ὑπ αυτῃ κωμαι ; sive Diodorum, quum de Soosi lib. 1. inquit, την δε χωραν απασαν εις ἑξ και τριακοντα μερη διελων, ἁ καλεσιν Αιγυπτιοι νομες. Notant hi scilicet singularem usum graeci nominis apud Aegyptios. Quare idem Diodorus lib. 1. *Nomos* denominari ait κατα την ἑλληνικην διαλεκτον. Igitur non est necesse cum magno viro Sam. Bocharto *Phaleg.* lib. 4. cap. 24. *Nomon* trahere a מנה hebr. vel מנא *Mono* syr. quod *partem* exprimit.

Ⲙⲉϩⲓ, *lanceola phlebotomi* Scal. M. 262. Habes fere idem arabice مهو, *ensis tenuis et acutus*.

Ⲙⲉϩⲙⲟⲩϩⲓ ⲡ̀ϯ, الرجلة, *portulaca* seu *porcilaca* Scal. M. pag. 196. ⲙⲉϩⲙⲟⲩϩⲓ seu ⲙⲉϩϩⲙⲟⲩ valet, *sale condita*, *confecta*. Nam ⲙⲉϩ *plenus*, ϩⲙⲟⲩ *sal*. Silvestris enim portulaca, quae et *peplis* dicitur, ταριχευεται, inquit Dioscorides lib. 4. cap. 169. id est aceto ac sale condiebatur, ex eaque oxypora parabantur. De eadem Plinius lib. 20. cap. 20. *Stomachum in acetariis sumpta corroborat*. Aegyptium nomen corrupte exhibitum in appendice Dioscor. pag. 445. μοχμυτι, et in pseudo-Apuleio cap. 104. *Mothmuthim* : quomodo in codice Vaticano apud Kirkerum *Mothmuth*. Hoc autem explicatum lego ab eodem Kirkero *liberans a morte*. Quod nescio quo spectet. Tantum scio, non esse vocabulo insitam *liberandi* vim. Mitto Ⲁⲛ̀ϯⲣⲁⲕⲓⲛ, quod est alterum *portulacae* cognomen, eidem paginae Scalae M. consignatum. Nam hoc ex ανδραχνη corruptione sermonis factum existimo.

Ⲙⲉϫⲉⲛϩ ⲛⲓ, οφρυς, *supercilia* Levit. XIIII. 9. In Scal. M. pag.

75. ⲛⲓ ⲙⲉϫⲉϩⲓ. Male Crozius ⲛⲓ ⲙⲉϫⲉϩⲓ. Credo ⲙⲉϫⲉⲛϩ aut ⲙⲉϫⲉϩⲓ factum a נב עין, seu גיב עין: quo modo Hebraei, Chaldaei, Samaritae *supercilium* appellant. Plurale est גבות עינים in hoc ipso Levit. loco, quod Graeci *οφρυς*, Hieronymus *supercilia* reddunt. Proprie נב עין est *oculi eminentia*; quia ad oculos relata supercilia, eminentiora sunt. Ex נב עין, seu גיב עין, *Gebhain*, *Gebhen*, Aegyptii *κατα μεταθεσιν* ⲙⲉϫⲉϩⲓ *Megehn*, B in M usu loquendi migrante: quod saepius factum V. Ⲃⲁϣⲟⲣ demonstravi. Potuissem ⲙⲉϫⲉⲛϩ aut ⲙⲉϫⲉϩⲓ a גבין *Gebin*, seu גבינא *Gebina*, *Gebena*, quae Syri et Chaldaei pro supercilio ac palpebris ponunt, deducere. Sed illud placuit magis.

Ⲙⲏⲣⲓ ϩⲁⲛ, *δεσμοι*, *fasces* Matth. xiii. 30. Profecto nomen a ⲙⲟⲩⲣ, ⲙⲟⲣ, ⲙⲏⲣ, *ligare* attributum.

Ⲙⲏⲣ, ⲉⲙⲏⲣ, ϩⲓⲙⲏⲣ, *εις το περαν*, *περαν*, *trans*, *ultra* Marc. v. 1. Matth. xviiii. 1. et alibi. Scripsi ⲙⲏⲣ; quia Copti videntur ⲉ̀ pro praepositione *εις*, *ad* habere; ut ⲉ̀ⲙⲏⲣ sit *εις το περαν*, et ϩⲓⲙⲏⲣ *περαν*, vel *εν τῳ περαν*. Porro ⲙⲏⲣ a مر *transire* arab. derivatum videtur. Etsi posset etiam ⲉⲙⲏⲣ *Emer* repeti ab עבר *Eber*, *περαν*, *trans* hebr. chald. permutatis iuxta linguae consuetudinem (V. Ⲃⲁϣⲟⲩⲣ) labialibus litteris B et M. Unde ⲉ̀ⲉⲙⲏⲣ, postea ⲉ̀ⲙⲏⲣ, *εις το περαν*: ϩⲓⲉⲙⲏⲣ, deinde ϩⲓⲙⲏⲣ, *περαν*, aut *εν τῳ περαν*.

Ⲙⲏⲥⲓ, *τοκος*, *foenus*, *usura* Matth. xxv. 27. ϯ ⲉⲙⲏⲥⲓ, *δανιζειν*, *mutuum dare*, *foenori dare* Exod. xxii. 25. Est ⲙⲏⲥⲓ idem ac משה, *usura*, *mutuum*. Hoc autem a נשה, *mutuum dare*, *foenori dare* aut *accipere*. Possset aliquis ⲙⲏⲥⲓ a ⲙⲓⲥⲓ vel ⲙⲉⲥⲓ, *parere*, *partus* derivare: quemadmodum Graeci *τοκον usuram* aeque, ac *partum* denominant.

Ⲙⲏϯ *medium* Psalm. xxi. 14. et alibi. Confer cum hoc, מצע *Metsa*, *medius*, *medium* chald. et *μεσος*, *μεσατος* graece, ac *medius* latine.

Ⲙⲑⲟ, *coram*. Inde ⲡⲉⲙⲑⲟ *coram*; ⲡⲁⲙⲑⲟ, ⲙⲡⲁⲙⲡⲑⲟ, *coram me*, *ενωπιον μου*; ⲡⲉⲕⲙⲑⲟ *coram te*. Consule Crozium. Videtur ⲙⲑⲟ scriptum pro ⲙⲡϩⲟ, quasi *ad faciem*; unde ⲙⲡⲁⲙⲑⲟ pro ⲙⲡⲁⲙⲡϩⲟ, *coram me*, velut *ad faciem meam*. Modus loquendi ab Oriente, ubi לפניך *coram te*, verbum de verbo *ad faciem tuam*, לפניו, *coram eo* &c.

Ⲙⲓⲛⲓ, *species*, *modus* Encom. Pisent. in codic. Borg. ⲙⲓϣⲉ theb. unde ⲛⲧⲉⲓ ⲙⲓⲛⲉ, *hoc modo*, ⲙⲙⲓⲛⲉ ⲛⲓⲙ, παντοδαπως, *omni genere*, *omni modo* apud Crozium. Convenit ⲙⲓⲛⲓ, ⲙⲓⲛⲉ cum מין *Min*, *genus*, *species* hebr.

Μισυ, *Misy*, fossile est, spectans ad metallorum genus, cognatum chalcitidi: de quo agunt Dioscorides, Plinius ac recentiores medici. In Cypro nascitur et in Aegypto. Sed aegyptium Misy praestantius auctore eodem Dioscoride. Appellatio autem eius non est graeca, sed barbara; ut Misy ξενικον dicitur apud Hippocratem et Galenum. Verosimile est ex Aegypto petitam, itaque scriptam ⲙⲓⲥⲥⲓⲟⲩ *Missiu*, vel ⲙⲓⲥⲥⲟⲩ *Missu*, id est scintillas, seu *stellulas emittens*. ⲙⲓⲥ quippe *gignere*, *edere*, ⲥⲓⲟⲩ vel ⲥⲟⲩ *stella* est Aegyptiis. Haec enim nota est optimi generis τε μισεως, nempe illius, quod in Aegypto nascitur. De quo ita Dioscorides lib. 5. cap. 117. Μισυ χρυσοφανὲς, σκληρον, και εν τῳ θραυεσθαι χρυσιζον και αποςιλβον αςεροειδως, id est, Saraceno interprete, *Misy auri speciem praeferens est ac durum, quodque, dum friatur, aureis micet scintillis, ac stellae modo radiet splendescatve*. De eodem Plinius lib. 34. cap. 12. *Cuius notae sunt friati aureae scintillae, ac cum teratur* &c. A ⲙⲓⲥⲥⲟⲩ *Missu*, μισυ *Misu* Graecis.

Ⲙⲓϣⲓ, τυπτειν, παταϲϲειν, *percutere*, *verberare* I. ad Cor. VIII. 12. Psalm. LXXVII. Item ⲙⲉϣ Exod. XVII. 5. Est idem chald. syr. samar. מחא, מחה, מחי, מחו, *Mecha*, *Machi*, *Machu*, *percutere*, *caedere*. Hebr. מחי *Mechi*, chald. מחא *Mecha*, *percussio*, *ictus*, *plaga*. Namque a *Mecha*, *Machi*, *Mechi*, fit *Mescia*, *Masci*, *Mesci*, quae non differunt a ⲙⲓϣⲓ *Misci*, conversa ח in ϣ, quod maxime usitatum ac frequens. Non absimili modo ϣⲟⲙ *socer* a חם *Chom*, ϣⲁϣⲛⲓ a חסן *adipisci*, ϣⲫⲏⲣ *socius* a חבר, ⲫⲁϣ a פח *Phach laqueus*. Sic etiam Arabes litteram χ, חֵת ח *Chet* respondentem, per ش *Scin* reddunt, ut hodie Galli *Ch* per *Sc*. Et iidem Aegyptii ϣⲟⲃⲧ et ϫⲟⲃⲧ *immutare*, ϣⲁϩ et ϫⲁϩ *flamma*, ⲡⲁϣⲱⲛⲥ et ⲡⲁϫⲱⲛⲥ mensis. Mitto caetera. Tantum de ⲡⲁϣⲱⲛⲥ notabo, ὡς εν παροδῳ, erratum Scaligeri. Nam quoniam Arabes mensem hunc ita scribunt بشنس, putavit ille lib. 4. *de emendat. temp.* pag. 240. expressum id e genitivo graeco παχωνος, itaque legendum *Paschunos*, sane perperam. Neque enim vox e graeco no-

mine efficta, sed ex aegyptio ⲛⲁϣⲱⲛⲥ, quod theb. ⲛⲁϫⲱⲛⲥ apud Tukium *gram. copt.* 392. graece *παχων*, quia nomina Graeci in *NS* finire non solent.

Ⲙⲗⲁϧ et ⲉⲙⲗⲁϧ, *pugna*, *pugnare*. Adi Crozium. Utique ⲙ̀ⲗⲁϧ *Emlach* a לחם *Lachem*, *pugna* dicitur, traiectis litteris, quod est a לחם *Lacham*, *pugnavit* hebr. *Emlach* autem et *Lachem* perinde se habent, ut ⲙⲟⲕϩ et ⲙ̀ⲕⲁϩ, ⲙⲟⲩⲧⲉⲛ et ⲙ̀ⲧⲟⲛ, et alia huiusmodi. Ne vero putes cum Crozio, etiam ⲗⲁϧ pugnam dici I. ad Timoth. VI. 4. ubi haec, ⲁϥϣⲱⲛⲓ ⲙⲡⲕⲱϯ ⲛ̀ϩⲁⲛ ⲍⲏⲧⲏⲥⲓⲥ ⲛⲉⲙ ϩⲁⲛⲥⲁϫⲓ ⲛⲉⲙ ⲗⲁϧ, quae ita Wilkinsius, *infirmus est circa quaestiones, et verba, et pugnas*. Est enim prava lectio ϩⲁⲛ ⲥⲁϫⲓ, ⲛⲉⲙ. ⲗⲁϧ, *verba et contentiones*. Vera est huiusmodi, ϩⲁⲛ ⲥⲁϫⲓⲛⲉⲙⲗⲁϧ, *verba contentionis*. Nam graece *λογομαχιας*; non autem *και λογυς*, *και μαχας*. Alias *λογομαχειν*, ⲉⲙⲗⲁϧ ϧⲉⲛ ⲛⲓⲥⲁϫⲓ II. ad Timoth. II. 14. Quod autem Crozius inquit, in quodam codice epistolae I. ad Timoth. esse ϩⲁⲛ ⲗⲁϧ, id utique imperito librario tribuendum.

Ⲙⲛⲟⲩⲧ ⲡⲓ, ϯ, *θυρωρος*, *αρχιδεσμωτης*, *ianitor*, *ianitrix*, *custos carceris*. Lege Crozium. Videtur ⲙⲛⲟⲩⲧ *Mnut* a منع, *prohibere*, *arcere* derivatum. Idem fere valet מנע hebr. chald. Τῳ ⲙⲛⲟⲩⲧ respondet مانع, *prohibens*, *arcens* arab.

Ⲙⲟⲓϩⲉ, *mirum*, et ⲣⲙⲟⲓϩⲉ, *mirari* theb. Habes in elencho cod. Borg. pag. 452. Eadem vis et significatio inerat in מהא; unde אתמהא, *obstupuit*, *miratus est* in *Bereshith Rabba*.

Ⲙⲟⲕϩ, *dolor*, *labor*, *afflictio*, *dolere*, *affligi*; ⲉⲧⲙⲟⲕϩ, *pauper*, *infirmus*, *afflictus*; ϯ ⲙⲟⲕϩ, *affligere*, *vexare*. Est etiam ⲙ̀ⲕⲁϩ, et ϩⲉⲙⲕⲟ. Vide haec et alia apud Crozium. Porro ⲙⲟⲕϩ non discrepat a מוך eiusdem fere significatus in Oriente. Idem est verbum מאך et מכך. Ex his plura derivantur, quae cum copticis omnino conveniunt. Τῳ ⲙⲟⲕϩ assimile habent Graeci *μοχθος* et *μογος*.

Ⲙⲟⲗϩ, *salsus*, *salsum*, *salire*. Non aliud מלח, quod in Orientis linguis omnibus *sal*, *salsum* ac *salire* demonstrat.

Morochthos, *μοροχθος*, lapis, qui in Aegypto nascitur. De hoc Dioscorides lib. 5. cap. 152. *λιθος μοροχθος εν Αιγυπτῳ γινεται. και οἱ οθονοποιοι προς λευκωσιν των ἱματιων χρωνται, μαλακῳ και ευτηκτῳ οντι.* Aëtius *μοροξον* vocat, quo, inquit, *χρωνται σιλπνυτες*

τας οθονας. Profecto nomen etiam ab Aegyptiis tributum credibile est, uti Martinius aliique putant. Equidem scriptum credo ⲙⲣⲟϧⲧ, seu ⲙⲁⲣⲟϧⲧ *Marocht*, ducto vocabulo a ⲣⲁϧ, ⲣⲱϧⲓ, ⲣⲁϧⲧ, ⲣⲟϧⲧ, *mundare*, *dealbare*, *dealbatus*, *dealbator*. *M* vero praeposita notat id, quod ad purgandum atque albandum inservit: quomodo a ϣⲓ *metiri*, *pendere* fit ⲙⲁϣⲓ *statera*, qua ad ponderandum utimur; a ϭⲱⲣⲡ *suere*, ⲙⲁⲛϭⲱⲣⲡ *acus*; a ϧⲟⲗ *perforare*, ⲙⲁϧⲟⲧⲗ. De morochtho lapide, quem etiam *γαλαξιαν* et *λευκογαιαν* graeco nomine vocabant, plura habet sane lectu digna Salmasius in *exercit. Plinian.* p. 137. 769.

Ⲙⲟⲣⲧ ϯ, *πωγων*, *barba* Ps. cxxxi. Vit. Macarii in cod. Borg. Scala El. pag. 436. Profecto idem litteris מרט, *depilare*, *deglabrare*, *depilatus*, *depilis*, *depilatio* hebr. chald. syr. arab. Nescio tamen, an eo referam, quia contrariae significationes videntur. Forsitan ⲙⲟⲣⲧ, quo generatim barbam denominant, magis proprie barbulam notet, quae vis est pariter *τω* مرط apud Arabes. Hanc autem qui habent, *barbatuli*, id est quasi imberbes ac depiles, vocantur. Argumento est etiam ⲡⲓ ⲙⲟⲣⲧⲓⲟⲥ, quod Copti recentiores a ⲙⲟⲣⲧ graeco more declinarunt. ⲙⲟⲣⲧⲓⲟⲥ enim est الانكى, *imberbis* Scal. M. pag. 72. Kirkerus vertit *praeditus exigua barba circa mentum*, quod eodem recidit. Addam de انكى *Anegi*, id mihi videri ex graeco *αγενειος*, *imberbis* derivatum.

Ⲙⲟⲣϭⲛⲟϩ, الاسكيم, *succinctorium*, *stola monachorum* Scal. M. p. 121. Item ⲙⲁⲣϭⲛⲁϩ in vit. Macarii Abb. ex cod. Borg. Constat meo iudicio ex ⲙⲟⲣ *cingere*, et ϭⲛⲁⲩϩ *ulna*. Τῳ ⲙⲟⲣϭⲛⲁϩ *αναλαβος* respondet in graecis *Apophthegm. Patrum* p. 544. edit. Cotel. De quo ita Cassianus lib. 1. *Institut.* cap. 6. *Gestant etiam resticulas duplices, laneo plexas subtemine, quas Graeci αναλαβως (Valesius αναβολας) vocant: nos vero succinctoria seu redimicula vel proprie rebrachiatoria possumus appellare. Quae descendentia per summa cervicis a lateribus colli divisa, utrarumque alarum sinus ambiunt, atque hinc inde succingunt, ut constringentia latitudinem vestimenti ad corpus contrahant atque coniungant; et ita constrictis brachiis impigri ad omne opus expeditique reddantur*. Sozomenus lib. 3. cap. 14. Ζωνη δε και αναβολευς, ἡ μεν την οσφυν περισφιγγουσα, ὁ δε τους ωμους και τους βραχιονας ανεχων &c. Alia addit Cangius v. Αναλαβος. De اسكيم, quod cum ⲙⲟⲣϭⲛⲟϩ

iungitur, cuique simile habent Syri, Aethiopes, Chaldaei, hoc unum dico, id e graeco χημα sumptum videri.

Ⲙⲟⲩⲧⲉⲛ, ⲙ̀ⲧⲟⲛ, *quiescere*, *morari*, *diversari*. Vide Crozium. Assimile מתן, *morari*, *exspectare*. Hinc ⲙⲟⲩⲧⲛⲉⲥ et ⲙⲟⲛⲑⲛⲉⲥ, *quies*, *cessatio*; vel ⲙⲟⲑⲙⲉⲥ in vita Macarii M.

Ⲙⲟⲩ, *mori*, *mors*, et ⲙ̀ⲱⲟⲩⲧ I. Cor. xv. 31. Item ⲙⲟⲩⲛⲟⲩⲧ *morte afficere* apud Tukium p. 25. et ⲙ̀ⲟⲟⲩⲧ Amosi viiii. 1. Haec utique a מות *mori*, *mors* in Oriente.

Ⲙⲟⲩⲉ, *απαυγασμα*, *splendor* ad Hebr. 1. 3. Idem ما *Maa*, *splendere* apud Arabes. Etiam ⲙⲱⲟⲩⲓ, *splendor* Psalm. xxvii. 12. ϯ ⲙⲟⲩⲉ, *pellucere*, ⲉϥϯⲙⲟⲩⲉ, *διαφανος* Exod. xxx. 34.

Ⲙⲟⲩⲗⲁϫ, ⲙⲟⲩⲗⲟⲩϫ, *νυκτικοραξ*, *nycticorax*, *noctua* Psalm. ci. 6. Deuter. xiiii. 17. Item in Sc. M. 168. ⲡⲓ ⲙⲟⲩⲗⲁϫ, البوم, *noctua*, quae arabice etiam صدا dicitur. Sic in Scal. El. 487. ⲡⲓ ⲙⲟⲩⲗⲟϫ, الصدا, *noctua*, *bubo*, quod male Kirkerus *pica*. Sed discrimen est inter utrumque nomen. Nam البوم, teste Damire apud Bochartum *Hieroz.* part. 2. lib. 2. cap. 20. habent Arabes communis generis: marem autem noctuam proprie vocant صدا vel صدى. Etiam Samaritae Deut. xiiii. 16. [illegible], et Ionathan צייא *noctuam*, vel *νυκτικορακα* appellant. Ⲙⲟⲩⲗⲁϫ *Mulag* vero, vel ⲙⲟⲩⲗⲟϫ *Mulog* denominatum puto nocturnum corvum, seu noctuam, quasi املغ *Amlag*, quod *fuscum* significat arab.

Ⲙⲟⲩⲙⲓ, theb. ⲙⲟⲩⲙⲉ, *πηγη*, *fons*, *puteus* Exod. xv. 27. Iohan. iiii. 6. Est ⲙⲟⲩⲙⲓ vel ⲙⲟⲩⲙⲉ opinione mea, tamquam ⲙⲟⲩⲙⲉϩ, *aquae plenum*, vel *aqua plena*: ⲙⲟⲩ a ⲙⲱⲟⲩ *aqua*, ut ⲙⲟⲩⲛⲥⲱⲣⲉⲙ, *aqua erratica*, ⲙ̀ⲟⲩⲛϩⲱⲟⲩ, *aqua pluvia*; ⲙⲉϩ autem *plenus*, *plenum*, *plenitudo*. Exposita vocis interpretatio confirmatur simili verbo ⲙⲉϩⲙⲟⲟⲩ, quod est in elencho codic. Borg. nuper edito pag. 345. ubi fit sermo de monacho misso ⲉ̀ⲙⲉϩⲙⲟⲟⲩ, id est, *ad hauriendam aquam*. ⲙⲉϩⲙⲟⲟⲩ ad litteram exprimit *implere aquam*, *implere aqua* vas, hydriam. Hoc vero idem ac ⲙⲟⲟⲩⲙⲉϩ, ⲙⲟⲩⲙⲉϩ, ⲙⲟⲩⲙⲉ, *aqua implere*, vel *aquae plenum*, sive *aqua plena*, nempe fons, puteus.

Mumia, *mumiae*. Minus vere Salmasius *exerc. Plin.* p. 401. cum Scaligero nomen ex graeco petit, scilicet ab *amomo*, quo mortui ungebantur. Melius Ger. Vossius lib. *de vit. serm.* et Bochartus *Hieroz.* part. 2. lib. 4. cap. 12. mumias denominatas exi-

stimant a موم *cera* apud Persas. Hac enim cadavera circumlinire solebant, antequam terra conderent. Cic. lib. I. Tusc. quaest. Persae *iam cera circumlitos condiunt, ut quam maxime permaneant corpora*. Crozium praetereo, qui *mumias* a ⲙⲟⲩⲙⲓ *puteus* derivat apud Menagium in *Etymol. lingu. Gall.* quod eae in puteis quibusdam collocarentur. Si enim, qui proprie putei sunt, vellet, ubi perpetuae sunt aquae ex terrae venis manantes, certe in his mumiae poni, aut servari non poterant. Si autem intelligit loca profunda, ac depressa in modum putei, non haec ⲙⲟⲩⲙⲓ Aegyptii vocabant. ⲙⲟⲩⲙⲓ enim πηγη, *fons* dicitur, de quo proxime actum. Ego vero *Mumia* factum iudico a ⲙⲟⲩϩⲙⲟⲩ *Muhmu*, quod constat ex ϩⲙⲟⲩ *sal*, et ⲙⲟⲩ *mori*, *mortuus*. Sal autem de more accipio pro conditura corporis; ut ⲙⲟⲩϩⲙ ⲙⲟⲩ nihil sit aliud, quam *conditus mortuus*. Sal enim proprie dictum corporibus condiendis in Aegypto adhibitum non fuisse putant. Quamquam Plinius lib. 31. cap. 9. *Sal est*, inquit, *corpora adstringens, siccans, alligans; defuncta etiam a putrescendo vindicans, ut durent per saecula*. Et Marcus in comment. de reb. suis lib. I. sect. 12. Αλς των σωματων τα νεκρα διατηρει ασηπτα, και μονιμα πολυν χρονον, αντιτασσεται τω θανατω: και ουκ εα παντελως εξολεσθαι και αφανισθηναι το νεκρον. Sed certe nitri, quod est salis genus, magnum fuisse usum tradit Herodotus lib. 2. num. 86. Λιτρω, inquit, ταριχευουσι, *nitro saliunt* Aegyptii corpora defunctorum: ubi etiam condiendi modum enarrat. Quamvis *Mumiae* nomen vulgatius, aliud est etiam *Gabbarae* vel *Gabbares*, ab Augustino proditum ser. 361. in haec verba, *Morem enim habent* (Aegyptii) *siccare corpora et quasi aenea reddere. Gabbaras ea vocant*. Ducam id a ቀበረ, קבר *Kabar*, quod apud Aethiopes et in Oriente, non tantum notat *sepulcro condere*, sed etiam *mortuos curare*, aromatibus *condire* &c. id ipsum, quod Graeci ενταφιαζειν. Quare *Gabares* idem, ac Mumiae, *mortui conditi*. Concinit Isidorus in glossis, *Gabares*, *mortuorum condita corpora*. Moneo tamen, το *Gabbaras vocant* in vetustis Augustini codicibus deesse, ut notant Maurini editores.

Ⲙⲟⲩⲛⲥⲱⲣⲉⲙ, χειμαρρος, *torrens* Psal. XVII. 4. Est ad litteram *aqua erratica*. Sic etiam ⲙⲟⲩⲛϩⲱⲟⲩ, ὑετος, *pluvia*, ad verbum *aqua depluens*. Levit. XXII. 40. sine ulla syncope ϩⲁⲛ ⲙⲙⲱⲟⲩⲛ ⲥⲱⲣⲉⲙ χειμαρροι.

Ϣⲟⲩⲥⲉⲣ, *ιμας*, *corrigia* Marc. I. 7. Compositum puta ex ⲉⲣ, et ⲙⲟⲩⲥ *corium*. Ex corio enim corrigia. Etiam ⲙⲟⲩⲥⲛⲧⲟⲟⲩⲉ, *σφυρωτηρ ὑποδηματος*, *corium*, *corrigia calceamenti* in elencho codic. Borg. pag. 495. Ibidem ⲙⲟⲩⲥ, *lorum*, *corium*; cui simile est ማስአ משׁך, *corium* aethiop. Sed etiam posset ⲙⲟⲩⲥⲉⲣ duci ab אסר *Asar*, *ligare*, *vincire* hebr. chald. syr. aethiop. unde אסור, et מסירת, *vinculum*: maxime ab أسر, *vincire loris*, ex quo أسر, *lorum ad ligandum*.

Ϣⲟⲩϫⲧ, *μιγνυναι*, *miscere*, *misceri* Psal. cv. 35. Luc. XIII. I. Non est, opinor, ⲙⲟⲩϫⲧ aliud verbum a מזג, *miscere*, *mixtio* apud Orientales. Legitur etiam ⲙⲟϫⲧ in Actis Aptiae martyr. Item ⲙⲟϫϭ theb. in elencho cod. Borg. pag. 425.

Ϣⲟϣⲓ, ⲙⲟⲩϣⲓ, theb. ⲙⲟⲟϣⲉ, *incedere*, *perambulare*. Est idem مشى arab. A ⲙⲟϣⲓ fit ⲙⲟⲩϣⲧ, ⲙⲉϣⲧ fere eodem sensu. Locum heic habet ⲙⲉϣⲑⲓⲃⲥ, *limina portae* Exod. XII. 7. apud Crozium; quamvis apud Wilkinsium ⲑⲟⲩⲁⲓ. Constat autem e ⲙⲉϣⲧ, et ⲑⲓⲃⲥ *calcaneus*. Nam limen est, qua ingredimur ac pedem ponimus. Quare a Graecis *βατηρ* a *βαινω* dictum.

Ϣⲟϫϧ, ⲙⲟⲩϫϧ, *ζωνη*, *cingulum*. Adi Crozium. Non differt a מזח, *zona*, *cingulum* hebr. Nam *Zain* per ϫ exhiberi a Coptis solet. Theb. est ⲙⲟϫϩ Isai. III. 24. apud Tukium 595. Aliquando insertum ⲧ, ⲙⲟⲧϫϩ, in elencho cod. Borg. 345.

Ϣⲟϯ, *ωμοι*, *humeri*, *dorsum* Luc. xv. 5. Affine τῳ مطا *Mata*, *dorsum* arab.

Ϣⲣⲟϣⲧ, ⲙⲣⲱϣⲧ, *βρωμος*, *foetor* Ioel. II. 20. Sc. M. p. 162. Fortasse a סרוח *Sruth*, *Sroth*, *foetor* in Oriente, quod a סרא, סרח, *foetere*, *putrescere*. Namque *M* saepius adiecta cernitur in principio dictionis. Lege Ϣⲧⲟⲧϥ, quod sequitur.

Ϣⲧⲟⲧϥ ⲛⲓ, السذاب البرى, *ruta silvestris* Scal. M. pag. 195. Videtur omnino, ⲙⲧⲟⲧϥ sive ⲙⲧⲟⲧⲥϥ factum a ⲧⲟⲧⲥ eodem modo, quo ⲛⲁϩⲓ et ⲛⲁϩϥ dicitur *foramen* in cod. Nanian. pag. CXII. ϯ ⲛⲁϩⲃⲉϥ et ⲛⲁϩⲃ *iugum*, ⲥⲉⲃⲓⲡⲣⲁⲧϥ *tibia* Scal. M. p. 78. pro ⲥⲉⲃⲓⲡⲣⲁⲧ, ϫⲁⲣⲱϥ *silentium* a ϫⲁⲣⲱⲓ, ϫⲟⲕϩϥ *aculeus* a ϫⲟⲕϩ, ⲁⲣⲉϫ et ⲁⲣⲉϫⲏϥ Zach. VIII. 10. *terminus*, ϣⲱϣ et ϣⲱϣϥ Malach. I. 7. ⲣⲱ et ⲣⲱϥ *os*, ⲑⲁϩⲥ et ⲑⲁϩⲥϥ *unctio* in *Euchol*. Tuk. part. 2. p. ⲛ̅ⲅ̅ &c. Ⲏ porro sive Ϣ Aegyptii nominibus a verbo derivatis praeponere in usu habent: quod

v. Ⲙϫⲱⲗ et alibi multis probavi. Iam ⲧⲟⲩⲥ vel ⲧⲱⲟⲩⲥ, unde ⲙⲧⲟⲩⲧϥ, est *πηγνυναι*, *εμπηγνυναι*, *πηγνυσθαι*. Videntur scilicet Copti vim graeci vocabuli utcumque exprimere voluisse; ut, quemadmodum illi *πηγανον* ***rutam*** appellarunt a *πηγνυω* vel *πηγω*, quod tradunt grammatici; sic etiam isti a ⲧⲟⲩⲥ ⲙⲧⲟⲩⲥ vel ⲙⲧⲟⲩⲥϥ denominarent. Cur autem silvestris ruta *πηγανον* dicta fuerit, docet Plutarchus lib. 3. *Sympos.* quaest. 1. et Nicandri scholiastes in ***Alexipharm***. Subiungam heic aliquid de *Moly*, quod ab Homero descriptum habes *Odyss.* lib. 10. a versu 305. Hoc enim silvestris rutae radicem esse volunt. Vocis origo hactenus ignota, mihi videtur in aethiopica lingua reperiri posse. Namque a መልሐ מלח *evellere*, *extrahere*, *eradicare*, fit ምሉሕ מלוח *Myluh*, *evulsum*, *eradicatum*, quod, omissa adspirata finali, est ipsum *Moly*. Etiam arab. אמלח valet, *evellere*, *exstirpare*. Reapse Moly radice potissimum spectari, eiusque virtutem in radice positam indicat Homerus loco cit. ubi de eo, *χαλεπον δε τ' ορυσσειν*: illudque Mercurius Ulyssi tradit, *εκ γαιης ερυσας*. Unde Plinius *effodi difficulter*. Et vetus poeta *de virtut. herb.* apud Fabricium bibl. graec. tom. 3. pag. 659.

Μωλυ δε ριζοτομηθεν αρης προς φαρμακα λυγρα.

Erit igitur Moly, quasi *evulsum*, *effossum*, *eradicatum*. Non dissimile videtur Struthii nomen, quod *radicula* appellatum est a Latinis, idemque *συρις* vel שרש *Sores*, id est *radix*, a Poenis propterea, quod radicis ejus maxime usus est, uti a Plinio ac Marcello est observatum. Vide v. Ⲟⲩⲱ. Nam quod vocabulum, de quo loquimur, inditum feratur a Diis, hoc est Homeri commentum. Moly enim, inquit Eustathius, hominibus *αγιωστον* confinxit, unde et *ακλητον*. Quare et *Moleos* appellatio, non a Graecis petita, sed a barbaris. Quod enim aiunt grammatici, Moly vocatum *παρα το μωλυειν*, *ὁ εστιν αφανιζειν τα φαρμακα*, minus probatur.

Ⲙⲱⲟⲩ, *ὑδωρ*, *aqua*, *aquae*, theb. ⲙⲟⲟⲩ, basmyr. ⲙⲁⲩ. Idem est מוי, מוהא, *Moi*, *Moa*, *aqua* chald. מים *Maim* hebr. ما *Ma* arab. Commune hoc caeteris parvo discrimine, Syris, Samaritis, Aethiopibus.

Ⲙⲱⲟⲩⲛⲥⲁⲗϩⲟ ⲟⲩ, ما غسل الوجة Scal. M. p. 394. Arabica interpretanda sunt, *aqua lavandae faciei*: ubi pro غسل melius لغسل. Kirkerus vertit ***non lavit faciem***; qui sensus copticae voci conve-

nire non potest. Namque ⲙⲱⲟⲩ est *aqua*, sicuti ما arab. Et ϩⲟ in fine vocis *faciem* designat perinde, ut وجه. Medium vero ⲥⲁⲗ, etiamsi in libris Coptorum non invenerim, tamen ex غسل *lavare*, ipsum quoque explicandum reor *abluere*: immo ⲥⲁⲗ *Sal* esse ab غسل *Asal* seu *Gasal* existimo, prima littera *A* sive Ain aut Gain, ut in aliis, omissa. Ita etiam copticum nomen aeque, ac arabicum, erit proprie *aqua ad lavandam faciem*, quam sane intelligere possumus *aqua tepidam*; quippe eam commodius, quam frigidam, ad vultum adhibemus. Quare ex ⲙⲱⲟⲩⲛ̀ⲥⲁⲗϩⲟ fit ⲙⲟⲩⲥⲁⲗϩⲟ et ⲙⲟⲩⲥⲉⲗϩⲟ, *aqua tepida*; unde ⲛ̀ⲙⲟⲩⲥⲉⲗϩⲟ, χλιαρος, *tepidus* Apoc. III. 16. Non dissimili ratione ex ⲙⲱⲟⲩ ϩⲱϫ, ὕδωρ ψυχρον, *aqua frigida* Matth. x. 42. fit ⲙⲟⲩϩⲱϫ, ما بارد, pariter *aqua frigida* in Scal. El. 485. et ⲙⲟϩⲱϫ in Hom. Theodos. episc. Alex. Inde ⲛ̀ⲙⲟⲩϩⲱϫ, *frigidus* Apoc. III. 16. ubi est etiam ⲙ̀ⲙⲟⲩϧⲉⲙ, ζεστος, *fervens*, certe ex ⲙⲟⲩⲛ ϧⲉⲙ, *aqua fervens*, quod a ⲙⲱⲟⲩϧⲉⲙ. Igitur minus bene Crozius, ut mihi quidem videtur, ⲙⲟⲩⲥⲉⲗϩⲟ *tepidum*, ⲙⲟⲩⲛ ϩⲱϫ *frigidum*, ⲙⲟⲩϧⲉⲙ *calidum* reddit, quae proprie sunt *aqua tepida*, *frigida*, *calida*. Rectius tepidum, frigidum, calidum sic exhibet Wilkinsius, ⲙ̀ⲙⲟⲩⲥⲉⲗϩⲟ, ⲙ̀ⲙⲟⲩϩⲱϫ, ⲙ̀ⲙⲟⲛ ⲛ̀ϧⲉⲙ Apoc. loco cit.

Ⲙϫⲁϩϯ, *craticula* Scal. M. 149. Cognominata videtur a ⲥⲁϩϯ, *urere*, *assare*. ⲙ vel ⲙⲁ praefixum, instrumentum seu locum designat. In codice Kirkeri manu exarato scriptum ⲙⲁⲛ ϫⲁϩⲧ. ϫ cum *S* commutari saepius notavi. Tale est ϫⲱⲣ et ⲥⲱⲣ, ⲥⲁⲗⲱⲥ et גויה, σωμα et ϫⲟⲙϩⲁⲧ, ϫⲉⲙⲛⲟⲩϯ et *Sebennytus* &c. Τῳ ⲙϫⲁϩϯ simile est, et ab eadem origine ductum, uti reor, ⲙⲁⲛ̀ⲥⲁϩϯ *culina*; de quo infra iterum v. Ⲥⲁϩϯ mentionem faciam.

Μωυσης, *Moses*. Aegyptiacum esse nomen pro certo habeo, quod a Pharaonis filia Mosi inditum perhibetur Exod. II. 10. Sic autem ab Aegyptiis scriptum existimo, ⲙⲱⲟⲩϫⲁⲓ, vel ⲙⲱⲟⲩⲛ ϫⲏ, seu ⲙⲱⲟⲩϫⲉ, quod est, *salvus*, *servatus ex aquis*: nam ⲙⲱⲟⲩ vel ⲙⲱ *aqua* est; ⲟⲩϫⲁⲓ vero *salutem*, *salvum*, *servare* demonstrat. A ⲙⲱⲟⲩϫⲁⲓ, ⲙⲱⲟⲩϫⲏ, vel, quod est idem, ⲙⲱⲟⲩϭⲏ *Mouse* septuaginta interpretes Μωυση. Diserte Iosephus *Antiquit.* lib. 2. cap. 9. το γαρ ὕδωρ μω οἱ Αἰγυπτιοι καλουσιν, υσης

δε τυς εξ υδατος σωθεντας. συνθεντες ων εξ αμφοτερων την προσηγοριαν αυτω ταυτην (Μωυση) τιθενται. Sic etiam Philo, Clemens Alexandr. ac Graeci fere omnes. Minus placet Salmasii epist. 60. Wilkinsii dissert. *de lingu. Copt.* et aliorum interpretatio, quibus videtur vocabulum ex ⲙⲱⲟⲩ *aqua*, et ϭⲓ *capere*, *sumere*, constitutum. Pertinet ad hunc locum *υλογενης*, quo verbo Moyses designatus est in carminibus Orpheo tributis apud Eusebium *Praepar. evang.* lib. 13. cap. 12. sic,

Ως λογος αρχαιων, ώς υλογενης διεταξεν.

Ubi Ios. Scaliger, quem sequitur omnis eruditorum chorus, legendum putat *υδογενης*, *ex aquis genitus*. Verum *υδογενης* non sine caussa displicet Ed. Bernardo ad lib. 2. cap. 9. *Antiquit.* Iosephi, cui potius *Νειλογενης* substituere visum est. Verius profecto, quod ego dicam, videbitur. Scriptum opinor ab Aristobulo, qui haec Orpheo carmina affinxit, *ἑλογενης*, littera *ε* ob liquidam, quae sequitur, producta. Namque Moysem infantem, cista conditum, posuit mater *εις το ἑλος*, uti septuaginta interpretes narrant Exod. 11. 3. Inde ereptus a filia Pharaonis, apte *ἑλογενης* dici potest. Certe Iudaeum Alexandrinum eosdem interpretes sequutum, ita posuisse vero simillimum est. Mitto loqui de מוניוס *Monios*, quo modo ab Aegyptiis Moysem vocatum scripsit in Exodum Aben Ezra iis verbis, quae etiam in *Prodromo* Kirkeriano pag. 137. recitata leges. Quod mihi quidem facili coniectura *malus* vel *noxius pastor* explicandum videretur; quia ⲙⲟⲛⲓ *pascere*, ⲟⲥⲓ *damnum* seu *noxam* significat. Moysem vero pastorem fuisse ac mala plurima intulisse Aegyptiis ex sacra historia novimus. Non tamen *Joakim* aliud viri cognomen, idque cum *Μωυση* atque *Ἑλογενης* meo iudicio fere conveniens, praetereundum. Traditum illud est a Clemente Alexandr. *Stromat.* lib. 1. pag. 412. ubi ab Hebraeis parentibus ita vocatum coniicit, quum circumsectus est, antequam *Moyses* appellaretur. Ego autem credo potius, *Ioakim* seu *Ioaki* aegyptiace denominatum, nempe ϫⲱⲁⲭⲓ *Gioachi*, vel ϫⲱⲁⲕⲉ *Gioake*, quia *G* saepe, velut *I* consonans, effertur. Ϫⲱⲁⲭⲓ vero, vel ϫⲱⲁⲕⲓ valet, ni fallor, *ex Achi genitus*: nam ϫⲱ a ϫⲫⲟ, *γεννα*, *generatio*, *generare*, derivetur. Recte id quidem: quia situs a matre fuit in סוף *Suph* Exod. 11. 3. quod aegyptiace ⲁⲭⲓ,

vel ⲁⲕⲉ dicitur; uti supra (V. ⲁⲭⲓ) expositum est. Septuaginta viri סוף *iuncetum*, reddunt ἑλος, id est *paludem*, huiusmodi plantis repletam: sicut etiam אחו Αχι Genes. xxxxı. 2. Aquila, Symmachus et antiquus scholiastes ἑλος interpretati sunt. Vides, puto, ϫⲱⲁⲭⲓ cum τῳ ἑλογενης plane convenire, quo cognomento Moyses ab Orpheo, vel potius ab Aristobulo est insignitus. Posset aeque commode ϫⲱⲁⲭⲓ haberi, tamquam ⲟⲩϫⲱⲁⲭⲓ *Ugioachi*, exprimens, *ex Achi*, sive εκ τυ סוף, εξ ἑλυς, *ereptum* ac *servatum*: quo modo non diversum *Ioachim* a *Moyses* significatione videretur. Eadem Ioachimi appellatio notata a veteri scriptore apud Suidam V. Ιερογραμματεις, ubi haec, Και μεν τοι και ἱερογραμματεα αδυσιν οἱ Αιγυπτιοι λογοι γινεσθαι θεοφιλη τε και ες πολλα λυσιτελη. ονομα αυτῳ Ιαχιμ. Nihil adhuc dixi de eo, quod habent Hebraei codices. In his enim משה *Moseh* videtur a verbo משה *Masah*, *extrahere* duci, quae virorum doctissimorum Scaligeri, Bocharthi, Drusii aliorumque sententia est. Nihil dixi, inquam, quod hunc nodum dissolverint viri pariter eruditissimi, quos enumerare longum esset. Unum nominabo Mazzochium *spicileg. observ.* in Exod. cap. 2.

Ⲩϫⲱⲗ, κρομμυον, *caepa* Numer. xı. 5. Caepam ita vocatam credo a ϫⲟⲗ seu ϫⲱⲗ, *amicire*, *induere*, *circumdare*. Est enim olus πολυλοπον, seu multis vestitur ac involvitur tunicis. Quare *tunicatum caepe* dixit Persius Satyr. 4. vers. 30. et Iohan. Saresberiensis *Policrat.* lib. 8. *Hic*, inquit, *caepa tunicatior*, *densatis pellibus et epitogiis &c.* Eadem vis est, ut equidem reor, in בצל, quo nomine caepam appellant omnes Orientales. Id colligo ex verbo بصل apud Arabes usitato, quod est *nudare*, *corticem ac tunicas detrahere*; ✱ تبصل, πολυλοπον *esse*, *multis constare corticibus* vel *tunicis*. Invenitur etiam ϫⲟⲗ, *caepa* theb. in elencho codic. Borg. pag. 648. in adnot. Caeterum moris est praefigere ⲙ vocibus aliunde derivatis. Huiusmodi est ⲙⲧⲟⲧⲥ *ruta* a ⲧⲟⲧⲥ, ⲙⲡϣⲁ *dignus* a ϣⲁ, ⲙⲣⲱⲙ *pulvillus* a ⲣⲟⲙ, ⲙⲃⲣⲉϩⲓ *asphaltus* a ⲃⲣⲁⲓ, ⲙⲙⲟⲩϩⲱϫ *frigidus* a ⲙⲟⲩϩⲱϫ, ⲙⲙⲟⲩϧⲉⲙ *calidus* a ⲙⲟⲩϧⲉⲙ &c.

H

Hⲁ, *ire*, *venire*, πορευεσθαι Luc. II. 3. ⲛⲁⲁ theb. Affine his نحا *Naha*, *tendere*, *ire aliquo*, *iter facere* arab. Rursus ad ⲛⲁ, ⲛⲁⲁ, نحا, aut نحو fortasse pertinet ⲛⲛⲟⲩ, *ire*, *venire*, quod est valde frequens in libris copticis.

Hⲁⲩ, النول, *licium textoris*, *tela*, *jugum textorium* Scal. M. pag. 125. نوت *Naut*, *filum subteminis*, litteris ac significatione proximum.

Hⲁⲩ, περι, ὡσει, ὡς, *circa*, *fere*, *prope* in Evang. ⲙⲫⲛⲁⲩ ⲛⲁϫⲡ ⲅ̄, περι την τριτην ὡραν, *circa horam tertiam*: ⲙⲫⲛⲁⲩ ⲛⲁϫⲡ ⲓⲁ̄, περι την ενδεκατην ὡραν: ⲛⲁⲩ ⲕ̄ⲉ ⲛⲥⲧⲁⲇⲓⲟⲛ: et ⲛⲁⲩ ⲏ̄ ⲛⲉϩⲟⲟⲩ, ὡσει ἡμεραι οκτω: ⲫⲛⲁⲩ ⲇⲉ ⲛⲉϫⲡ ⲓ̄ ⲡⲉ, ὡρα δε ἠν ὡς δεκατη. Certe ⲛⲁⲩ *Nau* idem est ac نحو, significans *ad*, *prope*, *circa*, *circiter*, *fere*. Quare, ubi aegyptiace est ⲛⲁⲩ, saepe habetur نحو in arabicis. Thebaei ⲛⲁ, ὡς, *circiter* Iohan XI. 18. in codic. Nan. Aliquando ⲛⲁⲩ *horam*, vel περι την ὡραν signat. Vide Crozium.

Hⲁϩⲃⲓ, ὠμος, ὠμοι, *humerus*, *humeri* Matth. XXIII. 4. Etiam *cervix*. Legitur et ⲛⲉϩⲟⲩⲃⲓ Hom. Theodos. in cod. Borg. Convenit omnino ⲛⲁϩⲃⲓ *Nahbi* cum نكبة *Nathba*, *posticum*, Plur. نكاب *postica*, منكب *humerus*, *armus*. Radix, ex qua haec nata sunt, est verbum نكب *Nachaba*, *incurvari*, *incurvare*; quod etiam denotat, *morbo humeri laborare*, ex quo نكب *Nachab*, *humeri morbus*. Est item تنكب, *humeris imponere*. Vides heic litteram ϩ vice fungi ⲧⲱ Caph: cuius rei plura habes exempla in Voc. Ⲃⲉⲣⲉϭⲙⲟⲩⲧⲥ. Huc refero ⲛⲁϩⲃⲉϥ, ζυγος, *iugum* Matth. XI. 29. 30. Cervicibus enim iugum imponitur. Subiicitur ϥ, quod est in more positum. Aliquando tamen non additur. Ita ⲛⲁϩⲃ *iugum* theb. Matth. XXI. 5. in codic. Nanian. ubi ϥⲁⲓⲛⲁϩⲃ, ὑποζυγιος, *subiugalis*, quasi *iugum ferens*. In codic. Borg. Zach. VIIII. 9. dicitur ⲃⲁⲓⲛⲁϩⲃ.

Hⲁϩϯ, *fides*; ⲉⲛϩⲟⲧ vel ⲛ̄ϩⲟⲧ, *fidelis*, ex quo ⲧⲉⲛϩⲟⲩⲧ, ⲧⲉⲛϩⲟⲧ, ⲧⲉⲛϩⲉⲧ, *credere*, *fidem praebere*, praeposito verbo ⲧ. Lege Crozium. ⲛⲁϩϯ *Nahti*, et ⲉⲛϩⲟⲧ *Enhot*, ut arbitror, ab

eadem origine petenda, unde est הימנות *Hemanuth*, *Hemnoth*. *fides* chald. et ايمان *Emanat*, *Emnat*, *fides*, *veritas* arab. Similia sunt in omnibus fere linguis Orientis hebr. syr. chald. samarit. arab. aethiop. quae *fidem*, *fidelem*, *fidem habere* vel *credere* demonstrant.

Ⲛⲁϫϩⲓ, ὀδοὺς, ὀδόντες, *dens*, *dentes* Matth. v. 38. et *αἱ μυλαι*, *dentes molares* Ioel. i. 6. Utique ⲛⲁϫϩⲓ non aliud a نواجذ, *dentes molares* arabice. Theb. ⲛⲁϫϩⲉ, ⲛⲁⲁϫϩⲉ et ⲛⲁϫⲉ in cod. Borgian.

Ⲛⲉⲃⲁϩⲓ, *longaevus*, *longaevitas* Scal. El. pag. 327. Exod. xx. 12. ⲛ̀ⲛⲉⲃⲁϩⲓ, μακροχρονιος: et Psalm. lxxxx. 16. ⲙⲉⲧⲛⲉⲃⲁϩⲓ, μακροτης ἡμερων: et ⲉⲣⲛⲉⲃⲁϩⲓ, *longa vita frui* Psal. xi. 8. Iam ⲛⲉⲃⲁϩⲓ, quo de loquimur, est mea sententia ab ⲁϩⲓ, *vita*, et ⲛⲏⲃ seu ⲛⲉⲃ, *dominus*, *princeps*, nempe vita vel annis. Ita ⲛⲉⲃ ⲁϩⲓ sit quasi *vita valens*, qui *vita vel maxime potitur*, qui *multam vitae copiam* ac *potestatem habet*. Facit ad rem locus Proverbiorum cap. viii. 6. ubi, Crozio teste, legitur ⲛⲉⲃⲁϩⲓ, ita credo, ϩⲓⲛⲁ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲉⲣⲛⲉⲃⲁϩⲓ, ut *vita regnetis*, id est *in longum tempus vivatis*, pro illis ἱνα εις τον αιωνα βασιλευσητε, quae id ipsum valent, *ut diu vivatis*. Hebr. enim est וחיו, *et vivite*, *et vivetis*, sive *ut vivatis*, quae alius interpres magis ad verbum και ζησεσθε vertit, alius ἱνα βιωσητε.

Ⲛⲉⲃⲏⲧ, νοημων, *intelligens* Proverb. i. 5. Mihi videtur similiter explicandum, ac modo ⲛⲉⲃⲁϩⲓ a me expositum est. Qua ratione ⲛⲉⲃⲏⲧ seu ⲛⲉⲃϩⲏⲧ erit *cordatus* homo, vel quasi *corde valens*, sive intellectu ac sapientia pollens. Deficit ϩ in ⲛⲉⲃ ⲏⲧ, uti ex. c. in voce ⲥⲧⲙⲏⲧ *obediens* pro ⲥⲧⲙϩⲏⲧ: de quo infra pag. 214. v. Ⲥⲱⲧⲉⲙ.

Ⲛⲉⲙⲁⲛ, نعمان, *papaver* Scal. M. pag. 271. Habent hoc nomen Copti ab Arabibus. Est enim ⲛⲉⲙⲁⲛ idem, ac نعمان, *papaver*. Eadem voce Arabes *anemonem* denominant: verum adiungere ut plurimum solent شقايق; nempe dicunt شقايق النعمان *Sciakaik Annoman*. Iuvat addere, ab hoc ipso *Annoman*, ut mea fert opinio, factum ανεμωνη a Graecis. Neque enim videtur ortum ducere απο τȣ ανεμȣ, uti veteres, linguarum Orientalium ignari, Plinius, Ovidius, auctor Etym. M. Hesychius, ac eruditi recentiores existimant; quia nempe hic flos vento spirante, vel aperia-

tur, vel decidat. Plinius lib. 21. sect. 94. *Flos numquam se aperit, nisi vento spirante, unde et nomen accepit*. In Etymol. M. Ανεμωνη, το ανθος· δια το το φυλλον ευδιασειστον ειναι παντι ανεμῳ. Falsum quippe est, anemonem se aperire solum flante vento, ut Harduinus ad Plinium advertit: et parum apte, quod eiusdem floris folia a vento facile decutiantur, eum *anemonem* vocare instituissent. Multo illud verius, Graecos ab Oriente, unde pleraque habuerunt, hoc etiam vocabulum accepisse. Arabes vero fortasse ita appellarunt a נעם, نعم, quod, Hebraeis potissimum, valet *pulcrum*, *decorum*, *amoenum*, *iucundum esse*. Est enim flos adspectu pulcher, quem Graeci ex Adonidis interempti sanguine natum fabulantur, alii e lacrimis Veneris Adonidem lugentis. Potuit etiam ita dici a colore sanguineo, unde etiam papaver cognomen sumpsit, quia نعمان est *sanguis*. Fabula est Arabum novitiorum, a *Nohman* rege Hyrae, cui flos erat in deliciis, nuncupatum: in qua sententia est Pocockius *histor. Arab. specim.* 72. et Beroultius apud Menagium in *Orig. lingu. Gall.* Multo enim antiquius erat nomen, commune Arabibus ac Graecis; ut hos ab illis habuisse vel certe iisdem tradidisse extra dubium sit. Id eo confirmatur, quod Graeci plures aeque, atque Arabes, *Anemonem* dicebant papaver. Hesychius, Ανεμωνη· ἡ μηκων: ita alii, quos tamen castigant Dioscorides ac Plinius.

Nemenespa, χαμαιπιτυς, *abiga*, herbae genus in Apuleio cap. 26. Fortasse aegyptium nomen ita compositum ⲛⲏⲓⲑⲉ̀ⲥⲛⲟϥ *Neithemsnoph*; unde ob euphoniam ⲑ exempta consuetudine sermonis, factaque aliqua litterarum metathesi, fluxerit *Neimenespho*. Hoc autem, si interpretari velimus, est *Minervae sanguis*. Ⲛⲏⲓⲑ enim testimonio Platonis in *Timaeo*, Arnobii *contra gentes* lib. 4. Hesychii in lex. aegyptiace *Minerva* est, ⲥⲛⲟϥ autem *sanguis*. Chamaepityn vero *Haema Athenas* vocatam a *Prophetis* cit. capite Apuleius tradit. Sicut etiam Dioscorides in append. p. 461. Sunt autem *Prophetae Aegyptii*, quod ab eodem Apuleio expressum cap. 4. ubi de Symphoniaca, *Prophetae Aegyptii Ligeam*. Kirkerus in *supplem. Prodromi* atque in *Oedipo*, ubi de plantis Aegypti, habet ⲛⲉⲙⲉⲛⲥⲧⲫⲉ, idque explicat *pulcritudo caeli*. Sed nec caussa est, cur chamaepytis hoc nomen fuerit adepta, nec, etiamsi ⲧⲫⲉ *caelum* sonet, ⲛⲉⲙⲉⲛⲥ *pulcrum* aut *pulcritudinem* denotat apud Coptos.

Neton, vel potius *Neuton*, ut habent vetustissimi codices, nomen bovis vel boum, qui Heliopoli colebantur. Auctor Macrobius *Saturn.* lib. 1. cap. 21. *Apud Heliopolim taurum soli consecratum, quem Neuton cognominant, maxime colunt. Neuton* plurale habendum, hoc ipsum significans, *Solis* vel *Heliopolis boves*, scriptumque ab Aegyptiis ⲛⲉϩⲛⲟⲩⲧⲱⲛ seu ⲛⲉϩⲛⲩⲧⲱⲛ *Neheuton*, unde *Neuton*. ⲛⲉϩⲛⲟⲩ enim *boves* sunt, ⲧ ⲱⲛ *Heliopolis*. Urbis nomen est in libris Moysi און *On*, quod Graeci interpretes semper ἡλίου πόλιν reddunt. Idem invenitur in copticis, ut in Actis Aptiae martyris ⲱⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ex codic. Borg. Ⲱⲛ porro sive ⲟⲛ factum putant ex ⲟⲩⲱⲓⲛ vel ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ aut ⲟⲉⲓⲛ *lux*: unde ⲧ ⲱⲛ seu ϯ ⲟⲛ, *urbs lucis* vel *solis*. Iablonskius *Panth. Aegypt.* lib. 4. cap. 4. quid *Neton* sibi velit non videns, cum Seldeno syntagm. 1. cap. 4. *de Diis Syr.* substituit *Mnevin*, quod est vulgatius tauri Heliopolitani cognomen. Sed ut omittam *Mnevin* a *Neton* sono ac litteris nimium distare, nec ratio, qua vocem enarrat, videtur copticae grammaticae regulis consentanea, nec belle Mnevin, *Onitem* sive Heliopolitanum interpretatur. Verius explicabis *Onitem bovem*, vel *Onitas* aut *Solis boves*, quomodo *Neuton* exposui. Namque ex ⲛⲉϩⲛⲉⲩⲟⲉⲓⲛ *Nehevoin* notante *boves solis* vel *On*, facile Graeci Μνεῦιν, seu Μνεῦιν, Μνεῦιν, vocem peregrinam ac difficiliorem paullulum immutantes.

Ⲛⲉϭϥ ⲛⲓ, النفض, *expulsio*, *excussio* Scal. M. p. 269. Idem נקף *Nakaph*, *expellere*, *excutere*, et נקפה, נקף, *Nekeph*, *Nikpha*, *expulsio*, *eiectio* hebr. Quippe tenues in adspiratas mutantur. Aethiopes pro ⲕ adhibent *G*: nam dicunt ነገፈ, נגף, *eiicere*, *excutere*, *expellere*.

Ⲛⲉϩⲥⲓ, *excitare*, *erigere* vit. Macarii Alex. in cod. Borg. ⲛⲉϩⲥⲓ ⲉϯϭⲁⲙⲁⲩⲗ, *excitare camelam* iacentem. Et *excitare a somno*, ἐξεγείρειν, ἐγείρειν Psalm. LXXII. 19. Matth. VIII. 25. Ⲛⲉϩⲥⲓ *Nehsi*, vel *Nesi* adspiratione insuper habita, dici existimo a נסה, נסא, נשא, *Nasah*, *Nesa*, *attollere*, *excitare*, *manu prehendere* hebr. aethiop. chald. In Aphel אנסא *Anesa* aethiop. potissimum denotat *a somno excitare*. Theb. est ⲛⲉϩⲥⲉ, ἀνίστασθαι.

Ⲛⲉϫⲓ, γαστὴρ, *venter* Matth. cap. XV. 17. Fortasse originem habet a نغج *Naegia*, *pinguescere*; unde نغج *adeps*.

Ⲛⲏⲃ, δεσπότης, *dominus* Psalm. XXI. 28. ناب *Nab*, *princeps*

populi, *caput familiae* arab. sono idem, significatione proximum. A ⲛⲏⲃ fit ⲛⲉⲃⲏⲓ, οικοδεσποτης, *dominus domus* Matth. x. 25. nam ⲏⲓ *domus*: et ⲛⲉⲃⲓⲟϩⲓ, *dominus agri* Matth. xiii. 27. quippe ⲓⲟϩⲓ, *ager*. Graece quidem heic etiam est οικοδεσποτης. Sed, quoniam de campo, eiusque domino sermo est, merito Coptus interpres potius ⲛⲉⲃⲓⲟϩⲓ, quam ⲛⲉⲃⲏⲓ posuit. Eodem modo Arabs رب التبن *Dominus herbae*, *plantarum* eodem loco Matthaei, qui alias οικοδεσποτην vertit رب بيت, *dominum domus*. Aethiops pariter *dominum campi* cit. loco. In Scal. El. p. 326. ⲛⲉⲃⲓⲟϩⲓ, رب حقل *dominus agri*. De ⲛⲉⲃⲁϩⲓ, *longaevus*, quod pariter a ⲛⲏⲃ derivatum censeo, superius verba feci.

Ⲛⲓⲙ, τις, *quis? quae?* Exod. iii. 11. et alibi. Est idem ac מי hebr. vel potius מן chald. syr. arab. aethiop. *quis? quid?* licet inverso litterarum situ. Invenitur etiam ⲙⲁⲛⲓⲙ *quis?* in vit. S. Macarii, ϯⲥⲱⲟⲩⲛ ⲁⲛ ϫⲉ ⲙⲁⲛⲓⲙ ⲡⲉ. Quod pariter idem ac מן sive מנא chald. syr.

Ⲛⲓϥ, ⲛⲓϥⲓ, *stillae aquae* vel *roris*, *nix*, *minuta pluvia* Deuter. xxxii. 2. Graece est νιφετος sic, ωσει νιφετος επι χορτον ex hebr. כרבבים, hoc est *sicut frequentes aquae guttae*, Hieronymus *quasi stillae*. Alibi ⲛⲓ ⲓⲱϯ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲛⲓϥⲓ, graece ομβρος και δροσος in cantico trium puerorum. Item ⲛⲓϥⲓ, ⲛⲓϥ, ομιχλη, νεφελη, *nebula* Ioel. ii. 2. II. Petri ii. 17. Similia certe ⲛⲓϥ, ⲛⲓϥⲓ cum graecis νιφετος, νιφας et νιφω. Sed tamen originem habent a נוף *Nuph*, *stillare*, *aspergere*, *effundere* hebr. נף *Naph stillavit*, in Hiphil הניף *Heniph*. Deficiente autem ה, restat ניף *Niph Nif*. Ab his etiam graeca fortasse orta sunt, nisi quis ab aegyptiis velit.

Ⲛⲓϥⲓ, πνειν, πνοη, εμπνευσις, *spirare*, *spiritus*, *inspiratio*. Item ⲛⲏⲓϥ. Adi Crozium. Pro ⲛⲓϥⲓ, theb. ⲛⲓⲃⲉ, *spirare*, *sp ritus* apud eundem Crozium, et in codic. Nanian. pag. 331. Videtur omnino ⲛⲓϥⲓ et ⲛⲏⲓϥ esse a נפח *Naphah*, *Nephah*, omissa ultima adspirata, quod notat *flare*, *spirare*, *adspirare* per totum Orientem. Simile est etiam נשׁ *spirare* hebr. A ⲛⲓϥⲓ repetere licet ⲡⲓ ⲛⲉϥ, πρωρευς, ναυτης, *gubernator*, qui nempe vento fertur, eoque utitur ad navim provehendam. Vox legitur Ion. i. 6. Actor. xxvii. 27. Theb. est ⲛⲉⲉϥ et ⲛⲉⲉⲃ in cod. Nan. p. cclxi. cccxxx.

Ⲏⲛⲁ, ⲛⲛⲉⲕ, ⲛⲛⲉ, ⲛⲛⲉϥ, &c. *non ego*, *non tu*, *non ipse &c.* Est particula negativa cum notis personarum, quae verbis solet praeponi. Quis non videt, ⲏⲛ *Enn* esse idem atque אין *En*? quae vocula ab Hebraeis eodem modo cum pronominibus copulatur, ut אינני *Enenni*, *non ego*, איננו *Enennu*, *non ipse*, אינם *Enam*, *non ipsi &c.*

Ⲛⲟⲃⲓ, *αμαρτια*, *peccatum* ad Rom. VII. 17. ⲉⲣⲛⲟⲃⲓ, *αμαρταϰειν*, *peccare*. Theb. ⲛⲟⲃⲉ, basmyr. ⲛⲁⲃⲓ et ⲛⲁⲃⲉ. Iam Ⲛⲟⲃⲓ, ⲛⲁⲃⲓ, et ذنب *Dsnaba*, *peccare*, *delinquere*, ذنب. ذنوب, *peccatum*, *peccata* arab. non differunt inter se, nisi prima littera, quae interdum excidit. Hinc est ϫⲁⲛⲟⲃⲓ ⲉⲃⲟⲗ, *εξιλασμος*, *propitiatio* I. Paralip. XXVIII. 11. in *Euchology*. Tuk. part. 1. p. ⲫⲡ̅ⲍ̅. ϫⲁ ⲉⲃⲟⲗ est *remittere*, ⲛⲟⲃⲓ *peccatum*.

Ⲛⲟⲙϯ, *consolatio*, *consolari*, *confirmare*. Consule Crozium. Venit a נחם, *consolari* hebr. chald. samarit. Similius נחמתא *Namtha*, *consolatio*, unde *Namta*, exempta adspirata, quod ipsum ab eodem verbo נחם derivatum.

Ⲛⲟⲩⲕⲉⲣ, *κνιζειν*, *incidere*, *pungere*, *scalpere*, *vellicare* Amos VII. 14. ubi ⲉⲓⲛⲟⲩⲕⲉⲣ ⲛϩⲁⲛⲉⲗⲕⲱ, *vellicans sycamina*. In Scal. M. pag. 178. Ⲛⲟⲩⲕⲉⲣ, خنان الجميز, *sycomorus circumcisa*. Quae sic corrigenda ac interpretanda sunt, ⲛⲟⲩⲕⲉⲣ ⲛⲉⲗⲕⲟ, *incisio sycomori*. Hieronymus ad hunc locum Amosi: *Quidam ita edisserunt, ut sycamina velint appellari genus arborum, quae Palaestinae nascuntur in campestribus, et agrestes afferunt ficus, quae, si non vellicentur, amarissimas carunculas faciunt, et a culicibus corrumpuntur*. Ad eundem locum Hesychius, Κνιζων συκαμινα, τυτεςι κνιτων, ὡςε γενεσθαι πεπειρα. V. Ⲉⲗⲕⲱ. Iam ⲛⲟⲩⲕⲉⲣ idem ac נקר, نقر, *fodere*, *fodicare*, *caedere*, *incidere*, *pungere* hebr. chald. syr. arab.

Ⲛⲉⲩ, *Nilus*. Horapollo *Hieroglyph.* lib. 1. cap. 21. Νειλυ δε αναβασιν σημαινοντες, ὁν καλυσιν Αιγυπτιςι νυν. Affertur a doctis etiam Hesychii locus, velut is quoque hoc ipsum Nili nomen memoriae mandaverit his verbis, Νυς· ψυχη, ποταμος. Non credo. Multo enim verius, quum in Graecia sit Νυς, flumen in Alpheum influens, quod in *Arcadicis* memorat Pausanias p. 680. edit. Lips. verius est, inquam, de isto Hesychium loquutum. Hoc enim quia alio vocabulo notare non poterat, sic posuit, Νους· ψυχη,

ποταμος, scilicet Νυς est *animae* ac *fluvii* cuiusdam appellatio. At vero si nobilissimum Aegypti fluvium designare Hesychius voluisset, quem *Nilum* dicebant omnes, non ita sane ; Νυς· ψυχη, ποταμος ; sed ita omnino, Νυς· ψυχη, Νειλος posuisset. Adde νυν ab Hesychio, non autem νυς, fuisse scribendum, vel certe νυνος, si graece declinare placuisset. Eadem reprehensione dignus esset Iamblichus in vita Pythagorae, si de Nilo forte commemorans, *Ninon* denominaret per illa, δια τας Νινυ προσθεσεις και αφαιρεσεις. Enim vero Νινος erratum librarii est, quod ex MSS. codicibus emendavit, qui Iamblichum Amstelodami edidit anno 1707. ubi δια τας Νειλυ προσθεσεις και αφαιρεσεις, quum prior editio δια τας Νινυ exhiberet. Mendum libri etiamsi quivis perspicere ac corrigere facile posset; non tamen vidit Augustinus Georgius, qui in *append. liturg. fragm.* pag. 321. *Ninon* ob istum Iamblichi locum inter Nili appellationes recenset, minime haesitans, eiusque vocabuli rationes atque origines inquirit. Iam νυν, quo de agimus, unde sit, nobis explicandum. Horus quidem inepte ex Graeculorum ingenio, νυν, inquit, ερμηνευθεν σημαινει νεον. Similis plane et aeque futilis est interpretatio τυ Νειλος in *Etymolg. M.* ὥσπερ παρα το πενθος γινεται πενθιλος, και τρως τρωϊλος, και ζων ζωϊλος, ὕτω και παρὰ το νεος νεϊλος και Νειλος· Και γαρ νεος κατ' ετος γινεται. πλεμμυρει γαρ κατ' ετος και ποτιζει πασαν την Αιγυπτον. Dicam igitur, quid ego sentiam de Νυν, vel potius quid mihi in mentem venerit, in medium proferam. Nempe quia Nilus in binos alveos, Canopicum et Pelusiacum se dividens, figuram Νυ litterae, quam veteres *Nu* vocabant, efficit, eam ob caussam credo ab Aegyptiis, vel a Graeco-Aegyptiis *Nun* appellari coeptum. Notat hanc Nili cum ea littera similitudinem, qui Alexandriae vixit, Eratosthenes, cuius haec sunt verba apud Strabonem lib. 17. sub initium, παραπλησιον οντα (τον Νειλον) κατα το στομα τῳ γραμματι τῳ ν κειμενῳ αναπαλιν, id est *circa ostia similem* (Nilum) *litterae ν inversae*. Dicit autem similem litterae ν inversae, spectatum ab ostiis, κατα το στομα; quum sit idem eidem rectae similis, si a vertice, aut a loco, unde se in suos alveos findit, conspiciatur. Ergo, uti inferior Aegyptus *Delta* a Graecis vocata est, quod eam litteram referre videretur; non dissimili modo Nilum, quia litteram Νυ *Nu* imitetur figura sua, ab eadem accepisse nomen, sa-

ne consentaneum est. De *N* porro ista forma ν, quae nunc inter minores, quas vocant, litteras censetur, dubium esse non potest. Eam quippe valde antiqua exhibent monumenta; cuiusmodi est ex. c. inscriptio veteris nummi apud Froelichium et Eckelium, ubi ΑΞιων legimus. Eadem figura in nummis atque inscriptionibus Phoenicum cernitur: eaque adfertur a Montfauconio in *Palaeogr. graeca* pag. 122. Litterae autem Phoenicum a veteribus graecis diversae non sunt; quemadmodum nec ipsae discrepant litterarum appellationes. Quae res ex hac etiam, de qua loquimur, intelligi potest. Eam enim omnes in Oriente, Hebraei, Chaldaei, Syri, Arabes, Samaritae *Nun* vocant. Quod vero ait Horus, Nilum αιγυπτιςι dici *Nun*, quum tamen a forma atque appellatione graecae litterae nomen petatur, nihil obest. Namque vel Graeci olim in Aegypto degentes, vel Aegyptii graecissantes ita nuncupare potuerunt; ut iidem tot alias a Graecis atque Orientalibus voces mutuati sunt. Hoc autem in ista ipsa auctor idem, qui se Horum Apollinem fingit, plane demonstrat. Inquit enim, το *Nun* ερμηνευθεν σημαινει νεον, uti superius notatum.

Porro a Νουν *Nun* Nili cognomine, qua parte divisis alveis defluens figuram eius litterae refert, opinione mea Copti ⲛⲟⲩⲛ *Nun*, αβυσσον dicere coeperunt Gen. 1. 2. Psalm. xxxxi. 7. propterea, quia Nilus, maxime qua ostiis propior est, propter aquarum copiam instar abyssi cuiusdam videatur. Est enim αβυσσος maxima, ac fere fundo carens aquarum vis. Quod etiam de fluminibus dici perinde, ac hebr. תהום, probat Bochartus *Hieroz.* par. 2. lib. 5. cap. 17. Itaque oceanum ab Aegyptiis haberi Nilum scribit Diodorus lib. 1. pag. 12. Οἱ γαρ Αιγυπτιοι νομιζουσιν, ωκεανον ειναι τον παρ' αυτοις ποταμον Νειλον. Unde Plinius lib. 35. cap. 11. *Nili aqua est mari similis*. Quamquam video, verba Diodori, neque a Plinio, neque a doctis bene percepta fuisse. Fortasse nec ipse vidit Diodorus, quid Aegyptii sibi vellent, quum Nilum oceanum vocarent. Neque enim sensus est, eum ob aquarum abundantiam oceano, id est mari, similem esse. Nihil profecto ωκεαμη, quae est vetus Nili appellatio (Vide v. Ωκεαμη) nihil, inquam, ad mare pertinet. Sed quoniam ea vox vi sua *aquarum copiam* exprimit in lingua Aegyptiorum, idcirco Nili cognomen evasit. Ab ωκεαμη, ωκεανος factum a Graecis, idemque ad exter-

num mare significandum potiori iure translatum est. Quod etsi contra communem sententiam a me scriptum (Nilum scilicet Oceano dedisse nomen, non ab oceano traxisse) tamen arbitror, omnes, qui ea legerint, quae in v. *Ωκεαμη* dicam, mihi facile concessuros.

Ⲛⲟⲩⲧϥ, *απαλλαττεσθαι*, *liberari a creditore*, seu *rem transigere*, *litem componere* cum eo Luc. XII. 58. Videtur idem cum نصف, quod in quarta conjug. significat, *rem ex aequo cum alio componere*, et نصفة *iusta transactio*, نصف *aequitas*, *iustitia*.

Ⲛⲟⲩϥⲓ, *bonus*, *utilis*. Hinc ⲥⲑⲟⲓⲛⲟⲩϥⲓ, *ἡδυσμα*, *odor bonus* Exod. XXX. 34. ϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ, *bonus*, *utilis nuncius*: ϩⲓϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ, *ευαγγελιζεσθαι*, *bonum nuncium afferre*; quia ϣⲉⲛ et ϣⲓⲛⲓ, *nunciare*. ⲡⲓϥⲁⲓϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ, *bonos nuncios afferens*, quo nomine appellatur Gabriel in Scala M. pag. 48. Idem, ut hoc quoque addam, nuncupatur ⲫϯ ⲟⲩⲟϩ ⲫⲣⲱⲙⲓ, *Deus et homo*: quae vis inest profecto in hebraeo vocabulo. Vetus glossarium tom. 3. oper. S. Hieronymi edit. Vallars. Γαβριηλ· θεος ὁ αυτος και ανθρωπος. Γαβρι ανθρωπος, και ηλ θεος. *Deus homo* is dicitur, quia Deum hominem venturum nunciavit. Licet verior ac vulgatior origo nominis sit *fortitudo Dei*. Caeterum ⲛⲟⲩϥⲓ *Nufi* ortum fortasse a نفع *Naphaa*, *Nafaa*, *prodesse*, *conferre*; unde نافع *Nafe*, *utilis*, *commodus*, نفاع *Nefa*, *emolumentum*, *fructus*, *commodum*.

Ⲛⲟⲩϭⲥ, *οργιζεσθαι*, *irasci*, *indignari* theb. Matth. XVIII. 34. et ⲛⲟϭⲥ Zach. I. 15. in cod. Borg. ϯ ⲛⲟⲩϭⲥ, *παροξυνειν*, *ad iram concitare* Mich. II. 7. Est etiam ⲛⲟϣⲥⲟⲩ, *επιπλησσειν* I. ad Tim. V. I. apud Tukium p. 511. Ⲛⲟⲩϭⲥ, ⲛⲟϭⲥ, ⲛⲟϣⲥⲟⲩ sunt a נאץ *aspernari*, *indignari*, in Piel et Pael *ad iram movere*; unde נאצה, ניאוצא, *contumelia*, *concitatio irae*. A ⲛⲟϭⲥ, geminata syllaba, fit ⲛⲟϭⲛⲉϭ, ⲛⲉϭⲛⲉϭ, *exprobrare* in cod. Nan. p. CIX. CCCXXII. et apud Tukium in *gram. copt.* pag. 344.

Ⲛⲟϣⲉⲣ, γυψ, *vultur* Levit. XI. 14. Idem est נשר *Neser*, *aquila*, *vultur*, quod apud omnes Orientales in usu est. De vulturibus omnes feminas esse, veteres fabulantur. Ita Plutarchus *in quaest. Rom.* quaest. 93. Horus *Hierogl.* lib. I. cap. II. Phile *de animal.* et alii. Quam ob caussam Aegyptii, sive matrem, sive naturam significabant sculpto vulture, quod Horus tradit loco cit. et Ammianus lib. 17. pag. 160. edit. Rom. his verbis,

Per vulturem Aegyptii naturae vocabulum pandunt, quia mares nullos posse inter has alites reperiri rationes memorant physicae. Falso et ridicule Ammianus *rationes physicas* ponit, quas persequitur Horus eodem loco. Dicam, quod in mentem venit. Quoniam vultur est רחם, arabice رخم, idemque nomen vulvam quoque et matricem designat; hinc fortasse ficta est illa opinio, vultures esse non posse, nisi feminei sexus. Qui in originibus fabularum investigandis operam posuere, quam multae ex ambiguitate vocum natae sint, profecto norunt.

Ⲏⲟϣⲡ, ἐκτινάσσειν, παροιστρεῖν. Non differt a נחר, hebr. נער. Nam ח et ע, ϣ, altera in alteram mutari solet. Consimilis etiam utriusque verbi significatio: quam etiam in vulgatis lexicis notatam habes.

Ⲏⲟϥⲣⲓ, τὸ συμφέρον, *utile*, *utilitas*, ⲉⲣ ⲛⲟϥⲣⲓ, συμφέρειν, *prodesse*. Simile prorsus ⲛⲟϥⲣⲓ τῷ نفر, quod in quarta Coniug. valet *iuvare*, *opitulari*. Theb. ⲛⲟϥⲣⲉ et ⲛⲟⲃⲣⲉ.

Ⲏⲟϩⲉⲃ, ζεύγνυναι, *iungere*, quum de iugo aut curru sermo est Gen. xxxxvi. 29. Exod. xiiii. 6. Fortasse compositum ex ⲛⲟϩ *funis*, et ϩⲉⲃⲓ, *iugum*.

Ⲏⲟϫϭ, ⲛⲟⲩϫϭ, ῥαντίζειν, ῥαντισμός, *aspergere*, *aspersio*. Habes apud Crozium. Etiamsi ⲛⲟϫϭ a נזה *aspergi*, *aspergere* hebr. parum absit. (Z enim in ϫ ab Aegyptiis converti solet) melius tamen ducitur a نضح, *aspergere*, *aspersio* arab. Aeque autem Tsade ac Zain per ϫ a Coptis expressum. Pro ⲛⲟϫϭ, theb. ⲛⲟϫϥ legitur in elencho cod. Borg. pag. 490.

Ⲏⲱⲓ, τύπος II. ad Thessal. iii. 9. Ita est in codice Croziano. Nam in Wilkinsiano est ⲧⲩⲡⲟⲥ. ⲛⲱⲓ est ipsum نوع, *species*, *forma*, *modus rei* arab.

Ⲏⲱⲓⲕ, μοιχός, μοιχεία, *adulter*, *adulterium*, *scortatio*. Fere nihil interest inter Ⲏⲱⲓⲕ et ناك, *cum muliere concumbere*, et نيك *concubitus*, et نياك *scortator*. Idem est نزق، ناق, *cum muliere rem habere*, نيق *coitus*, نايق, *scortator*.

Ⲏⲱⲓⲧ, ⲛⲱⲉⲓⲧ, ἄλευρον, *farina* Matth. xiii. 33. Hos. viii. 7. A ⲛⲟⲩⲧ, *molere*, derivatur. Etiam ⲡⲓ ⲛⲟⲩⲧ, الطحين, *farina* Scal. M. pag. 257. quae male Kirkerus *sartago*.

O

Oϭϣ, ὑπερεῖδεν, *despicere* theb. Zach. I. 12. in cod. Borg. Item ⲟⲡϣ non semel in iisdem. Et in elencho ipsorum nuper edito ⲟϥϣⲉ p. 331. ubi ⲙⲡⲣⲟϥϣⲉ, *ne despicias*. Comparanda haec ⲟϭϣ, ⲟⲡϣ, ⲟϥϣⲉ cum خفض *contemnere*, *despicere*, *abiicere* arab. Idem verbum ⲟϭϣ vel ⲱϭϣ communi dialecto *oblivionem* notat, quod a contemnendi significatione parum distat. Hinc etiam ⲟϭϣ, καθεύδειν, *dormire* theb. Cantic. cap. 2. v. 2. apud Tukium *grammat. copt.* pag. 446. ubi haec, ⲁⲛⲟⲕ ϯⲟϭϣ ⲁⲩⲱ ⲡⲁϩⲏⲧ ⲣⲏⲥ, graece ἐγὼ καθεύδω, καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ.

Oⲓ, εἶναι, *esse* Psalm. XXXVI. 25. et alibi. Idem ac הוה, היה, *esse*, הוה *ens* in Oriente. Basmyr. est ⲁⲓ.

Oⲓⲱ, *Struthion* herba aegypt. in append. Dioscor. ad lib. 2. cap. 193. Quoniam vocabula exotica, quae in hac appendice referuntur, ut plurimum corrupta sunt, subiit in mentem, Oⲓⲱ decurtatum esse, scriptumque ab Aegyptiis ⲟⲓⲛⲟⲩⲛ vel ⲟⲓⲛⲟⲩⲛ *Oinun*, quod est καθαρτικὴ ῥίζα. Nam ⲓⲁ, ⲓⲱ, ⲉⲓⲱ, *lavare*, *purgare* exprimit, ⲛⲟⲩⲛⲓ *radix*. Sic etiam *radicula* herba haec dicitur a Latinis, quod radicis maxime usus est lavandis atque mundandis lanis. A quo et *lanaria* vocatur in eadem app. Diosc. Et in Isidoro, *Struthion quidam herbam lanariam vocant, quod plerique ex ea lanas lavent*. De eadem Marcellus, *Ostendit latinum nomen, radicum tantum fuisse usum. Neque enim aliam ob caussam radicula, quam ex potiore usu dicta a Romanis est. Quin etiam nihil fere, excepta radice, Struthion est*. Eodem pertinet punicum herbae nomen Σωρὶς, quod est שרש *Sores*, *radix* hebr. ut a Bocharto notatum *Chanaan* lib. 2. cap. 15. Sed Aegyptii melius Oⲓⲛⲟⲩⲛ, *radix* πλυντικὴ seu καθαρτικὴ; si tamen bene vocabuli vim ac rationem explicavimus. De usu Struthii Dioscorides lib. 2. cap. 193. Στρουθίον γνώριμόν ἐστι, ᾧ οἱ ἐριοπλύται χρῶνται πρὸς κάθαρσιν τῶν ἐρίων. Et Plinius lib. 19. cap. 3. *Quae vocatur radicula, lavandis demum lanis succum habet*. De struthio plura lectu digna Bodaeus in comment. ad Theophrastum *histor. plant.* lib. 6. pag. 520. ubi etiam Plinium coarguit, propterea, quod illud cum Sy-

riaca radice confuderit. Quod ipsum antea notaverat Salmasius *exercit. Plin.* in Solinum pag. 1165.

Ⲟⲕⲉⲙ, ⲱⲕⲉⲙ, *σκυθρωπαζειν*, *συγναζειν*, *κατηφεια*, *esse tetrico vultu ac tristi*, *tristem esse*, *vultus tristis*, *ac demissus*. Adi Crozium. Etiam ϩⲟⲟⲕⲉⲙ in homil. Theodosii. Parum haec absunt ab עגם *Agam*, *Hagam*, *tristem esse* hebr. chald. et אגם *Agam*, *tristari*, *tristitia*, et אגים *Agim*, *tristis*, עגמה, *tristitia*. *A* mutari solet in *O* communi dialecto; et *G* in *K*, ut ⲕⲁⲙ pro גמא *iuncus*, ⲕⲁϯ pro עטא *Gata consilium*, ⲕⲉⲗ et ⲕⲱⲗ a גלל *voluit* &c. Quae litterarum permutatio ob soni affinitatem in omnibus fere linguis maxime frequens est. Fortasse hinc, scilicet ab אגם *Agam*, etiam ϥⲓⲁϩⲟⲙ, *στεναζειν*, *στεναγμος* Marc. VII. 34. Psalm. VI. 6. duci possit, constans ex ϥⲓ *αιρειν*, *tollere*, *sustollere*, *ferre*, et ⲁϩⲟⲙ, quod explico *tristitia*, *dolor*. Namque, ut ϩ saepius pro *K*, sic aliquando pro *G* posita legitur; quale est ⲉⲗϩⲱⲃ *ardea* Deut. XIIII. 15. pro ⲉⲗϫⲱⲃ; ϩϥⲱⲧ a جفو *Gefo*, *ulna*. Thebaei dicunt ⲁϣⲁϩⲟⲙ, *ingemiscere*, *suspirare*, *στεναζειν* Sap. V. 3. apud Tukium pag. 485. et Gen. III. 16. p. 244. apud eundem; et in elencho cod Borg. pag. 321. item graece *στεναζειν* in *Apophthegm. Patrum* p. 655. Ϣⲓ est *sursum tollere*, respondens *τῳ* ϥⲓ. Itaque ϥⲓⲁϩⲟⲙ et ⲁϣⲁϩⲟⲙ erit, *tristitiam*, *dolorem*, sive *angorem*, quo animus premitur, sursum propellere; quemadmodum *suspirare* latine est spiritum sustollere ad dolorem levandum.

Ⲟⲙⲓ, *πηλος*, *lutum*. Est idem ac حما *Hama*, *lutum* arabice. Omissa adspiratio; et *O* pro *A*. Huc spectat ϩⲱⲙⲓ, *καταπατειν*, *επιβαινειν*, *εμβατευειν*. Calcatur enim pedibus lutum. Ab ϩⲱⲙⲓ fit ϩⲉⲙϩⲱⲙ, item *καταπατειν*. Alio vocabulo, scilicet ⲗⲱⲓϩⲓ appellatur *lutum*, *coenum*, vel potius *κυλισμα βορβορου* II. Petri II. 23. latine *volutabrum luti*. Forsitan ⲗⲱⲓϩⲓ est nomen compositum ex لى *Lai*, *βορβορος*, *coenum*, praesertim *nigrum ac tenue*, quod Copti per ⲟ vel ⲱ efferunt ⲗⲱⲓ, et ex ϩⲓ *iniicere*; ut sit ⲗⲱⲓϩⲓ, *in lutum iniicere*, ⲡⲓ vel ϯ ⲗⲱⲓϩⲓ *demersio in lutum*, seu *lutum*, *in quo quis se iniicit ac immergitur*. Ita bene comprehenditur una voce *κυλισμα βορβορου*, *volutabrum coeni*, seu *coenum*, *quo* bestia *se iniicit ac volutatur*. Eadem est vox in Scal. El. pag. 347. ϯ ⲗⲱⲓϩⲓ, الوحل, id est *lutum*, maxime *molle* ac *recens*, in quo quis immergitur. Ver-

bum est رجل, *incidere ac mergi in limum mollem ac tenuem*, أرجل *iniicere ac mergere in limum*. Kirkerus, qui scalam copto-arabicam in lucem emisit, omnino perperam ϯ λωιϩι, *laqueus* interpretatus loco cit. Scal. El. pag. 347.

Ⲟⲛϩ, *habitaculum*, *mansio* Scal. M. p. 155. et in vita Macarii Alex. in cod. Borg. ubi sic, ⲁϥϩⲉⲙⲥⲓ ⲛⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲟⲛϩ, *mansit in habitaculo*. Fortasse a חנא vel חנה *Hanah*, *diversari*, *habitare*, *castrametari* chald. hebr. Item חנות *mansio*, *habitatio*.

Ⲟⲣϫ, *munire*, *munitio*, *munitum* theb. Habac. I. 10. Zach. VIIII. 12. in cod. Borg. Memphit. ⲧⲁϫⲣⲉ, ⲧⲁϫⲣⲟ, *firmare*, *munire*, *roborare*, *firmamentum*, *munitio*, *munitum*. Vide Crozium. Est enim ϫⲣⲟ, praefixo verbo ⲧ, meo iudicio eadem vox, atque ⲟⲣϫ Aegyptiis communi atque usitata trajectione litterarum. Ⲟⲣϫ porro idem mihi videtur ac حرز, *custodire*, *tutari*, *munire*, *confirmare*, *firmum ac munitum esse*, *munitio*, *locus munitus ac firmus*, *propugnaculum*. Adspirationem omitti, quae est in principio vocis, et Z in Ϫ converti ab Aegyptiis, saepius observatum. Similem habet significatum إرز et أرز. Ab ⲟⲣϫ, ϫⲣⲟ, forsitan ⲟⲩⲉϫⲣⲟ, σαθμος, *postis*. Sunt enim postes, quae ianuam firmant ac sustinent.

Ⲟⲩ. Est articulus singularis indefinitus. Quoniam adspiratio saepe deperit, ⲟⲩ *V* ortum puto a pronomine 3. pers. singul. הוא, הו *Hu*, *ille*, hebr. chald. samar. syr. arab. Eadem vox ⲟⲩ tertiam personam pluralem vel pronomen tertiae pluralis designat. Ex. c. ⲟⲩⲙⲉⲓ non modo est *amor*, sed etiam *amant*: et ⲡⲟⲩⲙⲉⲓ *amor eorum* vel *earum* adsignificat. ו pariter verbo postpositum in Oriente 3. pers. pluralem notat: unde מסרו, *tradiderunt*, ימסרו, *tradent*. Nam verbum est מסר. Etiam artic. indefinitus num. pluralis, qui est ϩⲁⲛ, theb. ϩⲉⲛ, pariter a plurali pronomine הם, הן, *Hem*, *Hen* derivatum est. Ab ⲟⲩ artic. singul. fortasse natum ⲟⲩⲁⲓ *unus*, et ⲟⲩⲓ *una*. Nam et ⲟⲩ in compositis interdum pro ⲟⲩⲁⲓ adhibetur. Ita ϩⲓⲟⲩⲙⲁ est επι το αυτο, *in unum locum* Psalm. CXXXII. 1. Sic etiam ⲉⲩⲙⲁ, pro ⲉ̀ⲟⲩⲙⲁ, Matth. XXI. 34. *Unus* ⲟⲩⲁ dicitur theb. Rursus ab ⲟⲩⲁⲓ est ⲟⲩⲱⲧ *unus* et *una*.

Ουαι, *vox e longinguo*. Horus *Hierogl.* lib. 1. cap. 29. Φωνην δε μακροθεν βυλομενοι δηλωσαι, ὁ καλειται παρ' Αιγυπτιοις ουαι &c.

Repeti vox posset ab ⲟⲩⲉⲓ vel ⲟⲩⲏⲟⲩ, *longe. abesse, distantia, longinguitas*. Sed utrum Aegyptii verbo tam generali, definite vocem, quae e longinguo auditur, sine ulla additione significaverint, in dubio est.

Ⲟⲩⲁⲙⲉⲧϯ ϯ, *cancer, gangraena*. Est in vit. Macarii Alexandr. in cod. Borg. Pariter II. ad Timoth. II. 17. ⲟⲩⲁⲙⲉⲧϯ, γάγγραινα. Profecto ⲟⲩⲁⲙⲉⲧϯ est ab ⲟⲩⲁⲙ, ⲟⲩⲉⲙ, ⲟⲩⲱⲙ, *edere*: cancer quippe carnem exedit ac depascitur. Quare eum Arabes quoque آكلة ab أكل, quod est *edere*, appellant. Loco cit. vit. Macar. ⲟⲩⲁⲙⲉⲧϯ ⲁⲥⲟⲩⲉⲙ. En verba: ⲡⲓϣⲱⲛⲓ ⲫⲏⲉⲧⲁⲩⲙⲟⲩϯ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ϯⲟⲩⲁⲙⲉⲧϯ ⲉⲁⲥⲟⲩⲉⲙ ⲡⲉϥϩⲟ ⲧⲏⲣϥ &c. id est *morbus, quem* ⲡⲓⲁⲙⲉⲧϯ, *cancrum vocant, qui totum os eius fuerat depastus &c.* Quae historia a Palladio scripta est in *Lausiacis* cap. 20. Crozius ex antiquo glossario ⲁⲙⲉⲧϯ, الآكلة; uti Kirkerus in Scal. El. 488. ⲁⲙⲏⲧϯ, الآكلة, *cancer*: ubi ⲟⲩ male est omissum, quia habitum pro articulo. Reapse ad nomen spectat: itaque in vita Macarii ϯⲟⲩⲁⲙⲉⲧϯ.

Ⲟⲩⲁⲛ ⲡⲓ, χῶμα, *terra aggesta, tumulus* Habac. I. 10. Exod. VIII. 17. Idem videtur, dempta prima littera, بهون *Bahuan, Vahuan, terrae cumulus, arena accumulata* arab. Ⲟⲩⲁⲛ aliqui forsitan ab ⲟⲩⲁϩ, *adiicere*, derivent.

Ⲟⲩⲁⲧϩⲓ ⲡⲓ, στήμων, *stamen* Levit. XIII. 48. 49. 51. 52. 53. Ab ⲟⲩⲁⲧϩⲓ *Vati* parum differens שתי *Sathi* stamen hebr. Item מתיח *Mathih, filum distentum, stamen* chald. quod a verbo מתח *tendere, intendere* derivatur. Theb. dicitur ⲟⲩⲁⲧϩⲉ in elencho cod. aegypt. Borg. pag. 581. ubi male in adnot. ⲟⲩⲁⲧϩⲉ acceptum video pro lana, seu panno laneo. Sequitur ⲡ̀ⲁⲕⲏ, quod non est positum pro στυππη, *stuppa*, uti lego in iisdem adnot. sed natum videtur prava consuetudine a ⲡⲓϧⲉ, *subtemen*: deinde articulus additus ⲡ̀ⲁⲕⲏ, tamquam ⲡⲓ in ⲡⲓϧⲉ esset pars nominis: de quo infra v. ϧⲉ. Enim vero Levit. loc. cit. apud Wilkinsium est ϧⲉⲛ ⲡⲓ ⲟⲩⲁⲧϩⲓ ⲓⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲓϧⲉ, graece ἐν τῷ στήμονι, ἢ ἐν τῇ κρόκῃ; in elencho autem, ⲙⲛ ⲡⲟⲩⲁⲧϩⲉ ⲙⲛ ⲡ̀ⲁⲕⲏ.

Ⲟⲩⲁϩⲉⲃ, γρύζειν, *mutire* Exod. XI. 7. apud Crozium. Fit a verbo ⲟⲩⲁϩ et ⲉⲃⲟ *mutus*. Male a Wilkinsio ⲟⲩⲁϩ pro ⲟⲩⲁϩⲉⲃ editum est.

Ⲟⲩⲃⲁϣ, ⲟⲩⲟⲃϣ, ⲟⲩⲱⲃϣ, ⲟⲩⲱⲃⲉϣ, λευκος, λευκαντιζεσθαι, *albus*, *album fieri*. Consule Crozium. Omnino ⲟⲩⲃⲁϣ cum caeteris est idem ac ابلص, *albus* arab. بياض est *albedo*; ابلص, ابيض, *dealbare*. Saepius Tsad vel Dsad per ϣ coptice redditur. Ita ϣⲟⲩϫⲉ *siccum* a צחא, ⲕⲁϣ *frangere* a קצא, ⲁϣⲕⲁⲕ *clamare* a צעק &c.

Ⲟⲩⲉⲓⲛⲓⲛ, *Graeci*, *Graecus* Ioel. III. 6. Marc. VII. 26. Hebr. יונים, id est *filii Iavan* dicuntur Graeci, quod nemo ignorat. Inde ⲟⲩⲉⲓⲛⲓⲛ.

Ⲟⲩⲉⲙϭⲓ, θηλαζειν, *mammam sugere*, *lac capere* Psal. VIII. 2. Matth. XXI. 16. Psalm. XXI. 9. θηλαζειν μαστους Ioel. II. 16. Item ⲟⲩⲁⲙϭⲓ in codic. Borg. Profecto verbum ex ⲟⲩⲉⲙ, *edere*, et ϭⲓ, *mamma*, *uber* constitutum, quam vocem etiamsi Crozius non habeat, legitur ea tamen in veteri glossario copto-arabico apud Tukium *gram. copt.* pag. 645. sic ⲡⲓ ϭⲓ, الثدي, *uber*, *mamma*. Itaque erit ⲟⲩⲉⲙϭⲓ, *mammam sugere*; contra ϯϭⲓ *mammam praebere* lactis caussa. Utrumque Graeci dicunt θηλαζειν, Latini *lactare*. Τῳ ϭⲓ simile habent Arabes سيد *Sid*, *mamma*. Hebraei dicunt שד, unde Chaldaei תד, Arabes vulgo ثدي. Forsitan credat aliquis ϭⲓ *mamma* dictum a verbo ϭⲓ *capere*, *apprehendere*. Crozius ⲟⲩⲉⲙϭⲓ, quod proprie signat *mammam sugere*, reddit *sugere lac*. Sed hoc Copti dicunt ⲟⲩⲉⲙⲉⲣⲱϯ in vit. Daniel. Sieth. Pro ⲟⲩⲉⲙϭⲓ Thebaei ϭⲓⲉⲕⲓⲃⲉ vel ϫⲓⲉⲕⲓⲃⲉ *papillam capere*: nam ⲕⲓⲃⲉ *papilla*; unde ⲡⲉⲧϭⲓⲉⲕⲓⲃⲉ vel ⲡⲉⲧϫⲓⲉⲕⲓⲃⲉ, *lactans* apud Tukium pag. 17.

Ⲟⲩⲉⲛⲧ ⲫ ⲡⲓ. Legitur ista vox Ionae I. 5. ubi haec ⲉⲫⲟⲩⲉⲛⲧ ⲛⲧⲉ ⲡⲓϫⲟⲓ, graece εις την κοιλην τȣ πλοιȣ, quod Hieronymus vertit *in ventrem navis* plane, ut Arabs interpres الى بطن السفينة, et Aethiops, a Petraeo editus, ወኀበ ከርሠ ሐመር, uterque *in ventrem navis*. Quod heic septuaginta viri dicunt την κοιλην τȣ πλοιȣ, a Graecis vulgo appellatur κοιλη ναυς, κοιλον σκαφος, hoc est *cavum navis*, seu quod infra tabulatum est. Pollux lib. I. cap. 9. sect. 92. κοιλη ναυς, κοιλον σκαφος . . . τα κατωθεν της νεως. In Scala M. p. 134. ubi navigii partes enumerantur, ⲡⲓ ⲟⲩⲉⲛⲧ, الخن, *sinus*, *venter*, *cavum* navis. Ita haec interpretanda potius, quam *navis vacua* cum Kirkero: quamvis hoc etiam fere in eundem sensum flecti possit. Et خن quidem, non diversum a חין, חנא, חינא,

sinus chald. Ⲟⲩⲉⲛⲧ vero, hoc est *Vent*, *Bent*, fortasse a בטן *venter*, quo nomine in loco Ionae Arabs utitur, quemadmodum vidimus. Nam בטן *Beten*, *Veten*, mutata litterarum sede, est *Bent* et *Vent*. Eadem vox est in vita Pachomii, ⲡⲓⲟⲩⲉⲛⲧ ⲙⲡⲓϫⲟⲓ, et in Actis Isaaci Tiphr. et Eusebii, et Epimii in cod. Borg. ubi sic, ⲁⲩϩⲓⲧϥ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉⲡⲓⲟⲩⲉⲛⲧ ⲛⲧⲉ ⲡⲓϫⲟⲓ, *deiecerunt eum in ventrem* vel *fundum navis*. Quapropter male Georgius lib. *de mirac. Coluthi* in praefat. pag. xci. sic est interpretatus, *adstrictus affixusque est arbori navis*. Nec ϩⲓ valet *adstringere*; nec *arbor navis* ⲡⲓ ⲟⲩⲉⲛⲧ; verum ⲡⲓ ⲃⲟⲕ ⲛⲧⲉ ⲡⲓ ϫⲟⲓ paullo post in iisdem Actis pag. xcii.

Ⲟⲩⲉϣⲥ, ⲟⲩⲱϣⲥ, *πλατυσμος*, *πλατυνειν*, *dilatatio*, *latitudo*, *dilatare*, ϯ ⲟⲩⲉϣⲥⲓ, *πλατος*, *ευρος*. Haec tria conveniunt sane cum وسع *amplum*, *latum esse*, *dilatare*; واسع, *amplus*, *latus*; وسع, *dilatatio*, *latitudo* arab. Ab ⲟⲩⲉϣⲥ et ⲟⲩⲱϣⲥ fit verbum ⲟⲩⲉϣϣⲟⲩⲱϣ ad Hebr. xi. 35. *distendere*. Graece est *τυμπανιζειν*, quod Coptus ⲟⲩⲉϣϣⲟⲩⲱϣ ⲙⲫⲣⲏϯ ⲛϩⲁⲙⲕⲉⲙⲕⲉⲙ, hoc est *distendere*, *velut tympana*. Quae interpretatio commoda est, et a pluribus, qui ad eam epistolam commentati sunt, approbatur. Male Wilkinsius loc. cit. ⲁⲩⲟⲩⲉϣϣⲟⲩⲱϣⲟⲩ, ⲙⲫⲣⲏϯ &c. vertit *exaruerunt*, *sicut tympana*. Neque enim hoc loci sententia patitur, nec significatio verborum, sive *τυ τυμπανιζειν*, sive *τυ* ⲟⲩⲉϣϣⲟⲩⲱϣ. Non est, ut opinor, ab ⲟⲩⲉϣ et ⲟⲩⲱϣ diversum ⲟⲩⲟⲥⲑⲉⲛ et ⲟⲩⲉⲥⲑⲱⲛ, *πλατος*, *ευρυχωρον*. Nam addita syllaba ⲑⲱⲛ et ⲑⲉⲛ, orta videtur ab eo, quod Arabes grammatici vocant *Attenuin*. Itaque ⲟⲩⲉⲥⲑⲱⲛ *Veston* est ipsum وسعة *latitudo*, quod ab Arabibus enunciatur *uasathon*. Postea ⲟⲩⲉⲥⲑⲱⲛ etiam pro verbo *πλατυνειν*, *dilatare* usurpatum Psalm. iii. 1. In Actis autem Anubi in cod. Borg. legitur Ⲃⲉⲥⲑⲱⲛ, idque valet *amplis uti facultatibus*: quo modo وسع, de quo supra, non tantum exprimit *dilatare*, *latum esse*, sed etiam *divitem*, *copiosum*, et وسعة *uasathon*, unde ⲟⲩⲉⲥⲑⲱⲛ, *copia*. Locus ita se habet, ϩⲓⲛⲁ ⲛⲧⲉϥⲱⲛϧ ⲉⲣⲟϥ ϫⲉ ⲛⲁⲩⲃⲉⲥⲑⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ ⲛϫⲉ ⲛⲉϥⲓⲟϯ, id est, concesserunt puero Anubo, *ut sibi viveret*, *quoniam opibus abundabant parentes eius*. Quae quum Georgius lib. *de miracul. S. Coluthi* in praefat. pag. lxi. non intelligeret, visus sibi in ⲛⲁⲩⲃⲉⲥⲑⲱⲛ videre ⲑⲱⲛ *ubi* vel *quo*? ita latine vertit, *puerum Anub dimiserunt*,

ut sibi viveret, et quocumque vellet, adiret. Ab ⲟⲩⲉⲥⲑⲱⲱⲛ, praeposito verbo ⲉⲣ, fit ⲉⲣⲫⲟⲩⲟⲥⲑⲉⲛ vit. Pachom. in cod. Borg. pariter *dilatare* seu *latum facere*. In iisdem Actis Anubi invenies ⲟⲩⲉⲥⲑⲱⲱⲛ, *consolari*, quod a sensu *τε πλατυνει* Ps.iiii. 1. non distat.

Ⲟⲩⲉϩϥⲱ theb. in elencho cod. Borg. pag. 517. Hoc mihi non est *comam alere*, uti explicatum video in adnotatis, sed *capillum addere*, seu coma supposititia uti, ⲛⲑⲉ ⲛⲛⲉϩⲓⲟⲙⲉ, *mulierum more*, inquit sermonis auctor. ⲟⲩⲉϩ enim est *addere*, ϥⲱ vel ϥⲱⲓ, *coma*, *capillus*. In alio libro scriptum ⲟⲩⲉϩⲃⲱ̀. Hoc ipsum a Thalmudicis dicitur פאה נכרית, id est *coma aliena*, seu crines non sui, quos mulieres ob decorem capiti aptare ac gestare solent. De quo multus sermo fit in Thalm. Schabb. cap. 6. fol. 64. 2. Notabis ϥⲱ vel ϥⲱⲓ cum פאה, *capillamentum*, *caesaries* bene convenite.

Ⲟⲩⲓⲉⲑⲙⲉⲥⲓⲟ, *μαιοῦσθαι*, *obstetricari*, *obstetricatio* Exod. 1.16. Non recte Crozius posuit in lexico ⲑ ⲙⲉⲥⲓ, *obstetricatio*, ex hoc Exodi loco sumens. ⲙⲉⲥ, ⲙⲉⲥⲓ est *parere*, *partus*: *obstetricatio* vero dicitur ⲟⲩⲓⲉⲑⲙⲉⲥⲓⲟ, vocabulo constante ex ⲙⲉⲥⲓ et ⲟⲩⲓⲉ, in quo agendi ac laborandi vim inesse crediderim. Itaque erit ⲟⲩⲓⲉⲑⲙⲉⲥⲓⲟ, *adiuvare partus*, vel *parienti operam atque auxilium adhibere*. Eodem pacto explicari potest ⲟⲩⲓⲉⲫⲟⲩⲱⲱⲓⲛ, *τὸ γεώργιον*, *agricultura* I. ad Cor. iii. 9. quasi agricolae opera et labor. Nam ⲟⲩⲱⲓ, *agricola*. Eadem de caussa, ni fallor, ϩⲁⲛ et ⲛⲓ ⲟⲩⲓⲛ vocati agricolae, veluti *laborantes*. Etsi enim et alii opifices laborent; maximus tamen ac gravissimus, qui in agro exercendo ponitur, est labor. Aliquando tamen ⲙⲉⲥⲓⲟ simpliciter obstetricandi significatione videtur usurpatum: uti ⲣⲙⲉⲥⲓⲱ in elencho cod. Borg. p. 604. valet *obstetricari*: et ⲣⲉϥⲑⲙⲉⲥⲓⲟ *obstetrix* Ex. 1. 15. Nisi vero in his obstetricandi opera verbo ⲣ̀ seu ⲣⲉ expressa putetur.

Errat Kopius. In loco Exodi 1.16 praefiguntur verba ⲁⲣⲉⲧⲉⲛϣⲁⲛⲉⲣⲫⲟⲩⲓ ⲉⲙⲉⲥⲓⲟ quum vices obstetricantes, ac complet ⲛⲓ.ϩⲓⲟⲙⲓ.

Ⲟⲩⲓⲛⲁⲙ, *δεξιά*, *dextera* Matth. xx. 21. Est a ימין, quod in toto Oriente *dexteram* notat. Theb. ⲟⲩⲛⲉⲙ eodem loco Matthaei apud Mingarel. ⲛⲟ, ⲉⲓⲣⲉ ⲟⲩⲛⲁⲙ

Ⲟⲩⲛⲟⲩ, *ὥρα*, *hora*, *tempus* Iohan. xi. 9. xvi. 2. Est idem fere ⲟⲩⲛⲟⲩ *Unu*, atque آن, *hora*, *tempus*, et [illegible], [illegible] arab. Simile etiam עונה, *tempus* hebr.

Ⲟⲩⲟⲓ, *οὐαί*, *hei*, *hoi*, *vae* Psalm. cxxv. I. ad Cor. viiii. 16.

Apoc. viii. 12. Eaedem interiectiones usitatae apud Hebraeos אוי, הה, *hei*, *vae*, et apud caeteros Orientales, tum etiam Graecos ac Latinos: quae verius naturae voces dicendae sunt, quam inventa hominum.

Ⲟⲩⲟⲓ, *ὅρμημα*, *impetus*, *cursus*, *motus* Ps. xxxxv. 4. et in aliis. Basmyr. ⲟⲩⲉⲓ ad Hebr. x. 1. 22. Non bene Crozius etiam ⲟⲩⲟⲓ *persona* posuit. In iis enim, quos affert, locis *ὁρμὴν* vel *ὅρμημα* intelligitur, si recte accipiantur. Ita Sirach. ii. 1. ⲡⲁϣⲏⲣⲓ ⲓⲥϫⲉ ⲭⲛⲁϯ ⲙ̀ⲡⲉⲕⲟⲩⲟⲓ, *τέκνον εἰ προσέρχῃ*, *fili mi*, *si accesseris &c.*: ubi ϯ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲟⲓ est *ὁρμῆσαι*, quod heic *προσέρχεσθαι*. Item illud Isaiae cap. v. 29. ϣⲁⲩϯ ⲙ̀ⲡⲟⲩⲟⲓ (Fort. ⲙ̀ⲡⲟⲩⲟⲩⲟⲓ) *παρέστησαν*, ad verbum est, *impetum fecerunt*, *ὡς σκύμνοι*, *ut leonum catuli*. Eadem ratione explicandum, quod est in Liturg. Cyril. pag. 1. ϧⲉⲛ ⲡϫⲓⲛⲑⲣⲓϯ ⲙ̀ⲡⲁⲟⲩⲟⲓ, *dum ingredior*, *dum pedem meum infero*, ad litteram *cursum*, *impetum meum*. Addo locum ex epist. Iacobi iii. 4. ⲉⲫⲙⲁ, ⲉⲧⲉϥⲛⲁⲟⲩⲱϣ ⲉϯⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩⲟⲓ ⲉⲣⲟϥ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲣⲉϥⲉⲣϩⲉⲙⲓ; quod ita interpretandum, *in locum*, *in quem gubernator ire*, seu *cursum dirigere voluerit*: ubi certe ϯⲙ̀ⲡⲉϥⲟⲩⲟⲓ proprie significat *ferre*, *dirigere τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ*. Est etiam ⲟⲩⲟⲓ, مركب, *currus* Scal. El. 340. qui etiam dicitur ⲉⲛⲟⲩⲟⲓ, nempe ab impetu, quo fertur. Porro *τῷ* ⲟⲩⲟⲓ *Voi*, vel ⲟⲩⲁⲓ *Vai* non dissimile significatu *τὸ* בעא *Baa*, *Vaa*, et אבעי, אבע *Ava*, *properare*, *accelerare*.

Ⲟⲩⲟⲙⲥⲓⲣ ⲛⲉ, *mariscae*, *haemorrhoides*, ut videtur*, in reliqu. lib. medic. Borg. Vox ab Arabibus sumpta. Nam vocant isti haemorroidas بواسير *Boasir* Deut. xxviii. 27. et apud Avicenn. Hebraei עפלים. De qua voce legendus Bochartus *Hieroz.* part. 1. lib. 2. cap. 36. *M* vero inserta in ⲟⲩⲟⲙⲥⲓⲣ multis exemplis compobari potest; quae habes in v. Ⲥⲁⲙⲃⲉϩⲓ.

Ⲟⲩⲟⲟⲙⲧⲉ ⲛⲉ, *πύργοι*, *turres* theb. Psalm. xxxxviii. 12. apud Georg. in Act. S. Panesnebi pag. 311. ϩⲛ ⲛⲉⲥⲟⲩⲟⲟⲙⲧⲉ, *ἐν τοῖς πύργοις αὐτῆς*. Sine dubio ⲟⲩⲟⲟⲙⲧⲉ *voomte*, basmyr. ⲟⲩⲁⲙⲧⲉ *vamte*, a במתה, במתא, *Bamatha*, *Vamatha*, *locus editus*, *excelsus*, seu במותא *Bamotha*, *Vamotha*, *excelsa*, *edita*, *sublimia*. Inepte Georgius, ⲛⲟⲩⲟⲟⲙⲧⲉ *coenacula* interpretatus, quippe derivans ab ⲟⲩⲱⲙ *comedere*, haec subnotat: *quum coenacula in eminentiori aedium parte sita essent*, *turrium altitudinem aemulari*

videbantur. *Thebaei proinde ad indicandam celsitudinem et maiestatem aedificiorum magnae urbis Sion*, *hoc vocabulum usurparunt*. Est enim oppido ridiculum, quia Romani in superiori domo coenantes, inde eam *coenacula* vocitaverint, hoc idem nihil haesitantem credere ab Aegyptiis factum, ut et in subliniori aedium parte prandererent, et perinde, ut illi, a coena vel prandio denominarent; unde et turres eandem ob caussam ⲟⲩⲟⲟⲙⲧⲉ dicerent. Coenaculum certe Aegyptii appellabant ⲙⲁⲛⲟⲩⲱⲙ, hoc est *edendi locum*. Ⲛⲟⲩⲟⲟⲙⲧⲉ vero aliud omnino, et ab alia origine.

Ⲟⲩⲟϣⲉⲙ, *miscere*, *conspergere*, *tingere*, *inquinare*. Est in Act. Aptiae martyr. in cod. Borg. ⲉϥⲟⲩⲟϣⲉⲙ ϧⲉⲛ ⲡⲉϥⲥⲛⲟϥ, *sanguine suo conspersus*. Inde ⲟⲩⲱϣⲉⲙ, φύραμα, *conspersio farinae*, *massa* I. ad Cor. v. 6. Exod. viii. 3. Et ⲟⲩⲟϣⲉⲙ ⲉϥϩⲏⲡ, ἐγκρυφίας Hos. vii. 8. Fit porro ⲟⲩⲟϣⲉⲙ *Voscem* fortassis ab وشى *Vascia*, *miscere*, *adspergere*, *tingere*, *inquinare*. ⲟⲩⲱϣⲉⲙ vero *massa*, est ab ⲟⲩⲟϣⲉⲙ, uti φύραμα a φυράω vel φύρω, *misceo*, *adspesgo* dicitur. Hinc etiam ⲙⲁⲛⲟⲩⲱϣⲉⲙ, *locus*, *in quo panis conficitur* vit. Pachom. in cod. Borg. Aptia vel Apa Tia, de quo heic et alibi mentionem facio, martyrium consummasse narratur in Actis, ⲙⲡⲓⲁⲃⲟⲧ ⲙϣⲓⲣ, id est mense ⲙⲉⲭⲓⲣ, ut illum Aegyptii vocabant; quem Copto-Arabs Actorum editor Arabum more امشير ⲁⲙϣⲓⲣ *Amscir* appellat. Is autem Februario respondet. Quare castigandus Georgius, qui ⲁⲙϣⲓⲣ, uti credo, ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ putans esse, *mensem Augustum* interpretatur lib. *de mirac. S. Coluthi* in praefat. pag. lxxxviii.

Ⲟⲩⲟϣϥ et ⲟⲩⲱϣϥ, συντρίβειν, *conterere*, συντριμμός, σύντριμμα, et ⲟⲩⲱϣⲡⲉ. Item ⲟⲩⲱϫⲡ, et ⲟⲩⲟϭⲡ. Fortasse dicitur a סוף *Suph*, *conterere*, *confringere* hebr. unde facile *Vsph*, *Osph*, *Vosph* &c.

Ⲟⲩⲟϩ, κατασκηνοῦν, καταπαύειν, κατοικεῖν, *diversari*, *quiescere*, *habitare* Matth. xiii. 32. Exod. x. 14. Sap. I. 4. Theb. est ⲟⲩⲏϩ Nahumi I. 5. Fere idem اوى, *Aua*, *divertere*, *considere*, *habitare* arab. Nam *A* cum *O* vel *V* commutari frequenter communi dialecto, non ignotum. Ab ⲟⲩⲟϩ fit ⲙⲁⲛⲟⲩⲱϩ, المركز, *centrum* Scal. M. p. 54. quasi *locus quietis*: uti etiam chald. מנוח *quietis locus*. Caeterum ⲙⲁⲛⲟⲩⲱϩ est κατασκήνωσις, κατάλυμα Matth. viii. 20. Luc. II. 7.

Ⲟⲩⲟϩ *et*. Ⲟⲩⲟϩ *et* in Aegypto, et ו *Vau et* in Oriente fere convenientia videntur. Ⲟⲩⲟϩ tamen ab ⲟⲩⲟϩ vel ⲟⲩⲁϩ *addere* commode derivatur. Dicitur etiam ⲟⲩⲁϩⲙ et ⲟⲩⲱϩⲙ, *iteterare*, *iterum*. Quod, tum per se, tum maxime cum aliis vocibus coniunctum, usurpatur. Ab ⲟⲩⲁϩ fit ⲟⲩⲁϩⲥⲟⲓ, στέγη, *tectum* Matth. VIII. 8. constans ex ⲟⲩⲁϩ ἐπιτίθεσθαι, et ⲥⲟⲓ *trabs*. Inde etiam ⲟⲩⲁϩϧⲓⲥⲓ, ⲟⲩⲁϩⲃⲁⲣⲟⲥ apud Crozium; ⲟⲩⲁϩϫⲱ, ⲟⲩⲉϩϫⲱ, *acclinare caput* in elencho cod. Borg. Ab ⲟⲩⲁϩⲉⲙ vero est ⲟⲩⲁϩⲉⲙⲙⲓⲥⲓ, παλιγγενεσία, idem atque ⲟⲩⲁϩⲙⲓⲥⲓ; ⲟⲩⲁϩⲉⲙⲕⲱⲧ, ἐποικοδομεῖν; ⲟⲩⲁϩⲉⲙⲃⲉⲣⲓ, ἀνακαίνωσις. Vide lexicon Crozianum. Ils ⲟⲩⲁϩⲉⲙ, *renovatio* habes in Scal. El. pag. 365.

Ⲟⲩⲟϫⲟⲩⲉϫ, μασσᾶσθαι, *mandere*, *manducare* Apoc. XVI. 10. Est ab ⲟⲩⲟϫⲓ, *gena*, *maxilla*. Crebro enim maxillarum motu mandimus. Itaque geminata vox; quo actionis frequentia notatur ex usu linguae. Maxillam פג, פגי, *Phag*, *Phagi* vocant in Oriente; quod aliquam cum ⲟⲩⲟϫⲓ *Vogi*, basmyr. ⲟⲩⲁϫⲓ *vagi* similitudinem habet. Nam *B* vel *Ph* cum *V* consonante mutari consuevit. Porro a maxilla Origenes et Hieronymus in Matth. Chrysostomus in Marc. denominatum putant *Bethphage*, quasi *domum maxillarum*, licet alii aliter. Pro ⲟⲩⲟϫⲓ *maxilla* Thebaei dicunt ⲟⲩⲟϭⲉ Isai. cap. L. v. 6. apud Tukium in *gramm. Copt.* pag. 562.

Ⲟⲩⲟⲧ, λάχανον, *olus*, *olera* Matth. XIII. 32. theb. ⲟⲩⲟⲟⲧⲉ in cod. Nanian. 252. In Scal. M. pag. 194. ⲡⲓ ⲟⲩⲟⲧ, الهندبا, البقل, *olus*, *intubum*. Ubi vox هندبا est ipsa latina *intubum* vel *intuba*, unde Itali et Galli *indivia*, *endive*. Etiam Graeci a Latinis ἔντυβον. Quare *intubus* et *intubum* scribendum, non *intybus* et *intybum*. Ab ⲟⲩⲟⲧ fit ⲟⲩⲱⲧⲟⲩⲉⲧ et ⲟⲩⲉⲧⲟⲩⲱⲧ, χλόη, χλωρόν, χλωρότης, *herba*, *virens*, *viriditas*. Quo olerum aut viridium frequentia quaedam exprimitur. Sic in vita Macarii, ⲡⲓⲁϥⲛⲉⲃⲓⲱ ⲉϥϫⲏ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲙⲏϯ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲟⲧⲟⲩⲉⲧ ⲛⲉⲙ ⲛⲓ ϩⲣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲕⲟⲓ ⲉϥⲟⲩⲱⲙ ⲛ̀ⲥⲁ ⲛⲓ ⲉⲃⲓⲱ. Iam ⲟⲩⲟⲧ *Voti* non video, unde factum, nisi forte a βοτός, *esca*, *cibus*. Herbis enim et oleribus vescuntur homines: eaque a Deo, ut in cibum iis caeterisque animantibus essent, primum procreata sunt. Adde, quod aeque Copti ⲟⲩⲟⲧ scribunt ac ⲃⲟⲧ, uti legitur in vit. Shenuthi,

tum etiam Benoferi in cod. Borg. Porro ut ⲟⲩⲟⲧ forsitan Copti a βοτος; ita Graeci βοτανην, *herbam*, *olus* a βοτος vel βοτην pariter appellavere. Indidem betam nomen sumpsisse non est a vero alienum; ut *beta* etiam sit, quasi βοτη, id est *edulis*, *vesca*. Quippe λαχανον in glossis *olus*, *beta* redditur. Nam quod Columella lib. x. vers. 251. et aliqui grammatici Latini *betam* ita dici volunt, quod figuram litterae *Beta* referat, id ineptum ac futile est. Enim vero *beta* et ⲟⲩⲉⲧ (Nam etiam ⲟⲩⲉⲧ, λαχανα, redditum Deuter. xi. 10.) similes omnino sunt. Ac, quemadmodum Copti ⲟⲩⲉⲧ usurpant et ⲟⲩⲟⲧ, ita *beta* quasi βοτη, et ipsa a βοτος nomen trahere potuit. Eodem fere modo Galli, praesertim Turones, betam *Bete*, vocant etiam *jote* apud Menagium in *Origin. lingu. Gall.* Quod vocabulum Carolus Stephanus libro *de re hortensi* ducit a similitudine huius plantae cum littera *Iota*. Mirum profecto, betam a Gallis *jote* nuncupari, quia *Iota I* litterae videatur similis; eandem a Latinis *beta*, quod τυ *B* speciem exhibeat, appellatam. Facit ad rem ⲗⲁϫⲉⲙ, السلق, *beta* Scal. M. p. 264. Nam certe ⲗⲁϫⲉⲙ ortum videtur a לחם *Lechem*, *esca*, *cibus*, seu לחם *Lacham*, *vesci*, *comedere*. Quoniam ⲟⲩⲱⲧⲟⲩⲉⲧ *olera* ac *viridia* designat; hinc etiam pro viridi colore sumptum in elencho codic. Borg. pag. 609.

Ουραιον, *basiliscus*. Horus lib. 1. cap. 1. Οφιν, ὃν καλουσιν Αιγυπτιοι ουραιον, ὁ εστιν ελληνιστι βασιλισκον. Recte. Nam, ut a βασιλευς *Rex*, Graeci βασιλισκος *Regulus*: ita Graeco Aegyptii ab ⲟⲩⲣⲟ, quod *regem* apud eos exprimit, fecerunt ουραιον graeco more, velut ουριον, ut iidem Graeci ab οφις, οφιον. Et ουραιον quidem communis ac vulgata lectio est, eaque meo iudicio verissima. Nam si cum Mercero legas ουβαιον, is certe non refert βασιλισκον, sed *serpentem* generatim. Quippe ⲟⲃⲓⲟⲛ est الحية, *serpens* Scal. M. pag. 172. idem, atque οφιον.

Ⲟⲩⲱⲛ, ⲟⲩⲏⲛ, ⲕⲟⲩⲱⲛ, ανοιγειν, διανοιγειν. Ⲟⲩⲱⲛϩ, ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ, επιφαινειν, οπτεσθαι, δηλουν, αναδεικνυναι, δηλωσις, γνωστος. Consule lexicon Crozianum. Basmyr. ⲟⲩⲁⲛⲁϩ, ⲟⲩⲁⲛϩ. Parum haec differunt, praesertim ⲟⲩⲁⲛⲁϩ *vanah*, a بان *Bana*, *Vana*, *perspicuum ac manifestum esse*, *prodire*; et in 2. coniug. *declarare*, *manifestum facere*; et in quarta ابان *Abana*, *Avana*, *patefacere*: بين *Baien*, *Vaien*, *manifestus*, *evidens*: بيان *Baian*, *Vaian*, *osten-*

sio, *declaratio*. *A* in *O* vel *V* mutari solet communi dialecto. Ab ⲟⲩⲱⲛ, *aperire*, sive ⲟⲩⲱⲛⲧ fortasse est ⲟⲩⲱⲧⲉⲛ, ⲟⲩⲁⲱⲛⲓ; *foramen*, et ⲟⲩⲱⲧⲁⲛ τρυπαω Exod. xxi. 6. apud Wilkinsium: ubi male editum ⲟⲩⲱⲧ ⲁⲛ.

Ⲟⲩⲱⲛϣ, λυκος, *lupus* Iohan. x. 12. Matth. vii. 15. An est ab ⲟⲩⲱⲙ, *comedere*? Vel potius ab ⲟⲩⲱϣⲙ, καταναλισκειν, *consumere*, *comedere* thebaice? Unde ⲟⲩⲱⲙϣ. Quamquam ⲟⲩⲱⲙ et ⲟⲩⲱϣⲙ, tum significatione, tum litteris inter se fere conveniunt. Sane qui memphitice dicitur *ignis* ⲉϥⲟⲩⲱⲙ, graece καταναλισκων Deuter. iiii. 24. viiii. 3. et ad Hebr. xii. 28. idem est thebaice *ignis* ⲉϥⲟⲩⲱϣⲙ apud Crozium. A quo tamen erratum video. Neque enim ponit ⲟⲩⲱϣⲙ, *consumere* in sylloge sua, sed ⲱϣⲙ.

Ⲟⲩⲱⲙⲗⲉ, *abundantia*, *copia* theb. ⲟⲩ ⲟⲩⲱⲙⲗⲉ ⲛⲛ ⲕⲁⲣⲡⲟⲥ, *fructuum abundantia* in veteri codice, quem Georgius edidit anno 1789. p. 304. Item *abundare bonis*, *diffluere* Zachar. i. 17. in cod. Borg. ubi ⲥⲉⲛⲁⲟⲩⲱⲙⲗⲉ, διαχυθησονται, memphit. ⲉⲩⲉϥⲱⲛ ⲉⲃⲟⲗ. Convenit ⲟⲩⲱⲙⲗⲉ *Voole* cum בולי, בולין *Bole*, *Bolin*, *divites*, item *copiae*, *exercitus*, *abundantia fructuum* thalmud. rabbin.

Ⲟⲩⲱϣ, επιποθειν, βυλεσθαι, ορεξις, θελημα ad Rom. i. 11. Psalm. lxviiii. 2. ad Rom. i. 27. Psalm. xv. 3. Est ⲟⲩⲱϣ *Vosc* affine τῳ ܣܘܚܐ, סוחא *Suocho*, vel *Suoscio* (Nam ϫ seu Chet, veluti ϣ, proferri, multis probavi verb. Ⲩⲉϣⲓ et Ⲉⲛϣⲁⲓ) Est autem *Suocho*, vel *Suoscio*, *voluntas*, *cupido*, a ܣܘܚ, סוח, *velle*, *appetere* ductum. Deperit S, unde incipit *Suocho*, quod est valde frequens in usu loquendi. Consule Vossium *de permut. litter.* et Bochartum *Chanaan* lib. i. cap. 35. His adde ⲡⲓ ϭϭⲱⲟⲩ, *desiderium*, *cupiditas* Scal. M. p. 98. Et ϣϣⲱⲟⲩ, επιποθησις, επιποθειν, quod usurpant Aegyptii, praeposito verbo ϭⲓ. Praeter ⲟⲩⲱϣ, invenitur etiam ⲟⲩⲁϣ et ⲟⲩⲉϣ.

Ⲟⲩⲱϯ, διϊςαναι, αποσπασθαι, *abscedere*, *avelli*, Luc. xxiiii. 51. ⲟⲩⲟⲟⲧⲉ theb. Fere idem ⲟⲩⲱϯ *Voti* seu *voti* aut *voote*, ac ܒܥܕܐ *Buodo*, *distantia*, *longinguitas* syr. Unde *buoto* vel *vuoto*. Hoc autem a ܒܥܕ, quod in Aphel ܐܒܥܕ, *discedere*, *abesse*. Idem verbum est apud Arabes, بعد, ابعد, *distare*, *recedere*; بعد *distantia*, بعيد *distans*; quae ab ⲟⲩⲱϯ proxime absunt. Ⲟⲩⲱϯ

etiam dicitur διαςέλλειν, *separare*, *dividere* Malach. III. 11. Crozius ϯ ⲟⲩⲱ ponit διαςέλλειν: sed in loco, quem recitat, Levit. XI. 47. apud Wilkinsium est ⲟⲩⲱϯ. Pariter Isai. LVIII. 2. ⲥⲉⲟⲛ ⲟⲩⲱϯ, *separant* apud Tukium *gram. Copt.* 410. In Exod. XVIIII. 23. pro ⲟⲩⲱϯ legitur ⲟⲩⲉⲧ ἀφορίζειν. Verum aliquis fortasse ⲟⲩⲱϯ potius ducere velit ab ⲟⲩⲉⲓ vel ⲟⲩⲏⲟⲩ *distare*, *procul recedere* vel *abesse*.

Ⲟⲩϣⲁⲡ, quod *mutuo datur*, *mutuatio* Luc. XI. 5. ϯ ⲉⲡⲟⲩⲛ ϣⲁⲡ, *mutuum dare* Psalm. CXI. 5. Ⲟⲩϣⲁⲡ *Usciap*, fortasse ortum a לוי, *mutuum dare* vel *accipere* chald. syr. samar. Zeta per Scei reddita a Coptis passim occurrit. Posset etiam ⲟⲩϣⲁⲡ, sive, ut alias legitur, ϣⲁⲡ, δάνειον, *mutuum*, *fenus* repeti a شف *lucrum* vel *quaestum facere* arab. vel forsan a ϣⲱⲡ, ϣⲏⲡ, *recipere* aegyptiace.

Ⲟⲩϣⲁϣ, ϯ ⲟⲩϣⲁϣ, πατάσσειν, *percutere* Exod. VIII. 17. Nomen est ϣⲁϣ *plaga*, de quo infra; ⲟⲩ articulus; ϯ verbum. Quare ϯ ⲟⲩϣⲁϣ est *plagam infligere*.

Ⲟⲩϣⲏ ⲧ, *nox*, *tenebrae* theb. Iohan. XI. 10. in codic. Nan. et alibi. Non differt ⲟⲩϣⲏ *Usce* vel *Vsci* ab عشى, اشا, *Asci*, *Ascia*, *vesper*, *caligo*; اشى *Ascia caligare*. Invenies alia plura eiusdem modi apud Arabes. Frequentius in thebaicis libris est ⲧⲉ̀ⲩϣⲏ; quae vox composita est ex nomine cum articulo, nempe ex ⲧⲉ ⲟⲩϣⲏ. Unde a Crozio ⲉⲩϣⲏ, *nox*, inter thebaica vocabula recensetur.

Ⲟⲩϩⲉⲓⲉⲓⲧ ⲧ, βόθρος, *fovea* theb. Zach. III. 9. Non habita ratione vocalium, ⲟⲩϩⲉⲓⲉⲓⲧ nihil fere distat ab رهو, et رهوة, *terra depressa* et *cava* arab. ⲟⲩ cum و consonat, ϩ cum ه, ⲧ cum ة vel د.

Ⲟⲩϩⲏⲗⲗⲉ sive ⲟⲩϩⲉⲗⲗⲉ ϩⲉⲛ, *cantus*, *hymni*, *modulatae voces* theb. in elencho cod. Borg. pag. 581. 518. Nomen ab Oriente arcessitum videtur: ubi הלל *Hallel*, *canticum*, *hymnus*, et הלול, הלולא, הלולים, *canticum*, *cantica*, *hymni*, et alia huiusmodi.

Ⲟⲩϩⲱⲣ, Ⲟⲩϩⲟⲣ, κύων, *canis* Matth. VII. 6. Est ⲟⲩϩⲱⲣ vel ϩⲟⲣ, uti credo, ὀνοματοποίημα, exprimens vocem canum, qui provocati, *R quamplurima dicunt*, ut ait apud Charisium Lucilius. Id Arabibus هر *Harr*, Latinis dicitur *hirrio*. Quare Sidonius lib.

7. epist. 3. *Velut est canibus innatum, ut etsi non latrent, tamen hirriant*. Et lib. 9. epist. 16.

Prodat hirritu rabiem canino.

Itaque ⲟⲩϩⲱⲣ, quasi *hirriens*, opinione mea, canis ab Aegyptiis est appellatus. Theb. ⲟⲩϩⲁⲣ in reliqu. lib. medic. Borg. Alias ϩⲟⲟⲣ, uti Iob VIIII. 9. ⲥⲟⲩ ⲛϩⲟⲟⲣ, *stella canis*.

Ⲟⲩϫⲁⲓ, σωτηρια, σωτηριον, σωζειν, γινεσθαι ὑγιης, *salus, salutare, salvare, sanum fieri* Psalm. III. 2. VIIII. 14. XXXII. 16. Iohan. V. 9. Ducitur ⲟⲩϫⲁⲓ *Vgiai*, idem sane atque ⲟⲩϭⲁⲓ, ab הושיע *Hoscia, salvavit* hebr. Namque Scin cum G commutatur, uti est ⲙⲁϣⲓ et ⲙⲁϫⲓ, *ascia*, ⲟⲩⲟϣϥ et ⲟⲩⲱϫⲡ, *conterere*, ⲙⲉϣⲧⲟⲗ et מגדול, *Magdolum &c.* Eodem spectat ⲟⲩⲟϫ, *sanus*. Sed etiam ὑγιης et ὑγιεια similia τῳ ⲟⲩⲟϫ et τῳ ⲟⲩϫⲁⲓ; ut mihi quum aegyptia, tum graeca ab Oriente petita videantur. Ab ⲟⲩϫⲁⲓ vel ⲟⲩⲟϫ, praeposito verbo activo, fit ⲧⲟⲩϫⲟ et ⲧⲟⲩϫⲉ, *salvare, sanare*.

Ⲟⲩϭⲏ, سفرجلة, *malum cydonium* Scal. M. pag. 259. Item pag. 178. ⲟⲩϭⲏ, سفرجل, *mala cydonia*. Profecto non aliud ⲟⲩϭⲏ *Use* vel *Ouse* a חבושא *Habusa* seu *Havusa*, *malum cydonium* chald. dempta adspirata littera, cuiusmodi sunt exempla quamplura. Pro ⲟⲩϭⲏ male Crozius in lexico ϭⲏ ponit, ⲟⲩ scilicet habens pro articulo: quum tamen ⲟⲩϭⲏ non tantum singulare sit, sed etiam plurale.

Ⲟϣϫ, καταχριειν, *linire, obducere* Exod. II. 3. In Actis cap. XXIII. 3. est ⲟϣϫ ⲛⲕⲟⲛⲥ, *obducere calce*, quod graece uno verbo κονιαν. Ⲟϣϫ *Osg* idem cum שוע chald. *linire, calce obtegere*, vel cum אשע *Atag* in Aphel. Hoc idem verbum Syris usitatum est.

V

Π

Πⲁⲓϣⲉ ⲧ, *sanatio*, *remedium morbi*, *medicamen* in reliqu. lib. medici Borgianis : ubi ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓϣⲉ ϯ ⲧⲁⲣⲕⲟ ⲙⲙⲟⲕ ⲡⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ &c. *Pro morbi remedio adiuro te angele &c.* Deinde, Ⲙⲁⲣⲉ ϯ ⲡⲁⲓϣⲉ ⲉⲓ ⲉⲃⲟⲗϩⲛ ⲛⲟⲩⲣⲓⲏⲗ Γⲁⲃⲣⲓⲏⲗ Ⲣⲁⲫⲁⲏⲗ, *Prodeat medicamen ab Uriel*, *Gabriel*, *Raphael*. Alibi ⲟⲩ ⲡⲁⲓϣⲉ *medicamentum*. Non est ⲡⲁⲓϣⲉ *Paisce* diversum a ፈውስ, *Pavisci*, pariter *remedium*, *sanatio*, *medicamen morbi* aethiop. quod a verbo ፈወሰ, *curare*, *sanare morbum*. Iod et Vau in Oriente invicem mutant.

Παμφανης, *sempervivum* herba. Aegyptium nomen memoriae mandavit auctor appendicis ad Dioscoridem cap. 49. lib. 4. Puto ab Aegyptiis ita litteris traditum, ⲡⲁϩⲙ̀ⲫⲉⲛⲉϩ, vel ⲡⲁϩⲙ̀ⲫⲉⲛⲉϩ *Pahmpheneh*. ⲁϩⲓ est *vita*, *vivum*, ⲫⲉⲛⲉϩ *saeculum*, *aeternitas*. Ita ⲡⲁϩⲙ̀ⲫⲉⲛⲉϩ erit *semper* vel *aeternum vivens* : quomodo Graeci ac Latini herbam denominant, illi αειζωον, hi *sempervivum*. Iidem Graeci vocant etiam αειθαλες, αμβροσιον, αιωνιον, ut est in eadem appendice, utique δια το αειθαλες των φυλλων, quae sunt verba Dioscoridis cap. 49. cit.

Πⲁⲛⲑⲟⲗⲱⲃⲥ, vel ⲡⲁⲛⲑⲟⲗⲟⲃⲥ, وحيد القرن, *unicornis* Scal. M. pag. 165. Commune apud Coptos *unicornis* vocabulum est, ⲡⲓⲧⲁⲡⲛⲟⲩⲱⲧ, vel ⲫⲁⲡⲓⲧⲁⲡⲛⲟⲩⲱⲧ. Πⲁⲛⲑⲟⲗⲱⲃⲥ vero certe idem, atque ανθολοψ Graecis, de quo haec Eustathius in *Hexaëmeron*, Εστι δε ζωον ανθολοψ, σφοδρα δριμυτατον και δυσθηρατον, εχον δε μακρα κερατα, ὁμοια πριοσιν. δενδρα μετεωρα και μεγαλα πριζει. διψησαν δε ερχεται επι τον Ευφρατην ποταμον· και πιων παιζει ταις ερικαις, ταις ουσαις παρα ταις οχθαις του ποταμου, και δεσμειται ὑπ' αυτων. λεπτοκλωνοι γαρ ὑπαρχουσαι, εμπλεκονται αυτου περι τα κερατα, και βοα· και οἱ κυνηγοι ακουομενοι, ευθεως αυτον συλλαμβανουσι, και αναιρουσιν. Hic idem hebr. est יחמור Deuter. XIIII. 5. et III. Reg. IIII. 23. Nam talem يحمور, alias يامور, exhibent Arabes, cuiusmodi est ανθολοψ apud Eustathium. Arabum scriptorum loca lege sis apud Bochartum *Hieroz.* part. 1. lib. 3. c. 22. Porro ανθολοψ, non graecum origine, sed aegyptium, olim, ut credo, ⲛⲧⲁⲗϩⲱⲡ,

quo animantia significantur in lingua aegyptia elatis ac celsis cornibus, quia ⲧⲁⲗⲉ, *elevare*, *attollere* est, ϩⲱⲡ *cornu*. Inde ανθολοπες et ανθολοψ factum a Graecis, eoque nomine descriptum ab Eustathio atque Arabibus animal insignitum est. Rursus ex ανθολοψ, ⲡⲁⲛⲑⲟⲗⲟⲃⲥ, praefixo articulo singul. Copti recentiores. Quadrat vero perbelle in antholopem haec notatio vocis. Relege Eustathii verba, εχει δε μακρα κερατα, ὁμοια πριοσιν· και δενδρα μετεωρα και μεγαλα πριζει, hoc est *altis ac serratis cornibus instructus est, quibus proceras magnasque arbores petit ac findit*.

Ⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲓ, بندق, *nux avellana* Scal. M. pag. 176. Male Crozius ⲁⲛⲧⲟⲕⲓ. Neque enim est aliud vocabulum ⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲓ ac بندق, quo Arabes ac Persae avellanam nucem denominant. Hoc autem acceptum a Graecis. Namque hi ποντικον καρυον, *Ponticam nucem* dicunt, quam Latini *Avellanam*. Itaque a ποντικον est بندق. Omissum το καρυον ab Arabibus, uti faciunt in aliis. Cuiusmodi est مليون *Haliun*, qua voce asparagum vocant, ex ἱλειον; quia ἱλειον ασπαραγον appellant Graeci. Sunt enim plura asparagorum genera, ἱλειοι scilicet atque ορειοι, quos commemorat Athenaeus lib. 2. pag. 62. Legitur tamen etiam اسفراج, *asparagus*, nomine pariter a Graecis assumpto. Quemadmodum ⲡⲁⲛⲧⲟⲕⲓ ex بندق, sic etiam ⲃⲁⲣⲁⲕⲟⲛ, *spuma nitri* in eadem Scala M. pag. 204. factum ex بورق, quod Arabes efferunt *Burakon*, vulgo *borax*. Graeci dicunt αφρονιτρον, de quo Dioscorides lib. 5. cap. 130. بورق autem est a verbo برق, *splendere*, *fulgere*, *splendor*. Ex eodem fonte Iudaei doctores בורק, *albidum*, *subalbidum* vocant. Addam de ⲕⲟⲓⲣⲓ, *nuces iuglandes*, quod inter aegyptias voces recenset Crozius ex Scal. M. Kirkeriana pag. 177. id mihi ex graeco τα καρυα natum videri.

Paxamacium. Cassianus de *Instit. renunc.* lib. 4. cap. 14. collat. 2. cap. 11. 19. 24. et alibi. Tzezes chil. 2. Iohannes Carpathius episc. Palladius *hist. Lausiac.* cap. 28. et in *Apophthegm. Patrum* &c. Erant autem *Paxamacia* panes, quibus monachi quotidie ad victum utebantur. Nomen vero aegyptiacum puto, denotans vi sua *minutos* vel *parvos panes*, αρτισκους, αρτιδια, copticis litteris ⲡϣⲟⲙⲱⲓⲕ vel ⲡϣⲁⲙⲱⲓⲕ aut ⲡϣⲁⲙⲁⲓⲕ, *Psciamoik*, *Pasciamoik*, *Pasciamaik*, unde Graeci ac Latini *Paxamacium*; namque hi saepe ϣ, ש per X reddunt. Coniuncta enim vox est a

ϣⲟⲩⲓ, ϣⲏⲙ, *minutus*, *tenuis*, *parvus*, et ab ⲱⲓⲕ *panis*, basmyr. ⲁⲓⲕ. Revera huiusmodi erant Paxamacia, nempe *panes parvuli*, ut a Cassiano collat. 2. cap. 19. et ab aliis dicuntur, quorum singuli sex uncias non aequabant. Graeci recentiores nomen extraneum varie declinarunt. Quapropter ii non tantum *παξαμάτιον*, sed et *παξαμάδιον* et *παξαμίδιον* et *παξαμάτης* et *παξαμᾶς*. Hoc Suidas dicit *δίπυρον ἄρτον*, *panem iterum coctum*: recte: nam ita parari solebant Paxamacia, quo diutius durarent. Quod vero addit, vocem esse romanam, intellige a Romanis adhibitam. Hi enim fortasse dederunt Graecis, postquam ab Aegyptiis habuissent. Certe nullam huius nominis rationem in latino sermone reperies, quemadmodum nec in graeco. Ineptiunt enim, qui a Paxamo ducunt, scriptore *τῶν ὀψαρτυτικῶν*. Melius Ger. Vossius lib. 3. *de vitiis sermon.* cap. 34. nomen acceptum coniecit a monachis Aegypti. Cuius deinde apud Latinos et Graecos recentioris aevi varius ac multiplex usus fuit. Eam ob caussam Isidorus in glossis *Paximatum*, *panis subcinericius*. Aliud enim proprie Paximatum vel Paximatium fuit. In elencho codicum aegypt. Borg. nuper edito pag. 344. lego ⲡϣⲟⲙⲛⲧ ⲛⲕⲟⲩⲓ ⲛⲱⲓⲕ, *tres parvi panes*, graece *τρεῖς παξαμάδας* in *Apophthegm. Patrum* Cotel. pag. 643. latine *tres paximates* in *Vit. Patrum* Roswed. pag. 652. quibus in locis eadem historia scripto tradita.

Πάπυρος, *papyrus*, arbuscula Aegypti. De origine vocis nihil melius occurrit, quam si putemus fictam a ϭⲓⲣ, *corbis*, praefixo art. ⲡⲁ, quae simul nota est pronominis possessivi, significans id, quod aliquo refertur, sive ad illud inservit ac pertinet: quo communis ac vulgaris plantae usus in Aegypto ad cophinos, cistas, arculas ac huiusmodi plectilia opera conficienda notatus. Auctor perdocti operis Romae editi, *Charta papyracea Borgiana &c. papyrum* dici putat a *Berd* (namque ita ab Aegyptiis papyrum denominari scribit Alpinus lib. *de plantis Aegypti* pag. 110.) a *Berd*, inquam, praeposito articulo, unde ⲡⲃⲉⲣⲧ. Verum nec facile a ⲡⲃⲉⲣⲧ seu ⲡⲁⲃⲉⲣⲧ, fieri potest *papyrus*: et *Berd* aut *Berdi* est vox arabica (fortasse ab ⲉⲣⲃⲓⲛ seu ⲡⲉⲣⲃⲓⲛ nata) Scal. M. pag. 198. ⲡⲓ ⲉⲣⲃⲓⲛ, البردى *Alberdi*, *scirpus*, *papyrus*, *iuncus*. Vetus *expositio nominum arabicorum* in calce oper. Avicennae, *Al berdi*, *papyrus*. Et Exod. II. 3. interpres Arabs

apud Waltonum تابوت بردى , *arcam iunceam*, *papyraceam*. Alius codex تابوتا من بردى , *arcam ex iunco*, vel *papyro*. Samaritis item גמאה, *papyrus*, *scirpus*. Enimvero voces pleraeque ab Alpino recensitae, arabicae sunt. Sunt enim illae ipsae, quas in Aegypto aetate sua Copto-Arabes usurpabant. A ϧⲁⲣ seu ϧⲁⲓⲣⲓ *cophinus*, fortasse etiam Graeci σπυρὶς. Melius tamen meo iudicio ducitur a ضفر, *plectere*, *nectere*, *plexus*; ضفير, ضفيرة, *perplexus funis*, *complexus crinium*. Punctulum enim τῷ Sad recentius inscriptum, contemnendum est. Eodem modo Aethiopes ፀፈረ, *plectere*, *contexere*, ፀፍር, *opus tortile*, *plexus*, πλοκη, ἐμπλοκιον. Huiusmodi est σπυρὶς, *corbis*, ex viminibus aut flexilibus virgis contextus. Nihil heic dicam de Ⲥⲁⲣⲅⲁⲛⲏ, مرقانية, زنبيل, *cophinus*, *sporta* in Scal. El. pag. 357. Nam est graeca vox σαργανη, quae legitur II. ad Cor. XI. 33. ubi etiam Coptus interpres ⲥⲁⲣ// ⲅⲁⲛⲏ. Quamquam Graeci a Chaldaeis, aut Syris acceperint, quod advertit Bochartus *Phaleg.* lib. 4. cap. 10. et qui ad Epistolas Paulli commentati sunt. Prior vox arabica mendose edita erat sic زنبل: emendavi. Altera مرقانية, ficta est ex graeca σαργανη. Corrige Kirkerum, qui ista, *phtysis*, *tabes* interpretatus est.

Ⲡⲁϭⲥⲉ, *sputum* theb. Matth. XXVI. 61. apud Tukium p. 374. ubi pro ἐνέπτυσαν est, ⲁⲩⲛⲉϫⲡⲁϭⲥⲉ. Communi dialecto *conspuere* dicitur ⲛⲉϫⲑⲁϥ in Encom. Pisentii ex codic. Borg. quod alias ϩⲓⲑⲁϥ. Isaiae L. 6. αἰχυνη ἐμπτυσματων, ⲡϣⲓⲡⲉ ⲛⲛⲡⲁϭⲥⲉ apud eundem Tukium pag. 562. Etiam ⲡⲁⲧⲥⲉ *sputum* theb. et ⲛⲉϫ// ⲡⲁⲧⲥⲉ, *spuere* in elencho cod. Borg. nuper edito p. 434. Iam ⲡⲁϭⲥⲉ et ⲡⲁⲧⲥⲉ, *sputum*, *sputa*, nomen habent, mea sententia, a ⲡⲁⲥⲧ seu ⲡⲁⲥⲧⲉ, *spargere*, *inspergere*: ut in lib. med. Borg. ⲛⲅⲡⲁⲥⲧϥ ϩⲓ ⲙⲟⲟⲩ ϩⲓ ⲛⲉϩ ⲛⲟⲩⲛⲣⲧ, *et sparge eum* (iuncum aridum) *in aquam et in oleum rosaceum*. Cum ⲡⲁⲥⲧ autem et ⲡⲁⲥⲧⲉ convenit παστω et παστος. Radix, unde ista nata, videtur esse פוץ, פץ *Phats*, *Phast*, *spargi*, *disperg?*, *dispersus est*. A ⲡⲁⲧⲥⲉ factum reor ⲡⲁⲧⲥⲉⲕⲱⲧ, significans eum, qui aedificia calce aut albario aliave materia illinit. Nam ⲕⲱⲧ, *aedificare*, *aedificium*. Vox legitur in elencho cod. Borg. p. 506.

Ⲡⲉⲗϭⲉ, *tritus*, *attritus*, *conscissus*, *scissura* theb. Matth. VIII. 16. apud Tukium gram. copt. pag. 100. ubi ϣⲧⲏⲛ ⲙⲡⲉⲗ//

ϭⲉ, *tunica lacera, trita*, graece ἱμάτιον παλαιον, *vestis antiqua*, id est *detrita*; quia παλαιον et παλαιωθαι more loquendi apud Hebraeos communi atque usitato saepe in sacris libris notat res vetustate corruptas, sicuti vestes, quae longo usu teruntur. Quare Isai. L. 9. παλαιωθησεσθε, ὡς ἱματιον: ubi Hieronymus, *quasi vestimentum contererentur*: sic etiam theb. apud Tukium in grammat. pag. 235. ⲧⲉⲧⲛⲁⲣⲡⲉⲗϭⲉ ⲛⲑⲉ ⲛⲛⲓϩⲟⲓⲧⲉ, *tamquam vestes contereminі*. ⲣⲡⲉⲗϭⲉ, *atteri, corrumpi*. In loco cit. Matthaei ἱματιον παλαιον interpres Memphit. vertit, ⲟⲩⲫⲉⲗϫⲓ ⲛϩⲃⲱⲥ ⲛⲁⲡⲁⲥ, *scissura* aut *detrita pars vestimenti veteris*: Thebanus vero, ϣⲧⲏⲛ ⲙⲡⲉⲗϭⲉ, *vestem detritam*. Porro ⲡⲉⲗϭⲉ idem ac ⲫⲉⲗϫⲓ; de quo infra agam, ac unde sit, indicabo. Mutant enim Thebaei ϫ in ϭ interdum, et adspiratas in tenues.

Ⲡⲉⲙⲯⲉⲙⲡⲧⲉ. περιστερεων, ἱερα βοτανη, *verbeneca*. Hoc verbenacae cognomen, ab Aegyptiis adhibitum legitur in append. Dioscor. pag. 466. Apuleius etiam cap. 3. de verbenaca, *Aegyptii Pempsempte*. Puto his litteris expressum, ⲡⲥⲓⲙⲡϭⲉⲙⲛⲧⲉ, *Psempsempte*, id est *herba virtutis Dei*. Nam ⲥⲓⲙ. *herba* est, ϭⲟⲙ aut ϭⲉⲙ, *vis, virtus*, ⲛ̄ⲧⲉ *Deus*. Est idem certe *Diosatis*, quo nomine insignitam a Graecis verbenacam scribit eodem capite Apuleius. *Diosatis* quippe, graece Διοσαθη, valet *Iovis* αιδοιον, hoc est *Dei virtus*. De verbenaca multa Plinius, qui cur eadem *hierobotanon* ac *divinae virtutis* diceretur, ostendit lib. 25. sect. 59. Addam de recta verbenaca (nam duo sunt genera, περιστερεων ορθος και ὑπτιος) veteris poëtae versum lib. *de virtut. herb.* apud Fabric. bibl. gr. tom. 3. pag. 640.

Ορθος μεν τεινει ευρυν φυσιν ως Αφροδιτην.

Quod ad cognomen *Diosatis* fortasse pertinet. *Thiophenges* vero, quo pariter verbenaca in Aegypto significabatur, supra explicatum habes: ubi eandem vim, quae in *Pemsempte* ac *Diosatis*, in eo insitam, probabili vocis notatione commonstravi.

Ⲡⲏϣ, *stillare, rorare* theb. apud Georgium lib. *de mirac. S. Coluthi* pag. 64. ubi sic, Ⲛⲁϥ ⲉϥⲡⲏϣ ⲛⲥⲛⲟϥ, graece κρεας ἡματωμενον, *carnem sanguine stillantem*. Ⲡⲏϣ autem ita sumptum, convenit cum نش, *stillare, effluere* arab.

Ⲡⲓⲥⲧⲁⲩ, theb. ⲡⲉⲥⲧⲁⲓⲟⲩ, *nonaginta*. Fit, opinor, a ⲯⲓⲧ *novem* more Orientalium, qui numero singulari exprimunt unita-

tes, plurali decades. Namque in ⲁⲩ, vel ⲛⲟⲩ, sive ⲁⲓⲟⲩ pluralia finiri solent a Coptis. Itaque a ⲧⲓⲥ seu ⲡⲥⲓⲧ, habebimus ⲡⲥⲓⲧⲁⲩ, ⲡⲥⲓⲧⲁⲓⲟⲩ; aut ⲡⲓⲥⲧⲁⲩ, ⲡⲓⲥⲧⲁⲓⲟⲩ, vel ⲡⲉⲥⲧⲁⲓⲟⲩ.

Ⲡⲣⲏϣ, *stragulum* theb. in codic. Nan. pag. 248. Ubi ⲟⲩⲛ ⲡⲣⲏϣ ⲛϥⲱ, *stragulum e pilis contextum*. Nam ϥⲱ, ϥⲱ, *crinis*, *pilus*. Est ⲡⲣⲏϣ utique a فرش, فراش *Phrasc*, *Pharsc*, *stratum*, *stragulum*, *storea* arabice. Hoc autem a فرش, *expandere*, *sternere*. Item hebr. פרש, syr. פרס, *extendere*, *expandere*.

Pyramis. Nomen fortasse datum ab altitudine. רום *excelsum esse*, רום *altitudo*, רמה *Rama excelsum*. Etiam coptice ⲡⲁⲙⲁ, علو, *sublimitas* Scal. M. pag. 49. Praefixo articulo fit ⲡⲓⲣⲁⲙⲁ, ⲡⲓⲣⲁⲙⲓ. Graeci tamen πυραμις cum υ scribere maluerunt; quasi απο τȣ πυρος, *ab igne* vel *flamma*, quam imitatur figura sua, diceretur. Arabes هرم *Haram* pyramidem appellant. Quod mihi ab eadem origine petitum videtur. An id est הרם *Haram* notans *excelsum*, *sublime* Hebraeis? Golius هرم ab הרמון, *arx*, *palatium* derivat. Sed hoc ipsum a רום pariter ortum, opinio est.

ⲛⲓ Ⲡⲩⲣⲅⲟⲥ ⲙⲙⲁϩ ⲓ̅ⲃ̅, البروج الاثنى عشر, *signa Zodiaci duodecim* Scal. M. pag. 49. Ad verbum *arces* seu *turres duodecim*. Nam ⲡⲩⲣⲅⲟⲥ graece *turris*. Sic vero eadem signa vocant Arabes, بروج *Burug*, *arces*, *turres*, *propugnacula*. Singulare est برج *Burg*, certe a πυργος effictum. Quippe quum caeli medium, seu verticem zodiacus occupet, merito signa eius *arces caeli* ab Arabibus denominantur. Eadem Graeci astrologi δωδεκατημορια, et δωδεκατοπȣς. Etiam δωδεκαπυργȣς dixisse videntur. Siquidem δωδεκαπυργον τετρακτυν ex Demophilo adfert Kirkerus in *Oedipo* tom. 2. part. 2. Profecto Zodiacum, signis distinctum, *arcem mundi* vocat etiam Manilius: cuius carmina, quoniam video ab aliquibus non intellecta, ex lib. 1. των *Astronomicon* proferam:

Nunc tibi signorum lucentes undique flammas
Ordinibus certis referam: primumque canentur,
Quae media obliquo praecingunt ordine mundum,
E quibus et ratio fatorum ducitur omnis;
Ut sit idem mundi primum quod continet arcem.
Aurato princeps Aries in vellere fulgens
Respicit admirans aversum surgere taurum.

Quorum haec sententia, *Nunc referam caeli signa: sed primum*

canam, quae media &c. id est Zodiaci, *e quibus ducitur fatorum ratio: ut primum sit, quod continet arcem mundi*, seu, ut ab arce mundi sermo instituatur. Tum Zodiaci formas enumerare incipit, ab ariete exorsus, sic, *Primus Aries admirans respicit, Taurum surgere aversum &c.* Sed haec, licet planissima, non tamen percepit Fayus Manilii editor Parisiensis. Quare et versum corrupit legens, *ut sit idem, mundi primam qui continet arcem*; et hunc ipsum prave iunxit cum consequentibus. Qui enim sensus in his, *ut sit idem, qui primam mundi arcem continet, princeps Aries respicit &c.* Fayum sequitur aliqua parte Stoëberus, qui Manilium Argentorati in lucem emisit. Sic enim una cum illo ad hunc locum, *Mundi continet arcem*) *scilicet aries*, inquit. *Putabant namque eo die, quem mundi natalem praedicant, arietis signum media caeli tenuisse*. Sed haec profecto nihil ad rem. *Quod mundi continet arcem*, Zodiacus Manilio est, non Aries. Id enim carminum sententia, quam supra exposui, omnino postulat.

* Sequuntur in Scala M. nomina signorum Zodiaci, quorum pleraque graeca sunt, aliqua valde corrupta. Quartum Ⲥⲁⲣ-ϫⲱⲓⲟⲛ, *cancer*, est, ut opinor, arabicum, seu ex arabico مرطان *Sartan* expressum. Licet syriacum כרטנא *Sartono*, propius est.

* Subiicitur his ⲡⲓ ⲙⲱⲓⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓ ⲧⲟϩ, *via paleae*, id est lactea via, vel orbis lacteus. Arabes pariter طريق التبن, *viam paleae*. Iidem plerumque vocant المجرة *Almagiret*, *tractus*, *semita*. Ita in Scal. M. loc. cit. المجره وهى طريق التبن, *Almagiret, hoc est via paleae*. Sed etiam طريق اللبانه, *semitam lacteam* ab iis denominatam, ut a Graecis ac Latinis, notat Scaliger ad *Manil.* pag. 92. Cum Coptis atque Arabibus conveniunt Syri ac Chaldaei. Nam et ipsi שביל תבנא, *viam straminis* vel *paleae* appellant. Addendi Aethiopes. Putat autem Kirkerus *in supplem. Prodrom.* pag. 560. et in *Oedipo* tom. 2. part. 2. pag. 242. hoc omnes accepisse ab Aegyptiis. Fingunt enim, inquit, Typhonem Isidis fugientis fasciculum spicarum sibi obiectum in caelo dispersisse: unde plagae illi *via straminis* nomen in hunc diem mansit.

* Post haec recensentur ⲛⲓ ⲙⲟⲛⲏ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲙⲉⲧⲓⲟϩ *stationes lunares*. In quibus (neque enim erit id inutile) enarrandis nos paullum morabimur.

* Ⲕⲧⲧⲱⲣⲓⲟⲛ. Haec prima lunae statio. Arabice المرطين وهو راس الحمل, *Alsartin*, id est *caput arietis*. Eam describit Alferganus *in Elem. astron.* cap. 20. Fortasse ⲕⲧⲧⲱⲣⲓⲟⲛ, *Citorion*, quod legas *Sitorion* (multi enim populi *Ci* enunciant *Si*) factum a سرطين *Sartin*, unde *Satarin*, *Sitorin*. Ⲕⲧⲧⲱⲣⲓⲟⲛ a Kirkero *in Supplem. Prodr.* pag. 561. expositum *piscis Hori*. Cuius intellectus non aliam habere potuit rationem, nisi nomen, quod signare videtur *cetum Orionis*. Nam piscis Hori nulla, quod sciam, mentio est, nec apud Coptos, nec apud Arabes.

* Ⲕⲟⲗⲓⲱⲛ, البطين *Albatin*. De hac statione Alferganus cit. cap. البطين، وهو بطن الحمل، ثلث كواكب صغار متقاربة; *Batin est venter arietis. Sunt autem tres stellae parvae propinquae.* Videas revera in arietis ventre tres istas stellas inter se proximas. In libro *Camus* statio lunae *Batin* ponitur triangulum. En eius verba ex Kirkero in *Supplem.* pag. 561. بطين هو منزل القمر، فهو مثلث عند بطن الحوت, *Batin, statio lunae est, nempe triangulum circa ventrem piscis*. Sed vereor, ne ab auctore eius libri erratum fuerit. Videtur enim *Batin*, quod est *venter* arietis, accepisse pro *Batin alhhuth*, quod est *venter piscis*, eademque vicesima octava ac ultima lunae statio. Iam ⲕⲟⲗⲓⲱⲛ mihi videtur esse, tamquam *κοιλιον* a *κοιλια venter*, quo Copti recentiores *το* بطين *Batin*, *ventriculum* reddere voluerunt: nisi tamen duxerint a *κωλον* seu *κολον*, *intestinum*, *alvus*. Kirkerus *in Supplem. Prodr.* et in *Oedipo* explicans *statio connectens*, quid sibi velit, ignotum.

* Ⲱⲣⲓⲁⲥ, الثريا. Hoc domicilium lunae praebent Pleiades, quae stellae sunt in signo Tauri. Quare الثريا vel التوريا *Altoreia* vocantur; unde stationi nomen. Eadem dicitur النجم *Alnagem*, quomodo etiam Pleiadas appellant, veluti proprio nomine; quum generatim نجم *stellam* designet. Lege Alferganum cap. 20. Ⲱⲣⲓⲁⲥ porro an est factum ab *ωριον*, quod est signum Tauro proximum? Vel idem natum a ثريا *Toria*, unde Ⲧⲱⲣⲓⲁⲥ Copti; quod postea scriptum ⲱⲣⲓⲁⲥ, quum *T* forsan pro articulo feminino haberetur? Kirkerus *in Supplem.* pag. 561. ⲱⲣⲓⲁⲥ interpretatur *stationem Hori* ob occultas quasdam, quas persequitur, rationes. Eum adeat, qui vult. Nam ego quidem a vero illum aberrare arbitror. Habet enim pro antiquis isthaec vocabula, quae infima aetate conficta sunt, ac partim e graeco sermone, partim ex arabico prave deflexa.

* Ⲉⲝⲁⲥⲧⲣⲁⲛ, quod sequitur, alterum est eiusdem domicilii lunaris nomen. ἔξαστρον dicitur ab Arato Pleiadum ἀστερισμος, nempe *signum sex stellarum*, quod a Graecis ἡ πλειας nuncupari solet, idemque ἑπτάστερον ab Eratosthene *Catasterism.* cap. 23. Alii enim sex, alii septem Pleiadas dicebant; qua de re multa veteres fabulantur. Hoc idem lunae hospitium Abenragelus in *Astrologia* apud Kirkerum loc. cit. vocat دجاجه السما مع بناتها, id est *Gallina caeli*, vel avis, *cum filiabus suis*. Quod sane convenit cum fabulis poetarum. Nam Atlantis filiae, quae Pleiades in caelo feruntur, quondam Orione persequente, quum Deos fuissent precatae, προς πελειαδας ημειφθησαν, *In columbas conversae sunt*, auctore Theone in scholiis ad *Aratum* vers. 254. Quod etiam ipso nomine praeferunt. Siquidem Pleiades a poetis vetustissimis Simonide, Pindaro, Aeschylo et aliis apud Athenaeum lib. 11. p. 490. 491. πελειαδες, quae aves sunt ex columbarum genere, dictae atque habitae sunt. Quare Athenaeus eodem loco dubitat, utrum πελειαδες, quas in poculo Nestoris insculptas finxit Homerus, forma virgines essent, an vero columbae stellis conspersae.

* Ⲕⲗⲁⲥⲟⲥ. Arabes الدبران hanc, quae numero quarta est, lunae stationem vocant. Significat porro *Aldebaran*, tum generatim stellas, quae ὑαδες a Graecis, *suculae* a Latinis dicuntur, sitas in Tauri capite; tum maxime illustriorem illam, quae est ad oculum eius australem: ex quo عين الثور, *oculus tauri*, haec eadem statio appellatur. Alferganus cap. 19. في الثور الكوكب الاحمر الذى على عين الثور، ويسمى الدبران, *et in Tauro stella rubicunda ad eius oculum, quae Debaran nuncupatur*. Congruit vero nomen cum re. Nam دبارى Avicennae aliisque Arabibus vocantur astra lucidiora: haec autem stella inter eas, quas magnitudinis primae cognominare solent, numeratur ab Alfergano cap. 19. aliisque astronomiae peritis. Eadem a Graecis λαμπαδιας, certe ob insignem splendorem, dicitur, teste Avieni scholiaste. Huetius tamen ad *Manilium* pag. 79. defendit, non ita *Aldebaran* interpretandum esse. Nam, inquit, *aliam nominis significationem afferunt Arabes, et exponunt sequentem, quod sequatur Pleiadas, et post eas oriatur*. Etsi autem Huetio credam, ita ab aliquibus *Aldebaran* fuisse explicatum: ego tamen, quod posui, verius existimo. Hanc ipsam stellam, de qua loquor, etiam الفنيق *Alfenik*

ab Arabibus denominatam scribit, quem saepius appello, Alferganus cap. 20. Quod ego nomen arabicum non credo. Nulla enim eius ratio, quae quidem apta atque accomodata sit, ex arabica lingua duci potest. Mihi videtur omnino, فنيق *Fenik* seu *Phenik*, factum a φοινιξ, quod graece *subrubrum*, seu *puniceum* notat. Hesychius, Φοινιξ· ὁ πυῤῥος τῳ χρωματι. Apollonius *Argonaut.* lib. 2. Φοινικι λοφῳ επελαμπετο πηληξ, id est *rubra crista fulgebat galea*. Iam vero stella haec ruboris splendore insignis est. Unde ὑποκιῤῥον, *subrubeam* vocat Ptolemaeus; et hebraice dici אדום, *rubram* tradit Aben Ezra apud Scaligerum ad *Manil.* pag. 480. Item Alferganus الاحمر *rubicundam* esse notat loc. cit. En igitur caussa, cur eam *Phenica*, id est phoeniciam, aut puniceam Arabes dixerint, accepto a Graecis vocabulo, quod postea, veluti eius sideris proprium, habitum est. Venio ad Κλⲁⲥⲟⲥ. Hoc quidem lunaris, quae proxime sequitur, stationis nomen est in Scala Kirkeriana; huius autem, in qua sumus, ⲡⲓ ⲥⲓⲣⲓⲟⲛ. Ego ordinem inverti, et heic omnino κλⲁⲥⲟⲥ, illic ⲡⲓ ⲥⲓⲣⲓⲟⲛ ponendum existimavi certa ratione. Iungendum enim fuit ⲡⲓ ⲥⲓⲣⲓⲟⲛ cum راس الجوزا, *Ras elgeuse*, quae est *caput Orionis*, et quintum lunae domicilium praestat. Itaque Κλⲁⲥⲟⲥ huc referendum, maxime quum in hunc locum congruere ac convenire manifestum sit, si tamen eius vim atque originem adsequuti sumus. Puto enim Κλⲁⲥⲟⲥ *Clisos* fictum a Coptis, vel etiam ab ipso Scalae M. auctore, quum aegyptia non suppeterent, quae arabicis lunarium hospitiorum vocabulis responderent, fictum, inquam, a قلايص *Calais* vel *Calaiso*, quod legas sis *Claiso*. Nam hoc ipsum est Hyadum vel Sucularum nomen, in quibus habitat luna statione quarta, de qua nunc verba facimus; quae aliter, una cum ea, quae est ad oculum Tauri, vocantur الدبران *Aldebaran*. Audi Alferganum cap. 20. ومعه كواكب اصغر، منه تسمى القلايص, id est, *et cum illa* (quae oculus Tauri) *sunt minores stellae, quas dicunt Alcalais*. Arabas porro, ut etiam de sensu τȣ *Alcalais* aliquid dicam, suspicor, ita Hyadas cognominasse a verbo قلص, quod ipsis, *aquam crescere atque efferri*, significat; unde قلاص vel قليص est *augescens* et *sese efferens aqua*. Hyades vero imbres ac pluvias ortu suo concitare existimabantur: unde et ipsis nomen datum απο τȣ ὑειν, a *pluendo*. Eas Latini *Imperite*, ut ait Cicero lib. 2. *de*

natur. Deor. cap. 43. *suculas* appellarunt, *quasi a suibus essent, non ab imbribus nominatae*. ὑάδες enim Graecis sunt etiam *suculae*.

* Πι ϣⲱⲣιⲟⲛ, الهقعه. Alferganus cap. 20. الهقعه، وهي راس الجوزا *Alhacaa, quae est caput Orionis*. Iam dixi supra, heic editum ⲕⲗⲩⲥⲟⲥ pro ϣⲱⲣιⲟⲛ. Kirkerus in *Supplem. Prodrom.* et in *Oedipo* loc. cit. ⲕⲗⲩⲥⲟⲥ explicat *claustrum*, opinor a κλειω, κλεισω, κλεισαι. Sed cur haec lunae statio *claustrum* nomen habeat, nec ipse aperit, nec ego assequi valeo. Relege, quae paullo ante disserui.

* Κλαριϩ, الهنعه, sexta lunae statio. πι ⲙⲁϩϫ, الذراع, *cubitus*, septima. Τερⲙⲉⲗιⲁ, النثرة, octava. πι ⲁⲩⲧⲟⲥ, الطرف, nona. De his quatuor lunae stationibus legendus Alferganus cap. 20. Coptica earum vocabula praetereo; quae, ⲙⲁϩϫ excepto, nec antiqua sunt, nec recta, sed vitiosa, ac insigniter corrupta. Tantum de τερⲙⲉⲗιⲁ paucis dicam, quod se obtulit. Quandoquidem النثرة, quod est huius domicilii lunaris nomen arabicum, exponitur *naris leonis*, ego a μυκτηρ λεοντος, seu μυκτηρλεων, corrupte *Miterleon*, τερμελια ortum coniicio. Porro in Leone a Ptolemaeo notatur ac stella distinguitur ακρος μυκτηρ, *extremitas naris*, ut Alfonsus in tabulis. Sed Alferganus *Alnethra* dicit, quod naribus subiicitur, فم الاسد, *os Leonis*. Alii longius amovent, atque ponunt in signo Cancri, ut Aben Ragel apud Kirkerum. Quod nemini mirum videatur. Magna enim circa situm, vel formas, aut nomina των αστεριсμων inter Arabes astrologos dissensio est, uti Scaliger ad *Manilium* notavit.

* ϯ τεϩⲛι, الجبهه, statio lunae decima. Utrumque nomen copticum atque arabicum *frontem* sonat, scilicet Leonis. De hac statione Alferganus cap. 20., الجبهه وهي اربعه كواكب نيرة متعرجة الحيواني منها هو قلب الاسد: quae ita Golius, *Gebha, stellae quatuor splendidae, inter se inflexae, quarum una est cor leonis*. Quare haec astra non sunt in ipsa leonis fronte; verum a fronte, vel collo ad pectus leonis in speciem graduum descendunt. Sed est in his mihi emendandus Golius, et Alferganus explicandus. Nec enim vidit ille, quid hic sit الحيواني; itaque omisit, ac الحيواني منها reddidit, *una ex his*. Enim vero الحيواني est *animalis*, a حيوان *animal*. De quo cogitanti mihi id unum occurrit. Quum Graeci stellam in corde leonis positam, βασιλισκον denominent, id est *regulum*, vel *regiam stellam*, ut eam vocat Tubero: pariter quum

sit *βασιλισκος*, *serpens*, animal, inde sumens fortasse Alferganus, eandem stellam, لحيوانى *animalem* dixit. Ergo illa, الحيوانى منها هو قلب الاسد, sic erunt interpretanda, *animalis ex his est cor leonis*. De hac ipsa stella idem Alferganus cap. 19. وهو فى منطقه فلك البروج فى مجرى الشمس. Quae pariter Golius non percepit, a quo sic reddita legimus, *ac ipsum occupat zodiacum*, *solis orbitam*. Ineptus enim esset Alferganus, qui moneret, stellam, quae est in leonis corde, zodiacum occupare. Quid enim hoc mirum? Quum caelestium signorum, quibus constat, ac veluti distinguitur orbis signifer, stellas in orbe signifero esse debere manifestum sit. Insuper male Zodiacum vocaret *solis orbitam*. Neque enim proprie solis, sed omnium errantium siderum *orbita* zodiacus dici potest. Orbis solaris est, qui per medium Zodiacum ducitur, quem Graeci *τον κυκλον*, *τον δια μεσων των ζωδιων*, ac *τον εκλιπτικον* appellant. Eratosthenes, vel Hipparchus *μεσαιτατον τȣ ζωδιακȣ*. De quo nos aliquid in *Commentationibus Laertanis* §. 51. Sic igitur recitata Alfergani verba explicanda sunt, *ac est* (cor leonis) *in zona orbis signiferi*, *in ipso solari orbe*, id est in medio zodiaci, qua ducitur solaris orbis. Audi Avieni scholiasten: *Sunt autem stellae*, *quibus hoc astrum* (leonis) *splendet*, 27. *quarum istae*, *quae sequuntur*, *praecipuae sunt*: *octava in eius corde*, *quam vulgo cor leonis et regulum*, *Latini regiam*, *Graeci βασιλισκοι vocant*. *Haec omnium*, *quae in caelo haerent*, *efficacissima esse creditur*, *quod prope eclipticam exsistens*, *solis lumine maxime adiuvetur*.

* Πι ϫⲱⲣⲓⲟⲛ, الخرتان, satio lunae undecima. Ab aliis vocatur الزبره *Alzubra*. Lege Alferganum cap. 20. Sed utrumque arabicum nomen *leonis iubam*, vel *spissos ac confertos crines inter scapulas* denotat. Quod spectat ad ϫⲱⲣⲓⲟⲛ, an ortum id ex prava scriptione seu lectione *τȣ* خرتان *Chartan*? Nam tertia littera, quae punctis impositis est *T*, iisdem subiectis est *I*: unde statim nascitur *Charian*. Nihil statuo. Tantum moneo, puncta, quibus Arabum litterae distinguuntur, in antiquis codicibus saepe omitti solere. Addo etiam, ϫⲱⲣⲓⲟⲛ ex errore scribi, vel legi potuisse pro ϫⲱⲣⲧⲟⲛ: quum levissimum inter utramque vocem scripturae discrimen sit. ϫⲱⲣⲧⲟⲛ autem idem ac *Chartan*. Succedunt ⲁⲥⲫⲩⲗⲓⲁ et ⲁⲃⲩⲕⲓⲥ stationes lunae duodecima et decima tertia, prima in cauda Leonis, altera in signo

Virginis. De quibus consule Alferganum. Coptica, neque enim tanti est in his operam ponere, praetermitto.

* Ⲭⲟⲣⲓⲧⲟⲥ, السماك الاعزل, statio lunae decima quarta, quae fit in laeva manu Virginis, quaeque *spica virginis* vocari consuevit. De ea Alferganus cap. 19. et 20. Ab Alfonso in tabulis dicitur *Asimec inermis*, quia الاعزل est *inerme*. Quo spica ab Arcturo distinguitur, qui *Asimec Aramech*, السماك الرامح. *Aramech* autem valet *hastifer*. Eandem spicam Virginis حزمة *Hazimet* vocant, id est *fasciculum* vel *manipulum*; et الحصال *Alhasel*, *lolium*, *foenum*: quae duo Scaliger ad *Manilium* pag. 481. coniunctim effert, *Hazimet Alhasel*, simul explicans *manipulum farraginis*. Iam ⲭⲟⲣⲓⲧⲟⲥ esse videtur ex graeco χοϱτος. A Kirkero exponitur, *statio altitudinis*. Verum eius appellationis rationem frustra quaeras. Post haec habes stationes lunares ϫⲁⲙⲃⲁⲗⲓⲁ, et ⲡⲣⲱⲧⲓⲑⲓ, de quibus nihil occurrit.

* Ⲥⲧⲉⲫⲁⲛⲓ succedit, vox ficta ab الاكليل, *corona*, quod est arabicum huius domicilii lunaris nomen in Scorpione. Cur autem *corona* dicatur, non facile explicaveris. Hospitium hoc enim lunae praebent *tres stellae in directum positae* auctore Alfergano. Non videtur a vero alienum, Arabes, accipientes a Graecis, primum vocasse الكليه *Alchile*, *chelas*, uti scriptum in globo caelesti Cufico ex Musaeo Borgiano, quod in lucem protulit Assemannus: postea *Alchile* mutasse in alteram omnino similem, eamque arabicam vocem اكليل *Achlil*, quae *coronam* significat: unde Copti Ⲥⲧⲉⲫⲁⲛⲓ.

* Ⲭⲁⲣⲑⲓⲁⲛ, quod sequitur, certe factum a καρδια. Heic enim luna hospitatur in corde Scorpionis. Quare hanc eius stationem appellant Arabes قلب العقرب, *Kalb alakrab*, *cor scorpionis*.

* Ϩⲁⲅⲅⲓⲁ subiicitur, hospitium lunare in cauda Scorpionis, quae arabice est الشولة *Alsciaulat*. ⲁⲅⲅⲓⲁ fortasse repetendum a حج *Haggia*, quod est *impellere*, *findere*, *inflexum ac contortum esse*; et حج *Hagg*, *Haggio*, *ictus iaculi*. Quae sane in caudam Scorpionis inflexam elatamque ad ictum inferendum conveniunt: et شولة *Sciaulat* notat potissimum sublatam eius caudae partem. Cui mira ac pulcra placent, adeat Kirkerum in *Supplem. Prodrom.* et in *Oedipo*. Nam ego quidem persuasum habeo, nihil in his lunae stationibus de antiqua Aegyptiorum theo-

logia cogitandum. Siquidem veteres Aegyptii haec lunae domicilia notaverint, suisque nominibus distinxerint; ea tamen ad nos minime pervenisse, certum mihi ac perspectum est. Quod etiam his, quae commentatus huc usque sum, satis comprobavi. Subjicerem heic Ⲥⲟⲗⲉⲕⲁ sive Ϫⲁⲥⲧⲣⲟⲕⲧⲱⲛ, quo nomine stationem hanc pariter denominatam refert in *Supplem.* Kirkerus, nisi hoc ab eo ex ingenio dictum suspicarer. Is enim Ϫⲁⲥⲧⲓⲁ *sancta* interpretatus, hanc esse *stationem translationis caniculae in caelum* sibi persuasit: ideoque, ut opinor, in eandem retulit; quod est in *Timaeum* Plat. a Chalcidio scriptum de canicula his verbis, *hanc eandem stellam* ἀστροκύων *quidam*, *Aegyptii vero* σολεχην *vocant*. Quare dubium quoque mihi est de Ϭⲓⲱⲧ, الشولة, quod ipse posuit in Scala M. pag. 52. latineque vertit, *cauda Scorpii*, *seu statio lunae prope caniculam*. Quamvis, etiamsi vere Ϭⲓⲱⲧ in Valliano codice sit; non id tamen unquam ad caniculam referendum putem.

* Ⲏⲓⲙⲁⲙⲡⲉϧ, النعايم, statio lunae vicesima. Ⲏⲓⲙⲁⲙⲡⲉϧ explicaverim *loca teli* seu *lanceae*. ⲙⲉⲣⲉϧ enim est *lancea*, *telum*, ⲙⲁ *locus*. Quippe النعايم *Alnaiem* sunt pulcriores Sagittarii stellae, partim in scapulis, partim in sagitta, quae hoc lunae hospitium praestant. Sagittarius quidem ipse arabice est رامي *Rami*; itaque vocatur eius signum in globo caelesti Borgiano, quod plerumque القوس, *arcum*, Arabes dicunt. Aratus quoque saepius τόξον, vulgo τοξότην Graeci. Domicilium lunae in hoc signo, suo modo Kirkerus *stationem gratiae ac iucunditatis* denominat.

* Ⲡⲟⲗⲓⲥ, البلدة, statio lunae vicesima prima. Nonnullam ⲡⲟⲗⲓⲥ cum بلدة *Boleda* similitudinem habet. Kirkerus explicat *civitas*, nomen, uti credo, spectans, praeterea nihil.

* Ⲩⲡⲉⲧⲧⲱⲥ, domicilium lunare 22. arab. سعد الذابح, id est *felicitas mactantis*. De quo ita Alferganus Golio interprete, سعد الذابح, *Saad Aldzabehh*, sunt *duae stellae exiguae*: *earum borealiori prope adstat stella obscurior*, *quam Arabes* الشاة *Ovem nuncupant*; *atque hinc nomen mactantis*. Fortasse Ⲩⲡⲉⲧⲧⲱⲥ corrupte pro ⲩⲡⲉⲧⲑⲩⲧⲱⲥ, hoc est habitatio lunae ὑπ' εὐθυτῷ, quasi *sub ove mactata feliciter*.

* Succedunt Ⲩⲡⲉⲧⲣⲓⲧⲱⲥ, Ⲩⲡⲉⲧⲓⲛⲉⲧⲏ, Ⲩⲡⲉⲧⲟⲉⲣⲓⲁⲛ, stationes 23. 24. 25. In quibus tempus terere nolo. Graecae appel-

lationes sunt; sed ita vitiatae, ut non facile agnosci queant. Praeter alia indicio est *το ϵⲧ ευ*, quod in copticis, respondens *τῳ* سعد, quod est in arabicis singularum stationum nominibus.

* Ⲁⲣⲧⲩⲗⲟⲥ et Ⲁⲣⲧⲩⲗⲟⲥⲓⲁ, stationes lunae 26. 27. in piscibus. Prima ex his arabice explicatur in Sc. M. الفرع المقدم, hoc est *germinatio prior*: altera الفرع الموخر, *germinatio posterior*. Ⲁⲣⲏⲧⲓⲗⲟⲥ vero et ⲁⲣⲧⲓⲗⲟⲥⲓⲁ pariter graeca videntur, sed vitiose edita. Nescio, an illud sit ex *αρτιθαλης*, *recens virescens* aut *germinans*; hoc ab *αρτιλοχια* vel *αρτιλοχεια*, quasi *recens partus*. Ita erit *αρτιθαλης*, *germinatio prior*, quum primo plantae virent ac frondescunt: *αρτιλοχια*, *germinatio posterior*, quum etiam flores emittunt ac pariunt. Enimvero ea sidera, quae haec domicilia praebent lunae, mense Martio percurrente sole, in celebriori parte orbis tellus primum viret ac florescit.

* Ⲕⲩⲧⲱⲛ, بطن الحوت, *venter piscis*, ultima lunae statio est; quam una cum aliis describit Alferganus cap. 20. بطن الحوت, وهى كواكب الحوت الشماليه, التى يتلو الشرطين, id est *Bathn Alhhuth, hae stellae sunt piscis borealis, quibus succedit Alsartin*, quae prima est, coptice Ⲕⲩⲧⲱⲣⲓⲟⲛ, de qua supra egimus. Porro Ⲕⲩⲏⲧⲱⲛ fictum videtur e graeco *κητος*, quod Ionae II. I. copt. scriptum ⲕⲩⲧⲟⲥ.

* Legitur paullo post in hoc capite, quo de sideribus agitur, Ⲛⲓϣⲉⲣⲓⲛⲧⲉⲃⲓⲁ, بنات نعش, *filiae feretri*. Hae sunt tres stellae lucidiores, quae caudam ursae maioris efficiunt. Sane quemadmodum Graeci ursam utramque *αμαξαν*, *plaustrum* ob similitudinem quamdam appellant, et maiorem quidem *μεγαλην*, minorem vero *μικραν αμαξαν*; ita Arabes, quia eaedem stellae, quadrilaterum constituentes, pariter feretri speciem exhibent spectanti, magnam parvamque ursam, نعش الكبرى والصغرى, *feretrum maius et minus* vocant: tres autem stellas maiores, in cauda maioris ursae fulgentes, veluti funus ac feretrum praecedentes, vel sequentes, *filias feretri* nominant. Porro Arabes Christiani, quomodo tradit Kirkerus in *Supplem.* pag. 567. ursae quidem corpus نعش لعازر, *feretrum Lazari*; tres autem *Benath Alnaasc*, *feretri filias*, *Mariam*, *Martham* et famulam faciunt. Falsum vero est, quod scribit Castellus v. נעש, *Benath Alnaasc* etiam minorem ursam vocari. Audiatur auctor *Alcamus*, بنات الحية . كواكب ما بين الفرقدين

نعش, hoc est, *Draco, stellae sunt, quae inter Al-Pharkadin et filias feretri*: ubi ab *Alpharkadin*, quae stellae sunt ursae minoris, separat, ac ex adverso ponit *Benath Naasc*, quae ad maiorem ursam pertinent. In tabulis Alfonsi ultima tantum, seu *quae est*, inquit, *supra extremitatem caudae*, vocatur mendose *Bennenaze*, hoc est بنت نعش, *filia feretri*. Quod mirum non est. Neque enim solum omnes simul, *Benath Naasc*, sed etiam singillatim unamquamque *filiam* vel *filium feretri* interdum dici, notat Giauhari apud Bochartum *Hieroz.* part. 2. lib. 1. cap. 16. Castigandus heic est Ios. Scaliger, qui in comment. ad *Manilium* p. 473. *Benath Naasc* inquit *quosdam accipere pro Arcturo, ut optimum vetus glossarium latino-arabicum*. Falsum hoc certe. Neque enim hi Arctophilacem seu Booten, sed ipsam maiorem Ursam significare volunt nomine *Arcturi*. Quare in Alfonsi tabulis leges, *stellatio urse minoris, et dicitur Cinosura et Arctos*. Deinde, *Stellatio urse maioris, et dicitur Elix et Arcturus*. Postea, *Stellatio Cheguius* (صايح *clamator*) *id est Boetis sive vociferantis, et dicitur Arcturi custos*. Ubi *Arcturi custos* est *Arctophilax*, nempe *ursae custos*. Superest explicandum ниϣерин-тaδia. Hoc ex arabico conversum, scriptumque ниϣерин-тaδi, idem valet, quod *Benath Naasc*, nempe *filias loculi* seu *feretri*. Nam тaδi est *loculus, capsa sepulcralis*, in codic. Borg.

* Habes deinde in hoc eodem capite Scalae M. пиөенкси нте пioꙅ, *defectus lunae*. пиϣaϣι нте пι рн, *defectus solis*: ut in Scala El. p. 344. Φрн aqϣaϣι, *sol defectum passus*. Et ista quidem ad verbum, *pulsatio solis, sol pulsatus est*. Etiam пиөенкси-нте пioꙅ explicaverim *pulsatio lunae*. Nam өенкси fictum credo a *θείνω* vel *θένω*, *pulso, caedo*. Vulgaris enim erat olim apud multos opinio, caedi solem lunamque, quando ea deficere cernebant. Sic לקה seu לקא, quod est *vapulare*, quando dicitur de luna atque sole, apud Iudaeorum magistros est *defectum pati*; et לקות seu ליקות, *percussio*, notat apud eosdem solis lunaeque defectum. Sed iam de vocabulis ad asrronomiam spectantibus, quae tertio Scalae M. capite continentur, ista sufficiant. Recentia quidem pleraque sunt, ut saepius dixi, ac mirum in modum corrupta; nec ab antiqùis Aegyptiis, saltem ad id, quo ab auctore eiusdem Scalae M. referuntur, significandum

adhibita. Attamen, quia multa in illis, scitu perutilia, mihi se dicenda offerebant, praetermittere nolui.

Ⲡⲱⲱⲛⲉ, ⲡⲱⲛⲉ ⲉⲃⲟⲗ, *migrare*, *abscedere* theb. Matth. xviiii. 1. in cod. Nanian. et apud Crozium ⲟⲩⲡⲱⲱⲛⲉ ⲉⲃⲟⲗ, *μετοικια* Hier. viiii. 11. Idem fere memphit. ⲫⲱⲛϩ vel ⲫⲟⲛϩ *vertere*, se *convertere* aut *avertere* &c. Consule eundem Crozium. Certe haec a פנה *Phanah*, *Panah*, *faciem vertere*, *avertere ab &c. se*, *faciem convertere &c.* quae etiam *abire*, *iter convertere* significant apud Hebraeos. Tale est illud Gen. xviii. 22. ויפנו משם, *et abierunt inde*, et Sodomam perrexerunt. Septuaginta interpretes reddunt *ἀποστρέψαι* sic, *καὶ ἀποστρέψαντες ἐκεῖθεν ἦλθον εἰς Σόδομα*. A ⲫⲱⲛϩ *vertere* habes ⲁⲧⲫⲱⲛϩ, *immutabilis*, theb. ⲁⲧⲡⲱⲱⲛⲉ. Invenitur etiam ϣⲫⲱⲛϩ *avertere* apud Crozium, praefixa littera ϣ, ut ibi ϣ notat posse, solere

P

Ⲣⲁⲙⲁ, علو, *sublimitas*, *altitudo* Scal. M. pag. 49: Est hebraea potius, quam aegyptia vox, a רום *altum esse*, רום *celsitudo*, רמה *Rama excelsum*. Kirkerus vertit *absis*, non male: quia ⲣⲁⲙⲁ hic loci pro summa abside sumitur. גובה רום, *altitudinis eminentiam* vocant Iudaei doctores summam absidem in orbitis planetarum, cui respondet apud eosdem שפל רום, *humilitas altitudinis*, id est absis ima. Plinius quoque lib. 2. cap. 16. *absides altissimas* et *humillimas*. Arabes summam absidem, vel summam stellae altitudinem proprio nomine (Nam علو vel علا commune est, *celsitudinem* notans) dicunt أوج, quod nostris expressum litteris *Aux*, ab astronomis recentioribus ab eandem stellae altitudinem demonstrandam adhibetur.

Ⲣⲁⲟⲩⲏ, *Rave*, *cubiculum*, *cella*, *cubile* in *Deposit. Magistriani* et in vit. Macarii M. Videtur a Syris acceptum vocabulum. Iis enim ܪܒܥܐ, *cubile* est, a verbo ܪܒܥ, רבע, *Reva*, *Rava*, *cubare* syr. chald. Pro ⲣⲁⲟⲩⲏ, theb. scriptum ⲣⲁⲩⲏ in elencho codicum aegypt. Borgianorum pag. 380. Inde factum ⲣⲙⲣⲁⲩⲏ, *contubernalis*; quod habetur in eodem elencho pag. 546. ubi etiam legitur ⲙⲉⲧⲣⲉⲙⲣⲁⲩⲏ, quod est *contubernium*, idque pag. 631.

Ⲣⲁⲥⲟⲩⲓ, ἐνύπνιον, *somnium* Matth. xxvii. 19. Psalm. lxxii. 19. Ⲣⲁⲥⲟⲩⲓ *Rasui*, ut opinor, a رؤيا *Rauia*, *Raui*, *visum in somnis*, *somnium* arabice, quod a رأى *videre* derivatum. *S* autem ob vitandum hiatum ex plurium vocalium concursu, ipso usu vocis inserta. Thebaei ⲣⲁⲥⲟⲩ apud Tukium *grammat. copt.* pag. 242.

Ⲣⲁⲥϯ, *cras*, *crastinum*. Similitudo inter copticum et latinum nomen notanda.

Ⲣⲁⲧϥⲁⲧ, δασύπους, *lepus* Lev. xi. 5. Deuter. xiiii. 7. Nomen, si bene intelligo, valde leporis ingenio consentaneum. Nam *fugacem* designat, ex ⲣⲁⲧ *pes*, et ϥⲁⲧ sive ϥⲏⲧ *fugere* copulatum. Unde illud, *citius fugiunt*, *quam lepus* apud Plautum in *Persis*. Consimile nomen ⲣⲁⲧϥⲱ est in thebaicis, idque le-

gitur IIII. Regum I. 8. in cod. Nanian. apud Mingar. pag. 325. Sed hoc, graece *δασυς pilosus*, ab alia origine, scilicet ab *insitis pilis* vocatum existimo. Est enim ϱητ, ϱωτ, *inserere*, *plantare*. Itaque *δασυς* pariter ϱητὲϥωι dicitur memphit. Gen. XXV. 25. et XXVII. 11. Quod si ϥατ a ϥωι vel ϥωι *pilus* ducere fas esset, tum etiam ϱατϥατ *pilosum* denotare, inque leporem cadere quam aptissime posset: vel esset ϱατϥατ plane idem significatu, atque *δασυπυς*, si aliter ϱατ in hac voce, scilicet pro pede, sumptum putetur. Quoniam de ϱατ *pes* mentio facta, nonpraeteribo רהט *currere*, *decurrere*, verbum Syris ac Chaldaeis usitatum.

Ρατϣ, theb. ρατϣ, *mansuetus*. Quod tamen hodie solum non adhibere solent, sed addita vocula ρεμ, dicunt ρεμρατϣ. De ρατϣ autem, vel potius de πρατϣ, nihil occurrit aliud, nisi quod inde *πραΰς* atque *πραος* orta videantur.

Ρаϣ, *καταμετρεῖν*, *διαμερίζειν*, *metiri*, *dividere* Mich. II. 4. Hinc ноϩ нрωϣ, *funiculus mensorius*, quo agros ac possessiones metabantur Psalm. XV. 6. Deuter. XXXII. 9. Congruunt certe sono ac litteris ρаϣ, atque ירש *Iarasc*, *haereditatem* vel *possessionem adire*, *occupare*, ירשה *Ierascia*, *haereditas*, *possessio* hebr. Nam Iod in his verbis excidit. Vis quoque atque potestas affinis. Quare illa *portionem populi funiculo dimensi sunt*, ατρаϣ мфноϩ, et *agros diviserunt*, ατρаϣογ Michaeae loco cit. nihil aliud sibi volunt, quam populi haereditatem atque agros aliis in possessionem cessuros. Ita etiam, quod sequitur versu 5. *mittere funiculum in haereditatem*, id est fune metiri, significat *haereditatem capere*. Et universe חלק *pars*, חבל *funis*, possessionem ac haereditatem denotant in sacris litteris. Sic Deuter. XXXII. 9. *Pars* חלק *Domini populus eius*, *Iacob funiculus* חבל *haereditatis eius*, copt. ноϩ нрωϣ: et Psalm. XV. 6. *Funes ceciderunt mihi in praeclaris*, id est *praeclara mihi obtigit haereditas*. Igitur ρаϣ, *metiri*, atque ירש *Iarasc*, *haereditatem capere* mea sententia non discrepant inter se. Prior tamen ac nativa mihi videtur *metiendi* significatio, fortasse communis olim Hebraeis perinde, atque Aegyptiis: unde altera haereditatem adeundi postmodum nata est. A ρаϣ *metiri* vel possessionem capere, facile atque accomodate ρаϣι *gaudium*, *gaudere*, quod in copticis libris frequenter occurrit, derivatum videtur.

Pⲁϧ, pⲱϧⲓ, πλύνειν, *lavare*, *purgare* Psalm. L. 2. 7. Levit. XIII. 56. XI. 25. ⲡⲓ pⲁϧⲧ, γναφεύς, *fullo*, *vestium dealbator*, *purgator* Marc. VIIII. 3. et ⲡⲓ pⲁϧⲓ, *dealbator* Scal. M. p. 110. Pⲁϧ, pⲁϧⲧ videntur esse a רחץ *Rachts*, *abluere*, *mundare* hebr. chald. Indidem pⲁϧⲓ, pⲱϧⲓ. Nam et ⲓ Copti in fine saepius apponunt, et ⲓ, atque ⲧ interdum peraeque accipiunt. Est etiam pⲁϧⲧ et pⲱϧⲧ, *confringere*; de quo infra.

Remoboth. Erant hoc nomine monachi in Aegypto, de quibus Hieronymus epist. ad Eustochium *de custodia virgin.* num. 15. *Tria*, inquit, *sunt in Aegypto genera monachorum. Primum Coenobitae... Secundum Anachoritae... Tertium genus est, quod Remoboth dicunt &c.* Haec tria genera commemorat etiam Cassianus collat. 18. cap. 4. et alii. Iam *Remoboth*, ut de nominis ratione doceam, aegyptiace sunt pⲉⲙϩⲉⲃⲟϯ, ad verbum *liberi abominandi*, sive abominandae libertatis sectatores. Siquidem pⲉⲙϩⲉ est *liber*, ⲃⲟϯ *abominandus*, *nefarius*. Aptum sane vocabulum, et ad mores huiusmodi monachorum accomodatum. Audi Hieronymum loco cit. *Tertium genus est, quod Remoboth dicunt, deterrimum... Hi suo arbitratu ac ditione viventes &c.* Deinde, *suo viventes libito non patiuntur se alicui esse subiectos &c.* Cassianus collat. 18. cap. 7. *Isti autem, qui districtionem coenobii declinantes, bini vel terni in cellulis commorantes, non contenti abbatis cura atque imperio gubernari; sed hoc praecipue procurantes, ut absoluti a seniorum iugo, exercendi voluntates suas, et procedendi, vel quo placuerit evagandi, agendive, quod libitum fuerit, habeant libertatem; etiam amplius &c.* Eadem Isidorus *de offic. eccles.* lib. 2. cap. 15.

Hos ipsos monachos, etiam *Sarabaitas* ab Aegyptiis nuncupatos, scribunt Cassianus et Isidorus loco cit. Item Odo Clun. collat. 3. cap. 23. Iohan. Saresberiensis in *Policrat.* lib. 7. cap. 23. et alii, quos recitat Cangius in glossario latino. In *Apologia Henrici Imper.* dicuntur *Sarabotae*. Cuius nominis, si bene percipio, idem fere, ac τὸ *Remoboth*, sensus est. Sunt enim *Sarabaitae*, vel melius *Sarabotae*, mea sententia ita appellati, tamquam ⲥⲟpⲉⲙⲃⲟϯ, quod est *errones detestandi*, voce constante ex ⲃⲟϯ, et ⲥⲟpⲉⲙ *errare*. Quod pariter in hos monachos, qui a coenobiis profugi vagantur, quo libuerit, apte quadrat. Rele-

ge verba Cassiani. Utrumque vocabulum ab Isidoro comprehensum loco cit. videre mihi videor, quod ab eruditis minime est animadversum. Afferam eius verba, quorum pleraque ex Cassiano: *Qui ab eo, quod semetipsos a coenobiali disciplina sequestrant, suasque appetunt liberi voluptates, Aegyptiorum lingua Sarabaitae, sive Rennuitae nuncupantur*. Samuel Bochartus *Hieroz.* part. 2. lib. 4. cap. 14. qui *Sarabaitas* ex hebraea vel chaldaea lingua derivat, eosdemque putat ac סרבים *Sarabim*, *rebelles*; *Rennuitas* accipit, tamquam renuentes: sicuti etiam Odo Cluniacensis loco cit. *Nos miseri*, inquit, *non sumus monachi, sed Sarabaitae, id est Renuitae, qui iugum regularis disciplinae renuimus*. Eodem pacto intelligunt caeteri. Existimant enim, Isidorum barbaro potius, quam latino vocabulo *Renuitae*, quid Sarabaitarum nomen valeat, explicare velle. Ego vero aliter sentio. Pro *Rennuitae* (sic enim habent Isidoriani libri non *Renuitae*) lego *Remuitae*. *Remuitae* porro, vel levi discrimine *Remuvitae* seu *Remubitae*, profecto iidem sunt, qui Hieronymo *Remoboth*. Ita quidem ego conieceram. Postea in hac sum opinione confirmatus, quum in novissima operum Isidori editione Matritensi (nondum enim exstabat Romana) pro *Rennuitae* scriptum vidi *Remobothitae*. Quamquam *Remobothitae* a *Rennuitae* vel *Remuitae* distat aliquid, ut de vera Isidori scriptura dubium sit. Sive tamen is *Remuitae* aut *Remuvitae* scripserit, sive *Remobothitae*, parum interest. Aeque enim inde constabit, idem monachorum cognomen, quod est ⲣⲉⲙϩⲉⲃⲟϯ, ab Isidoro litteris commendatum.

Ⲣⲉϥϫⲓϣⲱⲙ, φορολογος, *exactor tributi* theb. Iob XXXVIIII. 7. in cod. Borgian. ϫⲓϣⲱⲙ valet, opinor, *certam summam capere, recipere, tollere*: ϫⲓ pro ϭⲓ *capere, sumere, accipere*; ϣⲱⲙ *Scom* vero a סכום *Secom*, *Scom*, *summa numerata*, *census*: unde ⲣⲉϥϫⲓϣⲱⲙ, *certae summae exactor*.

Ⲣⲏⲓⲥⲓ, χνυς, χυς, *ramenta*, *pulvis* Psalm. 1. 4. XXXIIII. 5. Fortasse est a *ρησσω frango*, vel ex eo, unde hoc derivatum existimo, nempe רצץ, aut רסס, seu רעץ: quae omnia *frangere*, *comminuere*, *comminui*, *confringi* significant.

Ⲣⲏⲫⲁⲛ, زحل, *Saturnus* planeta Scal. M. pag. 49. Primum heic Hottingerus notandus, qui in *exerc. anti-Morin.* p. 57. 58.

scribit, ⲣⲏⲫⲁⲛ Saturnum in Scala Kirkeriana arabice explicari רג׳ל, *quod*, inquit, *virum proprie*, *sed antonomastice Saturnum notat*. Male enim رحل, legit رجل *vir*, quum sit scribendum زحل, quod est ipsum Saturni nomen apud Arabes omnes: et ita semper stella Saturni vocatur ab Alfergano in *Elem. astron.* quae Golius edidit, زحل inquam, non رجل. Kirkerus etiam hoc loco زحل. Quod si de appellationis ratione coniicere fas est, suspicor, ita vocatum ab Arabibus Saturnum, quia quasi *tardigradus* aut *retro manens*, a verbo زحل, *tarde incedere* ac *retro manere*. Nam Saturni sidus logissime a terra dissitum est, idemque tarde lenteque moveri spectantibus videtur: ex quo *tardus* ac *piger* ab antiquis dicitur Saturnus. Aliud sideris nomen apud Arabes usurpatum reperio, nempe قاتل seu مقاتل: quae in glossariis, altero in comment. Scaligeri ad *Manil.* pag. 506. altero apud Raphelengium pag. 336. legere est. Ductum hoc est a قتل, *occidere*, *perimere*. Apte id quidem. Noxia enim ac malefica Saturni stella a veteribus putabatur. Unde a Propertio *grave sidus* nominatur, a Iuvenali *sidus triste*, a Lucano *stella nocens*.

Venio iam ad ⲣⲏⲫⲁⲛ, quod habetur Amos v. 26. et Actor. vii. 43. quum in graecis, tum in copticis. De hoc autem, etsi non omnes viri docti conveniant, eum tamen plerique cum auctore Scalae M. Saturnum existimant. Ita Salmasius *de annis climacter.* pag. 596. 597. Bochartus in *Phaleg.* lib. 1. cap. 15. Hottingerus loc. cit. Clericus in *act. Apost.* cap. 7. vers. 43. Ludovicus de Dieu in eundem locum, Beyerus ad Selden. *de Diis Syr.* pag. 340. Mitto caeteros. Quibus et ego ascentior. Magni enim in hac re ponderis est Graecorum interpretum Alexandrinorum auctoritas, qui pro כיון Amos v. 26. ραιφαν aut ρεμφαν supposuerunt. כיון vero, seu כיואן apud Arabes ac Persas Saturnum aut Saturni astrum esse, Aben Ezra et David Kimchius in Amos cit. loc. nos certos faciunt. His adde antiquum ac gravissimum auctorem libri *Camus*, qui itidem كيوان, כיואן, *Saturnum* interpretatur apud Lud. de Dieu eodem loco.

Sed his occurrit atque obsistit Iablonskius diss. de *Remphan*: ac tum Saturnum contendit ita non dici ab Aegyptiis, tum etiam reliquas planetarum appellationes, quae in Scala M. recensentur, acrius impugnat. Ut leviora praeteream, nititur is potissimum Achil-

lis Tatii testimonio, qui alia Saturni ac caeterarum errantium stellarum vocabula apud Aegyptios in usu fuisse tradit. Adferam heic eiusdem Achillis Tatii locum, eo libentius, quod ipsum mendosum ac mancum, nec a Iablonskio, aut ab alio quovis correctum, supplere atque emendare operae pretium sit. Tum de eius testimonii vi atque auctoritate, aliqua subiiciam. En Tatii verba ex *isagoge in Phoenom. Arati* cap. 17. Τα ονόματα των πλανητων διαφορως εκληθησαν· και περι τυ χρονυ εκαςυ διαφωνια πολλη γεγονε πολλοις. Αιγυπτιοις γαρ και Ελλησι τυ Κρονυ ὁ αςηρ, καιτοι αμαυροτατος ὤν, φαινων λεγεται· (αλλα παρ' Ελλησί μεν κατα το ευφημον λεγεται ὕτω) παρα δε Αιγυπτιοις Νεμεσεως αςηρ. δευτερος ὁ Διος, καθ' Ελληνας Φαεθων, κατα δε Αιγυπτιυς Οσιριδος αςηρ. τριτος ὁ τυ Αρεως, παρα μεν Ελλησι πυροεις, παρα δε Αιγυπτιοις Ηρακλευς αςηρ. τεταρτος ὁ τυ Ερμυ αςηρ καλειται, παρα μεν Ελλησι ςιλβων, παρα δε Αιγυπτιοις Απολλωνος αςηρ. πεμπτος ὁ της Αφροδιτης, παρα μεν Ελλησιν ἑωσφορος. Πρωτος δε Ιβυκος &c. Ac primum pro illis, Αιγυπτιοις γαρ και Ελλησι, ita scribendum, και Ελλησι γαρ. Tum, quae sequuntur, a me uncis inclusa, ableganda. Adnotatio enim videtur, ex margine libri in contextum sermonis illata, adnotatio, inquam., Graeculi cuiusdam, caussam adferentis, cur Saturni stella, etiamsi αμαυροτατος, *habetissima* sit, tamen φαινων, *lucida* appellaretur. Quare locus ita legendus, Και Ελλησι γαρ τυ Κρονυ ὁ αςηρ, και τοι αμαυροτατος ὤν, φαινων λεγεται, παρα δε Αιγυπτιοις Νεμεσεως αςηρ. Eadem Tatii verba, in fine manca (Deest enim, quomodo Veneris astrum nominaverint Aegyptii) ut etiam vidit Iablonskius, ita supplenda, παρα δε Αιγυπτιοις Ηρας αςηρ, vel Ισιδος αςηρ. Nam auctor libri *de Mundo*, ὁ τυ φωσφορυ, ὃν δε Ηρας προσαγορευυσι: et Plinius lib. 2. cap. 8. de Veneris sidere, *alii Iunonis*, *alii Isidis*, *alii matris Deum appellavere*. Iam quid ad Tatii testimonium dicemus? Scilicet ea, quae narrat, dubia ac incerta esse. Quippe alia ab aliis prodita legimus. Ita planetarum appellationes a Diis, quas Aegyptiis tribuit Achilles Tatius, alii adscribunt Chaldaeis. Macrobius lib. 3. *Saturnal.* cap. 12. *Chaldaei quoque stellam Herculis vocant, quam reliqui omnes Martis appellant*. Et in scholiis ad Appollon. Rhod. lib. 3. *Argonaut.* vers. 1376. τον πυροεντα προσαγορευομενον ὑπο Ελληνων, ὑπο δε Χαλδαιων Ηρακλευς. Multi eadem siderum nomina litteris man-

darunt, nulla Aegyptiorum mentione facta. Vetus auctor libri *de mundo*, de quo paullo ante, quique Aristoteli a multis tribuitur, Ειθ' ὁ πυροεις, ὁ Ηρακλεους τε και Αρεος προσαγορευομενος. εξης δε ὁ στιλβων, ὁν ἱερον Ερμου καλουσιν ενιοι, τινες δε Απολλωνος. μεθ' ὁν ὁ του φωσφορου, ὁν δε Ηρας προσαγορευουσι. Hyginus in *poëtic. astron.* cap. 42. *Tertia est stella Martis, quam alii Herculis esse dixerunt... Quarta est stella Veneris, Lucifer nomine, quam nonnulli Iunonis esse dixerunt*. His adde Plinium lib. 2. cap. 8. *Tertium sidus Martis, quod quidam Herculis vocant*. Postea de stella Veneris, *Alii Iunonis, alii Isidis, alii matris Deum appellavere*, quae supra recitavi. Ex his omnino conficitur, nomina planetarum apud Aegyptios, pleraque incerta esse: illud tamen multo probabilius, quod supra posui, ***Rephan*** seu ***Remphan*** pro Saturno acceptum; quum כיון vel כיואן dici Saturnum ab antiquis ac fide dignis auctoribus traditum sit.

Sed obstat Iablonskius iterum; nec alium ***Rempham***, quam solem esse vult, quia nomen, inquit, exprimit *regem caeli*. Atqui, ut illud praeteream, novum plane ac inauditum, solem ***Rempha*** ab Aegyptiis vocari, regem ουρο ab ipsis, non ρε, dici novimus: ut haec opinio, nec ulla auctoritate aut testimonio fulciatur, nec ipsa ratione vocis, qua solum Iablonskius nititur, satis probata videatur. Vide iam, an ego melius rem expediam. Puto enim, ρεμφε, ουρανιον, *caelestem* intelligi oportere, constante vocabulo ex φε *caelum*, et ρεμ. In quo Aegyptios habeo auctores. Hi namque επουρανιον I. ad Cor. xv. 48. 49. ρεμἐνφε reddunt. Apte autem et accomodate Saturnus eo nomine insignitus est, quod eius stella multo, quam caeteri planetae, a nobis remotior ac sublimior sit, altissimumque caeli domicilium teneat. Qua de causa etiam *rex caeli atque siderum* iure ac merito vocetur; ut ipsa, quam Iablonskius adfert, interpretatio vocis, in Saturnum quoque cadere ac quadrare queat. Idem, πασαν περιληφως την του κοσμου φυσιν, *universam mundi naturam comprehendens*, perhibetur a Dionysio Halicarnas. lib. 1. *Antiquit.* Idem traditur, *auctor temporum; et ideo a Graecis, immutata littera,* Κρονος, *quasi* χρονος, *vocatur*, quae sunt verba Macrobii *Saturnal.* lib. 1. cap. 22. Ita in veteri codice Vaticano, quem recitat Kirkerus in *supplem. Prodrom.* pag. 527. 528. ubi errantium stella-

rum vocabula enumerantur, ρηφαn dicitur ⲫϯ ⲛⲧⲉ ⲡⲓⲭⲣⲟⲛⲟⲥ *Deus* vel *Dominus temporis*. Verum de Ρηφαη ista sufficiant.

Ρⲓⲃⲏ, الاجلاوي, *linter*, *cymba* Scal. M. pag. 134. Nomen fortasse natum a كريب, sed initio mutilum, a كريب, inquam, *Cherib*, *Chrib*, *cymba*, *linter*, *navis vectoria*. Vox autem arabica اجلاوي, quam in vulgatis lexicis non reperi, ni fallor, a γαυλος, quod est navigii genus. Aristophanis scholiastes, γαυλος, φοινικικον σκαφος. Veteres glossae, *Gauli*, ειδος πλοιου. Consule Martinium et Vossium in *Etymolog.* Bochartus *Chanaan* lib. 1. cap. 26. ducit a גול *Gol*, quod Phoenicibus *rotundum* sonat. Nam *Gaulus*, inquit Festus, *genus est navigli paene rotundum*.

Ριπλαμ, *Blitum* herba aegypt. in append. Dioscor. ad lib. 2. cap. 143. An coniuncta vox ex ρι verbo activo, et π λωⲙ, ϯωμιον, *cibus*? Est enim olus vile, quod tantum seritur vulgaris cibi gratia. Dioscorides cap. cit. Βλιτον λαχανευεται. εστι δε ευκοιλιον, ουδεμιαν εχον φαρμακωδη δυναμιν. Plinius tamen aliquos in medicina usus habere scribit lib. 20. cap. 22. Quem cum Dioscoride ad concordiam adducere nititur Saracenus.

Ρουϩι, ἑσπερα, *vesper*, *vespertinum tempus*, theb. ρουϩε Genes. 1. 5. Ρουϩι *Ruhi*, *Rouhi* est id ipsum, quod رواح *Ruah*, *vespera* arab. Verbum est راح, *vespere aliquid agere*.

Ρωⲕϩ, ρεⲕϩ, ροⲕϩ, πυρωσις, εμπυριζειν, κατακαιειν, *combustio*, *incendere*, *exurere* Apoc. XVIII. 9. Psalm. LXXIII. 7. XXXXV. 9. Hinc ϯ ρⲁⲕϩⲓ, ανθρακια ας, *prunae* Ioh. XVIII. 18. Ρωⲕϩ dictum puto a חרוכה *combustio*, sine adspiratione, vel sine Chet; unde *Rocah*. Ita se habet λⲏⲕ ad חלק *mollis*, ⲙⲁⲧⲟⲩⲓ vel ⲙⲁⲧ אסד ad חמתא *venenum*, ρⲓⲃⲏ ad كريب *linter*. Est autem חרוכה a verbo חרך, *cremare*, *incendere*, *comburi* hebr. chald. syr. حرق arab. quae cum ρωⲕϩ, ρεⲕϩ, ρⲁⲕϩ similiter conveniunt. Legitur etiam ρωⲕϩ, *lignum* I. ad Cor. III. 12. proprie ad comburendum, si vim nominis spectes. Ex quo fit ου ρεϥϕεϧρωⲕϩ, ξυλοκοπος Deut. XXVIIII. 11.

Ρωⲙⲓ, ανηρ, ανθρωπος, *homo* Gen. 1. 26. Apte ac eleganter ρωⲙⲓ homo denominari potuit quasi רים *Rom*, *celsus*, *elatus*, quod a רום *Rum*, *excelsum esse*. Talis profecto ab Ovidio describitur *Metamorphos.* lib. 1.

Pronaque cum spectent animalia caetera terram,

Os homini sublime dedit, caelumque tueri
Iussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

Sed alia occurrit origo vocis ex lingua aegyptia, quam equidem multo veriorem existimo. Ⲣⲱⲙⲓ vocatus homo est, tamquam ⲉⲣⲱⲙⲓ, vel ⲣ̀ⲱⲙⲓ, id est *limus*, *lutum*, vel *ex luto factus*: nam ⲉⲣ aut ⲣ̀ significat *facere*, *fieri* vel *esse*, et ⲟⲙⲓ, *lutum*. Sic hebr. אדם *Adam*, id est homo, ab אדמה *Adama*, *terra* cognomen habuit; et *Homo* latine ab *humo* derivant grammatici. γηγενης eandem ob caussam dicitur a Graecis vel γηϊνος, et χοϊκος, nempe απο του χους. Nam scriptum est Genes. II. 7. επλασεν ὁ Θεος τον ανθρωπον, χουν απο της γης, *fecit Deus hominem*, *pulverem* seu *limum de terra*. Χοϊκος a Tertulliano redditur *limaceus* cap. 49. *de resurrect. carnis* sic, *Primus homo de terra choicus*, *id est limaceus*. A *limo* dicit *limaceus*; quamvis proprie limaceus sit a limace. A ⲣⲟⲙⲓ ⲣⲉⲙ utique ductum, quod in compositis nominibus frequentem haber usum aegyptii sermonis consuetudine. Praeter alia argumento est ⲣⲉⲙⲛⲁⲛⲁⲥ, theb. ⲣⲉⲙⲛⲁⲥ et ⲣⲙⲛⲁⲥ in elencho cod. Borg. pag. 304. 373. quo παλαιος ανθρωπος uno verbo notatus. Sic etiam ⲣⲉⲙⲛⲣⲁⲛ, ανθρωπος ονομαστος, sive ανθρωποι ονομαστοι Gen. VI. 4. hebr. אנשי השם.

Ⲣⲱⲧⲉⲃ, ανακλινεσθαι, αναπιπτειν, *accumbere*, *recumbere*, *decumbere* Luc. XIIII. 8. 10. et XVII. 7. Origo eius a רבץ, *cubare*, *accumbere*, *accubitus* transpositis litteris. Nam Tsade quidem, conversum in *T*, tam saepe occurrit in veteribus linguis, ut nihil sit ea mutatione frequentius. Lege, si vis, Sam. Bochartum *Phaleg* lib. 2. cap. 8.

Ⲣⲱϧⲧ, ⲣⲁϧⲧ, καταβαλλειν, εδαφιζειν, καταρρηγνυναι, καθαιρειν, *prosternere*, *humo illidere*, *confringere*, vel *deiicere*, *perdere*. Adi lexicon Crozianum. Theb. scriptum ⲣⲱϩⲧ. Profecto ⲣⲱϧⲧ, ⲣⲁϧⲧ atque ⲣⲱϩⲧ a רעץ et רעה, *confringere*, *conterere*, *pessumdare* non differunt. A verbo ⲣⲱϧⲧ est ⲡⲓ ⲣⲟϧⲧ, επιληψια Scal. M. pag. 158.

C

Ⲥⲁ praepositum nòminibus valet *circa*. Hinc ⲡⲓ ⲥⲁⲛⲱⲓⲕ, *pistor*, qui in pane conficiendo versatur. ⲡⲓ ⲥⲁⲛⲁϥ, *lanius*, qui carnes tractat. ⲡⲓ ⲥⲁⲛⲕⲁⲡ, *fidicen*, qui chordas in *Deposit. Magistriani*. ⲡⲓ ⲥⲁⲛⲙⲁⲗⲁⲕⲓ, *voluptuosus* ibid. a μαλακος, μαλακια. ⲡⲓ ⲥⲁⲛⲙⲁϣⲓ, *ponderator* Scal. M. 114. a ⲙⲁϣⲓ, *trutina*. ⲡⲓ ⲥⲁⲛⲃⲁϫⲛⲓⲛⲓ, *vitriarius* ibid. 128. a ⲃⲁϫⲛⲓⲛⲓ, *vitrum*. ⲡⲓ ⲥⲁⲛϣⲁⲣ, *coriarius* a ϣⲁⲣ, *corium* pag. 138. ⲡⲓ ⲥⲁⲛϭⲏϫⲓ, *tinctor purpurarius* 112. a ϭⲏϫⲓ, *purpura*. ⲡⲓ ⲥⲁⲛⲟⲩⲟⲟϯ, *olitor*, et *olerum venditor* ibid. ab ⲟⲩⲟⲟϯ, *olera*. Sunt alia, quae praetermittimus.

Σααρθα, *tussilago*. Aegyptium nomen habes in append. Dioscoridis ad lib. 3. cap. 126. Omnino σααρθα est a ܫܥܠ, ሰዐለ, سعل *Saala tussire*; ሰዓል, שעול, שעלא, *tussis* aethiop. chald. syr. سعلة *Saalath* arab. *L* enim in *R*, et vicissim *R* in *L* facile convertitur in consuetudine sermonis. Ab eadem radice, scilicet a سعل, natum سعالى *tussilago* apud Avicennam. Etiam Latini *tussilaginem* vocarunt a tussi, et Graeci βηχιον απο της βηχος. Nam tussi medetur haec planta, ut a Dioscoride lib. 3. cap. 126. traditur et a Plinio lib. 26. cap. 6. his verbis, *Tussim sedat bechion, quae et tussilago dicitur*.

Ⲥⲁⲁⲧ, παρελθειν, *praeterire* Amosi VIII. 2. theb. in cod. Borgian. Simile שטה, סטה, סטא, *declinare*, *deflectere*, *recedere* hebr. chald. syr. Ⲥⲁⲁⲧ etiam est ὑπερβαινειν Iobi XXXVIII. 11. in iisdem cod. Borg.

Ⲥⲁⲑⲏⲣⲓ, theb. ⲥⲁⲧⲉⲉⲣⲉ, δηναριον Matth. XVIII. 28. apud Wilkinsium et in codic. Nanian. Item ϯ ⲥⲁⲑⲏⲣⲓ, الدينار, *denarius* Scal. M. pag. 68. Copticum vocabulum factum videtur a graeco στατηρ ηρος; quemadmodum δηναριον et دينار certe a lat. *denarius*.

Ⲥⲁⲑⲙⲓ, μηρυκισμος, μηρυκασθαι, *ruminatio*, *ruminare* Levit. XI. 3. 4. 26. Fortassis a ⲥⲁⲧⲟⲧⲉⲙ fit ⲥⲁⲑⲙⲓ contractius. Ⲥⲁⲧ

iactare, ⲟⲩⲉⲙ. *cibus*. Hoc autem est *ruminare*, cibum scilicet a rumine seu gula ad os revocare. Non dissimili modo ⲁϣⲙⲓ *ellychnium*, factum videtur ex ϩⲁϣⲙⲁϩϫⲓ: de quo supra sermo est habitus.

Ⲥⲁⲗⲉⲥ, *insanus*, ⲙⲉⲧⲥⲁⲗⲉⲥ, *insania* in vita Daniel. Shieten. et Macarii Abb. in cod. Borg. Idem ac *σαλος stultus*, quam vocem usurpant Graeci recentiores; maxime in vitis Patrum ac monachorum Syriae atque Aegypti. Rationem nominis, nec in Graecia, nec in Aegypto reperire est. Equidem credo, ab Arabibus acceptum, seu derivatum a verbo ملس, *insanire*, *stultum esse ac mentis inopem*; ملاس, *amentia &c.*

Ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ ⲡⲓ, امنبيلة, *muraena*, *anguilla*. Ita arabica vox latine redditur a Kirkero Scal. M. pag. 171. quae cum ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ conveniunt, non autem cum Ϥⲟⲩⲕⲁⲥⲓ, proxime sequenti vocabulo, quicum coniuncta exhibentur. Vice versa cum ϥⲟⲩⲕⲁⲥⲓ quadrant راس الحجر, ut ostendam suo loco; quae a ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ, cui respondent e regione, sensu ac significatione dissentiunt. Quare istorum, ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ inquam et ϥⲟⲩⲕⲁⲥⲓ, situm mutavi, et alterum alterius loco posui probabili coniectura. Enim vero ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ est meo iudicio ipsum צלובחא *Tselobcha* aut *Tseloucha*, quod apud veteres Iudaeos *anguillam* designat, ac, ut est in libro *Aruch*, etiam apud Arabes. Nihil enim fere inter *Seloucha*, et ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ, quod legas *Salouki*, discriminis interest. Vox autem arabica loco cit. Scalae M. ام مبيلة, quae iungenda cum ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ, atque scribenda امغبيلة, est *Anguila*. Namque et *M* ante *G* sonat *N*, et *B*, velut *V* consonans, enunciatur. Quare vides heic latinam vocem *Anguilla*, ut saepe in Arabum libris, eam unde latina exstitit, reperies graecam. Dicunt enim انكليس, quae est *εγχελυς*. In glossis ad Gemaram צלובחא *Tseloucha* explicatur, דג ושמו אנגווליא, *piscis*, *cuius nomen Anguilla*. Quo in loco fere habes utramque vocem, quae heic legenda exhibetur, scilicet ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ, sane eandem ac chaldaica *Tseloucha*; et امغبيلة, non aliam plane a latina *Anguilla*. De ϥⲟⲩⲕⲁⲥⲓ inferius dicendum.

Ⲥⲁⲗⲱⲥ, الاجلع, *calvus*, praesertim in anteriore parte capitis Scal. M. pag. 72. Fit ⲥⲁⲗⲱⲥ, opinor, a صلع, *calvum esse*, potissimum sincipite; unde nomen صلع, quod legas *Salo*, *calvi-*

ties sincipitis. Eodem modo ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ ad צלוּקתא se habet. Sed τῷ ⲥⲁⲗⲱϭ simillimum pariter גלוש *calvus* chald. quod a גלש *tonderi*, *depilari* hebr. syr. derivant. *G* saepe mutatur in *S*, ut ϫⲉⲙⲛⲟⲩϯ est سمنود *Semanud* arabice, graece autem ac latine *Sebennytus*. Plura huiusmodi exempla collecta habes in verbo ϢⲁⲣⲒ *percutere*.

Ⲥⲁⲙⲃⲉϩⲓ ϯ, الانثيان, *testes* Scal. M. pag. 78. Vox arabica est dualis, ut grammatici vocant, numeri, exprimens binos testes. Coptica est singularis: tamen ipsa quoque *virilia* ac *testes* significat. Videtur omnino ϯ ⲥⲁⲙⲃⲉϩⲓ expressum a שפכה hebr. quod est pariter feminini generis, et aeque, atque illud, *virilia* notat. Affine est enim שפכה, si legeris *Sapecha*, τῷ ⲥⲁⲙⲃⲉϩⲓ *Sambehi*. Nam *P* et *B* permutari inter se sciunt omnes: et Caph in ϩ verti a Coptis v. Ϩⲣⲱ *fornax* pluribus exemplis comprobatum est. *M* vero saepe ob euphoniam inditum videas, non solum in coptica, sed etiam in aliis linguis. Sic ⲣⲉϥϣⲧⲉⲙⲕⲟ pro ⲣⲉϥϣⲧⲉⲕⲟ, ϫⲉⲙϥⲉϩ pro جفاع, ⲗⲓⲙⲯⲁⲛⲟⲛ pro ⲗⲓⲯⲁⲛⲟⲛ, quod saepius occurrit in *Euchol.* Tuk. part. 2. ⲟⲩⲟⲙⲥⲓⲣ pro بواسير *Boasir*. Item *Ambubaia* ab אבוב, *Camphora* a καφυρα vel a כפר, *Sambuca* et σαμβυκη a סבכא, *Tympanum* a τυπανον &c. Porro שפכה dici volunt ab effundendo semine, quia שפך est *effundere*.

Σαμψυχος, *Sampsuchum*, *amaracus*. Puto vocem esse aegyptiacam, quam etiam in Syria usitatam refert Plinius lib. 21. cap. 11. *Amaracum*, inquit, *Diocles medicus et Sicula gens appellavere*, *quod Aegyptus et Syria sampsuchum*. Hesychius, Σαμψυχος· πλειςη γινεται εν Αιγυπτω· αλλοι δε μαραθον (αμαρακον) καλουσιν. Venit in mentem sampsuchum interpretari *herbam crocodili*, atque ita legere ⲥⲓⲙⲡⲥⲟⲩϫⲓ. Nam ⲥⲓⲙ *herba* dicitur ab Aegyptiis, ⲥⲟⲩϫⲓ autem *crocodilus*. Enim vero ita accipere atque explicare nihil vetat. Perhibet enim Plinius, terrestrem crocodilum, quo genere σκιγκος, vel σουχος comprehenditur Dioscorid. lib. 2. cap. 71. odoratis herbis ac floribus pasci. Sampsuchum autem, sive amaracus, cuius maxima in Aegypto copia est, odoris suavitate in primis excellit. En Plinii verba lib. 28. cap. 8. *In terra tantum odoratissimisque floribus vivit. Ob id intestina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore referta*. Al-

terum in Aegypto amaraci cognomen habes memoriae proditum in appendice eiusdem Dioscoridis cap. 47. lib. 3. scilicet σοφο. Sed haec Syrorum vox est, ܙܘܦܐ *Zupho*, vel *Supho*, eademque hyssopum proprie significat. Sic enim Syri ܙܘܦܐ, hebr. *hyssopum*, interpretantur: quod ipsum, dico אזוב, aliqui ex Thalmudicis doctoribus tract. *de sabbato* pag. 109. 2. שומשוק *Sampsuchum* reddunt.

Σαμψως, *Hippomarathrum* aegypt. in append. Dioscor. ad lib. 3. cap. 82. Scriptum credo ϣⲁⲙⲡϣⲱⲓϣ, *Sampsois*, voce composita ex ϣⲁⲙ, ϣⲟⲙ, λεπτυνειν, *comminuere*, et ⲡϣⲱⲓϣ, *pulvis*. Hoc enim calculos in pulverem redigit, quod Graeci θρυπτειν τον λιθον εις ψαμμια. Dioscorides loco cit. ubi de Hippomarathro, *Semen eius*, inquit, *ac radix* τες λιθες θρυπτει. Eadem Galenus *de facult. simpl. medic.* lib. 7. et Plinius lib. 20. cap. 23. *Hippomarathrum calculos praecipue pellit*. Denique idem testantur medici recentiores.

Ⲥⲁⲣⲁⲑⲏⲟⲩ, καταιγις, λαιλαψ, *procella*, *turbo* Psal. xi. 6. II. Petri II. 17. Constat meo iudicio vocabulum ex ⲑⲏⲟⲩ *ventus*, quod supra explicavi, et ⲥⲁⲣⲁ, quod certe a סער *Saar* vel סערה *Saara*, *turbo*, *tempestas*, *procella* hebr. Ita erit ⲥⲁⲣⲁⲑⲏⲟⲩ, quasi *procella venti*.

Ⲥⲁⲣⲟⲩⲕⲓ, الانزع, *calvus* Scal. M. pag. 72. Forsitan ⲥⲁⲣⲟⲩⲕⲓ *Saruki* est a קרוח *Karuch*, *calvus* chald. קרח hebr. et קרחה, קרחא, *calvitium*: haec autem a verbo קרח, *depilare*, *decalvare*; unde facile Graeci κειρειν, κερα, itemque καρη vel καρα. Iam Coph vel *K* in *S* converti solere, v. Κιχορον pluribus exemplis planum feci. Chet vero in *K*, sive adspiratam mutare in tenuem, multo est usitatius.

Ⲥⲁⲧ, στοιβαζειν, επιστοιβαζειν Levit. I. 7. Hinc facile σαττειν, *onus imponere*, *stipare*, *constipare* derivatum. Locus sic habet, ⲉⲩⲉⲥⲁⲧ ⲛⲛⲓⲡⲱⲓⲕϩ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲡⲓⲭⲣⲱⲙ, graece επιστοιβασουσι ξυλα επι το πυρ. Iterum infra vers. 12. ⲉⲩⲉⲥⲁⲧ, επιστοιβασουσιν, membra victimae super ligna. Significatio τε επιστοιβαζειν ab alia eiusdem verbi notatione, quae est ριπτειν, *iacere*, *iniicere*, fortasse ducta est.

Ⲥⲁⲧ, الزبل, *stercus* Scal. M. pag. 257. Simile videtur ⲥⲁⲧ τῳ σκατος, σκατον, σκατα *stercus*: quae maxime sunt in usu apud

Graecos recentiores. *σκατος* item parum distat a שׁית *Schit*, *stercus* chaldaice. Verius tamen, ⲤⲀⲦ *stercus* a ⲤⲀⲦ *iacere*, *proiicere* derivatum. Non dissimili ratione *βορβορος* a ⲂⲟⲣⲂⲉⲣ *eiicere* dixerunt Graeci.

Sauses. Ita ab Aegyptiis, sunt appellati monachi coenobitae. Auctor est Hieronymus epist. ad Eustochium *de custod. virgin.* cap. 15. *Tria sunt*, inquit, *in Aegypto genera monachorum*. *Primum coenobitae*, *quod illi Sauses gentili lingua vocant*; *nos in communi viventes possumus appellare*. Puto, vocabulum constitisse ex binis vocibus ⲤⲞⲞⲨϨ *congregare* theb. vel ⲤⲈⲨϨ Mich. VII. 1. et ⲤⲎϢ *aequalis*, *aequalitas*, inde ⲤⲈⲨϨⲤⲎϢ vel ⲤⲞⲞⲨϨⲤⲎϢ, *Seuhses*, *Souses*, id est *aequales congregati*. Quo nomine monachi coenobitae recte nuncupari potuerunt, qui tamquam fratres ac plane aequales, sub iisdem legibus una vitam ducunt. A ⲤⲞⲞⲨϨ dicitur ⲤⲞⲞⲨϨⲤ *Souhs*, *coetus congregatorum* in elencho codicum Borg. nuper edito pag. 554. A quo etiam sine alterius vocis adiectione *Souhses* vel *Sauses*, coenobitas monachos cognominare licuit.

Σαφθω, *Hyoscyamus*, *Apollinaris* aegypt. ut est in append. Dioscor. ad lib. 4. cap. 69. et in Apuleio *de herbis* cap. 4. Habe nomen copticis litteris ⲤⲀⲪⲐⲞϨ *Saphthoh*, compositum ex ⲀⲪⲈ *caput*, et ⲐⲞϨ, *ταρασσειν*, *turbare*. Nam *S* interdum praefigi solere non ignorant, qui copticam linguam callent. Hyoscyamum porro caput turbare ac insaniam inducere, docent medici omnes. Plinius lib. 25. cap. 4. Tria, inquit, hyoscyami genera, *omnia insaniam gignentia*, *capitisque vertigines*. Paullo post, hyoscyamus *mentem caputque infestans*. Eadem Xenophon in *Oeconom.* Scribonius Largus *Compos. medic.* 181. Dioscor. l. 4. c. 69. Quare *μανιωδης* hyoscyamus dicitur a Galeno lib. 8. *Simplic. medicam.* ab aliis *εμμανης*, a Latinis *insana*, quomodo in Apuleio cap. cit. et in append. Dioscoridis positum est. Kirkerum praetermitto, qui *Saphtho* explicat *contra Deum* in *supplem. Prodrom.* pag. 595. *eo quod*, inquit, *typhoniae naturae sit*, *id est ad insaniam excitans*, *et maxime divinam in homine particulam*, *intellectricem videlicet facultatem*, *sumpta corrumpens*. Littera *S*, de qua supra, dictioni praeposita, praesertim quum voces a vocali incipiunt, observatur in multis, ut in ⲤⲞⲪⲓⲣ ab ⲞⲪⲓⲣ, ⲤⲞⲨⲣⲓⲛⲗ pro ⲞⲨⲣⲓⲛⲗ, ⲤⲞⲚⲓ pro ⲞⲚⲓ, Ⲥⲣⲟϥⲣⲉϥ a רחף,

ϲⲗⲁϫⲗⲉϫ a ⲗⲟϫⲗⲉϫ , ⲥⲙⲟⲕⲉϩ a ⲙⲟⲕϩ , ⲥⲫⲣⲁⲅⲓⲥ a פרש et in aliis.

Ⲥⲁϫⲟⲗ , الكلكة , *capistrum* Scal. M. pag. 127. ϯ ⲥⲁϫⲟⲗ , φιμων , *capistrum ori iniicere* Deut. xxv. 4. I. ad Cor. viiii. 9. I. ad Tim. v. 18. Idem est arab. شكل *sciachal*, *capistrare*, *capistratio*. Porro , uti ⲥⲁϫⲟⲗ ad شكل , ita κημος *camus*, κημων *camo constringere*, se habet ad كم pariter *capistrare* , كمام *capistrum*. Etiam φιμος , φιμων , fortasse a פום , פומא , *os oris* repetenda sunt. Non omittam, ⲥⲁϫⲟⲗ iterum legi in Scala El. p. 359. ubi sic, Ⲥⲁϫⲟⲗ , كلكا , *capistra*, quod male Kirkerus, *amuleta*, *phylacteria*, vim τυ ⲥⲁϫⲟⲗ ignorans : quae etiam incomperta fuit magno viro , ita scribenti *Hieroz.* part. 2. lib. 6. cap. 15. ⲥⲁϫⲟⲗ idem esse atque *Sacal*, gummi genus apud Plinium lib. 37. cap. 2. Quare loco superius recitato Scalae M. pro كلكة *capistrum*, ex ingenio legit كمكام, *gummi*, *resina*. Constat enim ex locis novi testamenti, quae modo prolata sunt, ⲥⲁϫⲟⲗ esse *capistrum*. Adde glossarium manu exaratum apud Crozium, ubi ⲥⲁϧⲟⲗ , شكيمة , كلكة , *capistrum*. *Sacal* vero , a Plinio memoratum , quid sibi velit, et unde sit , alio in loco dicam, scilicet v. Ϣⲁⲗ.

Ⲥⲁϧⲉⲙ , *aegrotare*, *languere*, *deficere* Gen. xxiiii. 29. ubi ⲉⲣⲉ ⲡⲉϥϩⲏⲧ ⲥⲁϧⲉⲙ, *corde aeger*, *viribus deficiens*, *languescens*, graece εκλειπων. Ⲥⲁϧⲉⲙ duci videtur e سقم *Sacam*, *aegrotare*, *infirmum esse* arab. unde سقم , سقام *Sacam* et سقيم *Sakim*, *infirmus*, *aeger*, *languens*, et alia derivata.

Ⲥⲁϩⲛⲓ , ⲥⲉϩⲛⲉ , χορηγειν , επιχορηγειν , χορηγια , *suppeditare*, *dispensare* , *suppeditatio*. Lege Crozium. ⲡⲓⲣⲉϥⲥⲁϩⲛⲓ , χορηγος , dicitur Deus *in Liturg. Basil.* Item in Scal. M. cap. 1. pag. 42. ubi *de nominibus Dei*, ⲡⲓ ⲣⲉϥⲥⲁϩⲛⲓ الرازق , victus, bonorum *largitor*; ut lib. 2. Macchab. cap. 1. 25. vocatur Deus ὁ μονος χορηγος: et a Theophylacto in Luc. cap. 17. sane eleganter, μεγας ταμιας ὁ Θεος , και ταμιειον ακενωτον ἡ αγαθοτης αυτυ. Iam ⲥⲁϩⲛⲓ *Sahni* videtur a סכן *Sachan* posse derivari, quod est *conferre*, *prodesse* hebr. et chald. Unde plures סוכן *Sochen* repetunt, quod legimus Isai. xxii. 15. *thesaurarium*, *dispensatorem* interpretantes. Nam et voces in I Copti persaepe finiunt , et Caph per ϩ exprimere solent , quod alias probavi , praesertim in voce Ϩⲣⲱⲓ *fornax*.

Cⲁϩⲥⲁ, ψώχειν, *fricare*, *manibus comminuere* Luc. vi. 1. A Wilkinsio editum ⲥⲁϩⲥ. Sed in scripto codice, testante Crozio, erat ⲥⲁϩⲥⲁ ∴ Etiam in Scal. El. pag. 277. ⲥⲁϩⲥⲁ. In elencho codic. Borg. nuper edito pag. 532. ⲥⲉϩⲥⲱ, quod est *confricare* spicas, non ἐλέγχειν, *examinare*, nec *colligere*, ut in adnotatis. Porro ⲥⲁϩⲥ vel ⲥⲁϩⲥⲁ τῷ شاس *fricare* arab. omnino simile est.

Cⲁϩⲱ, *abscedere*, *abire* in Act. Lacaronis martyr. in cod. Borg. ubi ⲥⲁϩⲱⲕ ⲥⲁⲃⲟⲗ ⲙⲙⲟⲓ, *abi a me*. Alibi ⲥⲁϩⲱϥ. Idem ⲥⲁϩⲱ videtur, ac נוע, *migrare*, *abire* hebr.

Cⲁϩϯ, καίειν, *comburere*, *incendere* Exod. xxvii. 21. καύσις, *combustio* Isai. xxxx. 16. Cⲁⲧⲉ, πῦρ, *ignis* theb. Mich. i. 7. in cod. Borgian. et Deuter. viiii. 15. apud Tuk. 445. item ⲥⲟⲧⲉ. Certe ⲥⲁϩϯ *Sahti*, ⲥⲁⲧⲉ *Sate* diversa non sunt a ܣܬܐ *Seto*, *Sato*, *ardere* syr. vel a ܣܛ *Sot*, *Sat*, *conflagrare*, *ardere*; sive a سطع *Saata*, *ardere*, *cremare* arabice. In ⲥⲁϩϯ ϩ παρέλκει, ut in ⲥⲁϩⲥⲁ paullo ante, et in aliis quam plurimis. A ⲥⲁϩϯ ortum Ⲙⲁⲛⲥⲁϩϯ *culina* Scal. M. pag. 155. et in Vit. Macarii ex cod. Borg.

Cⲁϫⲓ, λόγος, διηγεῖσθαι, *sermo*, *loqui*, *dicere*, *narrare*. Convenit fere ⲥⲁϫⲓ cum הגה *Haga*, *eloqui*, *effari*, *disserere* hebr. chald. هجى *Hagia* arab. et cum הגה, *sermo*, *loquela*. Notandum, Sima positum pro He, seu *S* pro *H*, quae adspiratio est. Hoc autem frequens in veteribus linguis. Sic Latini adspiratas vocales Graecorum, littera *S* auctas referunt; uti ab ἕξ faciunt *sex*, ab ἑπτά *septem*, ab ἕρπω *serpo*, ab ἅλς *sal*, ab ἕρπυλλον *serpyllum*. Sunt plura apud Vossium lib. *de permut. litt.* Hoc idem in Oriente usitatum probat Bochartus *Hieroz.* tom. i. pag. 990. Copti similiter ϭ et ϩ peraeque usurpant interdum, ut ⲥⲁⲛϭⲏϫⲓ et ⲥⲁⲛϩⲏϫⲓ Scal. El. pag. 337. *purpurarius*, *purpuraria*, ⲥⲁⲙⲉⲛϩⲏⲓ et ⲥⲁⲙⲉⲛϭⲓⲛ, *post me* ibid. Pro ⲥⲁϫⲓ scriptum ϣⲁϫⲉ theb. ϣⲉϫⲓ basmyr.

Cⲁϯ, *nere*: ⲉϥⲥⲁϯ, κεκλωσμένον, *netum* Exod. xxv. 4. Pariter in Scala M. ⲛⲓ ⲥⲁϯ, *acu pictum*, *netum*. Simile est שתי, שתיא, *stamen*, *textura*, et quidquid in colo *ad nendum* ponitur. Verbum est שתא, שתי, *texere* chald. syr.

Cⲁϯ, النصل, *sagitta*, *cuspis*, *iaculum*, *telum* Scal. M. pag.

116. A ϲⲁⲧ βαλλειν mea sententia nomen ducitur. Theb. est ϲⲟⲧⲉ in elencho codicum Borg. pag. 379.

Cⲃⲉ, θυρα, *ianua*, *limen* Iohan. x. 7. 9. Est, opinor, a ספא, *limen*, *postis* chald. syr. סף hebr. Nam *P* vel *Ph* cum *B* commutari, quum in caeteris linguis, tum etiam in coptica compertum est. Ita se habet pariter ⲃⲉⲛⲓ ad φοινιξ *palma*, ⲉϥⲗⲏⲟⲩ ad הבליא *vanitates*, ⲙⲁⲁⲃ ad ⲙⲁⲡ *triginta*, ϣⲉⲃϣⲱⲃ *acutus* ad ϣⲉⲡⲛ ϣⲱⲛⲧ. Mitto caetera, ne infinitus sim.

Cⲃⲟⲩⲓ ⲡⲓ, الحقير, *vilis*, *contemptus* Scal. M. pag. 231. ϲⲃⲟⲩⲓ *Sbui* repeto a בסיא *vilis* syr. κατα μεταθεσιν. Hoc autem est a verbo בסא, *spernere*, *contemnere*; unde etiam בסא, *spretus*, *vilis*.

Cⲃⲱ ϯ, *eruditio*, *doctrina*, *sapientia*. Lege Crozium. Hinc ϯϲⲃⲱ *docere*, seu *doctrinam tradere*; ϭⲓϲⲃⲱ *discere*, *doctrinam accipere*, quod male Crozius παιδευειν, *erudire* ex Psalm. II. 10. Ibi enim παιδευθητε, *discite*, *erudimini*. Memorat hoc nomen Horus lib. I. cap. 36. Αφ' ὁ και παιδεια παρ' αυτοις σβω καλειται· ὁπερ εστιν ἑρμηνευθεν πληρης τροφη. Sed quid hoc est, quod ait, ϭⲃⲱ, πληρην τροφην exprimere? Equidem sic existimo, habere hanc vim a verbo שבע, quod apud Hebraeos aliosque Orientales *satietatem* sonat. Quare ϲⲃⲱ, non modo παιδεια, sed etiam *saturitas* erat antiquis Aegyptiis. Hebraei quidem שבע, nunc *Saba* efferunt. Sed hoc nihil obest, quo minus olim *Sbo* dixerint Aegyptii. Quum enim voces antiqui sine vocalibus scripto traderent, alii alias addere enunciando poterant. Idcirco idem verbum שבע, *saturum esse*, Hebraei *Saba*, Chaldaei et Syri *Seba*, vel *Sba* proferunt, Arabes *Sabea*, Aegyptii *Sbo*. Iidem alias et *Sabo* vel *Sabe*. Nam ϲⲁⲃⲟ Coptis est *scire*, *discere*, ϲⲁⲃⲉ *sapiens*: quae sane a ϲⲃⲱ, quatenus notat doctrinam atque sapientiam, natura non differunt. A ϲⲁⲃⲟ iterum fit ⲧⲥⲁⲃⲟ *docere*, idem ac ϯϲⲃⲱ, quasi doctrinam tradere; nam ϯ, ⲧ est *dare*. Aliquando etiam valet *discere*. An vero indidem, dico a ϲⲁⲃⲟ, Graeci σοφος, Latini *sapio*, *sapiens*, quaerendum.

Cⲉⲃⲉⲛ ϩⲁⲛ, κειριαι, *fasciae*, *institae* Iohan. XI. 44. et in Scal. El. pag. 390. ϩⲁⲛ ϲⲉⲃⲉⲛ, لفايف, حواشى, *fasciae*. Porro ϲⲉⲃⲉⲛ pro *linteo*, *fascia* &c. usitatum est in omnibus fere lin-

guis. Chaldaei סבין, סבינא, Arabes سبنة, Aethiopes ሰበን, Graeci recentiores *σαβανον*, Latini *sabanum*. Videtur ab Oriente, vel ab Aegypto ad Graecos ac Latinos venisse.

Cεβι, coϒβε, *περιτομη*, *περιτεμνειν*, *circumcisio*, *circumcidere*, Iohan. vii. 22. Genes. xvii. 11. Scal. El. pag. 300. ητογcoϒβε, ليختتنوا, *ut circumcidant*. Arabica ex ingenio emendavi, quae male erant edita ليختشوا; unde perperam Kirkerus, *ut timeant*. Sumpta vero haec videntur ab auctore Scalae El. ex Lucae cap. I. 59. Forsitan cεβι, coϒβε, *Sebi*, *Sube*, sunt a سب *Sabba*, *secare*, *recidere* arab. Theb. cββε, basmyr. cηββι I. ad Cor. vii. 19. *circumcisio*, quae item bene cum سب *Sabba*, immo melius concordant.

Cεϩιοϩι, الحقل, *ager* Scala El. pag. 349. Proprie agrum sativum mea sententia significat. Constat enim hoc nomen ex ιοϩι *ager*, et cεϩ vel cεϯ, *σπειρειν*, *seminare*. Eadem vox est in Hom. Theodosii episc. Alex. in cod. Borg. Addam cεϯιωϩε et cεϯωϩε theb. ex elencho cod. Borg. nuper edito pag. 310. ubi ηcε ηcεϯιωϩε i. e. *sexaginta* (subaudi modios vel aliam mensuram) *agri sati*. Ital. *Sessanta moggia di seminato*. Pelagius ex graeco heic *modios* ponit. Sic infra in eodem elencho p. 583. cεϯειωϩε, *sativus ager*: in quibus cεϯ et cεϯ *sativum*, ital. *seminato*, significat, non *iugerum*, ut in adnot. p.310. scriptum reperio. Sic illa quoque cε ηcεϯ, *sexaginta* (modios, vel iugera) *sati*.

Cεκ, Cωκ, *ἑλκυειν*, *επισπασθαι*, *καταγειν*; *ελαυνειν*, *trahere*, *adducere*, *agere*, *impellere*, *protrahere* Ioh. xii. 32. Psalm. xxvii. 3. I. ad Cor. vii. 18. Luc. v. 11. Marc. vi. 45. 48. Act. xx. 11. Non aliud existimo cεκ vel cωκ, a ساق *Saka*, *Sak*, *agere*, *impellere*, *propellere*, *abducere* arabice.

Σελεψιον, *urtica* in append. Dioscor. ad cap. 94. lib. 4. *Αιγυπτιοι σελεψιον*. Certe ita dicitur a ϭιλαπcι, *mordere*. Mordet enim vel pungit urtica. Ita Latini ab *urendo* denominarunt,

Tacta quod exurat digitos urtica tenentis,

ut ait, qui dicitur, Aemilius Macer. Et Graeci *κνιδη* vocant a *κνιζω* *vellico*, *scalpo*.

Cελcωλ, coλcελ, *κοσμειν*, *κοσμος*, *concinnare*, *aptare*, *ornare*, *ornatus*, *decor* Luc. xxi. 5. Matth. xxv. 7. ad Hebr. viiii. 1.

Ϲⲉⲗⲥⲓⲗ, κόσμιος, *concinnus*, *compositus*, *decorus* I. ad Timoth. III. 2. Est idem profecto ⲥⲉⲗⲥⲱⲗ vel ⲥⲟⲗⲥⲉⲗ, ut סלסל, סולסל *Silsel*, *Solsel*, *concinnare* chald. unde מסולסל *concinnus*, סלסול *Selsul*, *concinnatio* capillorum, סלסלה genus *lineae vestis tenuissimae*. Ϲⲟⲗⲥⲉⲗ est etiam *consolari* in *Theotociis*; et ⲥⲗⲥⲱⲗ Iohan. cap. XI. 19. παραμυθήσωνται, in codic. Nanian. et ⲥⲟⲗⲥⲗ, *consolatorius*, παρακλητικός Zachar. I. 13. in Borgianis: qui sensus a vi ac significatione τῦ סלסל non abhorret: hoc enim valet etiam *molliter tractare*, *contrectare leniter*. ⲥⲗⲥⲗ quoque scriptum reperio in iisdem cod. Borg.

Semberritae. Hi fuerunt Aegypti exsules, qui a Psammiticho defecerunt, atque insulam incoluere supra Meroën, quae ab iis nomen accepit. Plinius lib. 6. cap. 30. *Proximae insulae oppidum Semberritarum sub regina*. Strabo lib. 17. pag. 785. Αλλην δ᾽ειναι νησον ὑπερ της Μεροης, ἡν εχουσιν οἱ Αιγυπτιων φυγαδες, οἱ αποσταντες επι Ψαμμιτιχυ. Καλυνται δε Σεμβριται, ὡς αν επηλυδες. Nomen quod spectat, *Semberritae* aut Σεμβριται, quasi επηλυδες, id est *advenae*, uti a Strabone notatum legis, appellati sunt: sane admodum consentaneo vocabulo, eoque, ut mihi videtur, ad explicandum perfacili. Etenim ϣⲉⲙⲃⲉⲣⲓ *Semberi* aegyptiace est *novus incola*, vel *hospes*. Unde *Sembritae*, *novi coloni*, *novi hospites*. Ϣⲉⲙⲙⲟ quippe παροικος, προσηλυτος, ξενος; ⲃⲉⲣⲓ *novus* dicitur in lingua aegyptia.

Σιμεον, *lychnis* herba. In append. Dioscoridis ad cap. 114. lib. 3. de lychnide, Αιγυπτιοι σιμεον. *Lychnidem* certe dixerunt Graeci a flammeo florum colore. Hoc Coptos habuisse prae oculis existimo, quum σιμεον vocare coeperunt. Est enim σιμεον, si ita scribatur, ⲥⲓⲙⲟⲩⲱⲓⲛ, vel ⲥⲙⲉϩⲟⲩⲟⲓⲛ, ad verbum *herba luminis*, seu *flammea*, ut a Plinio appellatur lib. 21. cap. 26. *lychnis quoque flammea illa*. ⲥⲓⲙ quippe et ⲥⲙⲉϩ, *herba* est. ⲟⲩⲱⲓⲛ vel ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ, *lumen*. Sane melius non potuit λυχνις, quod a λυχνος derivatum est, quam σιμεον, id est *herba luminis*, nuncupari. Eodem Σιμυρα *Semura*, lychnidis agrestis apud Aegyptios appellatio, pertinet, in eadem appendice Dioscoridis ad cap. 115. Nam praeter sativam vel coronariam lychnidem, de qua modo sermo factus, est etiam silvestris; quae ab Dioscoride cap. cit. dicitur ὁμοια τῃ ἡμερῳ κατα παντα, *sativae per omnia si-*

milis. Quippe *Semura*, copt. ⲥⲓⲙⲣⲏ aut ⲥⲙⲉϩⲣⲏ, est *herba solis*, seu flammea solis instar. Haec ipsa λαμψας a Graecis vocata perhibetur in cit. append.

Semeth, σεμεθ, *nasturtium*. Aegyptium nomen traditum est ab Apuleio *de virtut. herbar.* cap. 20. et in append. Dioscoridis lib. 2. cap. 185. A Coptis ita scriptum coniicio, ⲥⲙⲉϩϩⲏⲧ, vel ⲥⲓⲙϩⲏⲧ, voce composita ex ⲥⲓⲙ sive ⲥⲙⲉϩ *herba*, et ϩⲏⲧ *cor*, id est *herba cordis*, vel utilis cordi. Ita *Semeth* belle respondet τω καρδαμον, quo modo Graeci nasturtium vocant. Hoc enim a καρδια ducunt grammatici, quia scilicet *cordatos facit*, ut ait Vossius in *Etymolog.* Plinius lib. 20. cap. 13. *animum exacuit*: et auctor *Geopon.* lib. 12. cap. 27. Φασι τυς εσθιοντας καρδαμον οξυτερυς την διανοιαν γινεσθαι. Unde adagium in tardos ac desides, καρδαμον εσθιε. Quamvis id ego non a καρδια simpliciter, sed a καρδια simul et οιμαω *concito*, coniunctum dixerim, si revera eius origo graeca est. Copti certe, vel nasturtii virtutem, quam ad cor animumque exacuendum habere putabatur, spectantes, vel graecum vocabulum exprimere volentes, *Semeth* nomen tribuerunt.

Semmeor, *chamaeleon* herba. Apuleius *de virtut. herb.* cap. 25. *Aegyptii semmeor*. Nomen esse interpretandum puto, *herba canina*, ⲥⲙⲉϩⲟⲩϩⲱⲣ *Semehuor*: ⲥⲙⲉϩ enim *herba*, ⲟⲩϩⲱⲣ vel ⲟⲩϩⲟⲣ, *canis*. Convenit haec appellatio cum graeca κυνοζυλον, *planta canis*; quo vocabulo denotatum τον χαμαιλεοντα μελανα est in append. Dioscoridis ad cap. 11. lib. 3. Eadem planta nigri chamaeleonis etiam κυνοζολος *Cynozolos* vocata est *propter gravitatem odoris*, inquit Plinius lib. 22. cap. 18. In proverbio erat κυνος οζη, *canis malus odor*. Sed etiam peti nomen potuit ab alia caussa, scilicet ab eo, quod herba canibus exitium afferat: quod quum de albo, tum de nigro chamaeleonte prodit Theophrastus in *hist. plant.* lib. 9. cap. 13. Herbarius Copto-Arabs, quem ex Vaticano codice laudat Kirkerus in *Supplem. Prodromi et Lex. Copt.* cap. 8. idem vocabulum, quo de agimus, litteris mandavit, المازريون اسود وهى حماليون لمصريون مامور, *Mezereon nigrum, idem est, ac chamaeleon, Aegyptiis Sameor*. Hactenus de *Semmeor* verbum feci, tamquam si nigri chamaeleontis appellatio esset: quod utique verum est; idque tum ipsa vocis potestate,

tum etiam Copto-Arabis testimonio comprobatur. Verum Apuleius vocabulorum similitudine deceptus *Chamelaea* posuit pro χαμαιλέων, id est herbam a chamaeleonte omnino diversam. Quod etiam peccavit Kirkerus, حماليون scilicet *Chamelaea* interpretatus. In append. Dioscor. pag. 452. pro *Semmeor* scriptum σεσινεωρ vitiose, idque de Dipsaco; cui pariter caetera chamaeleontis cognomina attributa conspiciuntur. Multis enim Dipsacus *Chamaeleon* vocabatur: ut loco cit. Dioscor. Διψακος · οἱ δὲ κροκοδείλιον, οἱ δὲ ονοκαρδιον.... Αἰγύπτιοι Σεσινεωρ, οἱ δὲ μελητα. Et de chamaeleone Apuleius *de virtut. herb.* cap. cit. *Alii Corcodrillon*, *alii Dipsasa* (διψας seu διψακος) *alii Onocardion.... Aegyptii Semmeor*, *alii Imeleta*.

Cenϭen, ηχειν, ηχος, *sonare*, *sonus* I. ad Cor. XIII. 1. ad Hebr. XII. 19. Est idem fere ac طن, *tinnire*, *sonare*, et طنين, *tinnitus*, *sonus*: propius طنطن, *sonare*, طنطنة *tinnitus*. Utique haec, tum coptica, tum arabica, et alia his similia, uti κεмκεм, ϣκελκιλ, sono ipso vocis, *tinnitum* ac sonitum reddunt. Vide v. Κεмκεм et Ϣελϣιλ. Est etiam ceмceм, *sonare* in cod. Borgianis.

Cen+ϯ, θεμέλιον, *fundamentum*, cεn-τε theb. +ϯ cen+ϯ, θεμελιωσαι, *fundamenta ponere*. ϩι cen+ϯ idem. Theb. cмnτε pariter *fundamentum ponere*. Iam cen+ϯ videtur esse a שת *Set*, *fundamentum* hebr. quod a שית *ponere* ducitur. Inserta *N*, ut in ϣenϥι a جع, ϥenτ a רמה *vermis*, cϕpanϣ *interpres* a פרש. Sollemne id ac maxime usitatum Thebaeis, qui ϩoмnτ pro ϩoмτ pro ωϣ etiam ωnϣ, atque pro мнτ seu мετ semper мnτ scribere consueverunt. Contra мερε *diligere*, мεριτ *dilectus*, memph. scriptum мεnρε, мεnριτ. Quemadmodum cen+ϯ a שת, ita fortassis ceмne, ceмni, theb. cмn, *ponere*, *statuere*, derivetur a שם *Sam posuit*, vel שום *ponere*, *imponere*, pariter addita littera *N*. Inde etiam cмме, θεσμοι Proverb. I. 8. apud Tukium *Grammat. Copt.* 506.

Cen, cωn, βαπτειν, ἐμβαπτειν Luc. XVI. 24. Exod. XII. 22. Marc. XIIII. 20. Levit. IIII. 6. 17. *tingere*, *intingere*, *imbuere*, *madefacere*. Est a צבע *Saba*, *Seba*, *tingere*, *inficere*, *madefacere*, *immergere* hebr. chald. syr. Ultima, praesertim adspirata, saepe excidit (Vide Καϣ) *B* autem cum *P* commutari, et vicissim *P* cum *B*, nemo ignorat.

Ϲєпι, ὑπολείπειν, λοιπὸς, λοιποι, *relinquere*, *reliquus*, *reliqui* Exod. x. 12. Matth. xxii. 6. Thebaei ϲєєпє *reliqui*, basmyr. ϲнпп. Simile ϲєпι تو صبع *relinquere*, abiecto puncto inscripto, quae puncta merito contemnuntur. صبع autem, non diversum ab עזב.

Seriphium absinthium marinum. Plinius lib. 27. cap. 7. *Est et absinthium marinum, quod quidam seriphium vocant: probatissimum in Taposiri Aegypti. Huius ramum Isiaci praeferre sollemne habent*. Dioscorides lib. 3. cap. 27. Αψινθιον θαλλασσιον. τινες δε και σεριφιον καλουσι· οπερ πλειστον εν τω περι Καππαδοκιαν Ταυρω ορει γινεται, και εν Ταποσιρι της Αιγυπτου· ω αντι θαλλου οι Ισιακοι χρωνται. Nomen certe huic plantae, quae in Aegypto plurima, ac probatissima nascebatur, Aegyptii indiderunt: quod mihi est ϩριⲙφιομ. Nam φιομ est *mare*, ϩριⲙ *absinthium* Scal. M. pag. 192. ubi пι ϩριⲙ, الشيح, *absinthium*. Igitur ϩєριⲙ‖φιομ erit *absinthium marinum*. Ex ϩριⲙφιομ *Herimphiom* Graeci ac Latini *Seriphium*. Namque *M* elisa ob facilitatem loquendi ipso usu vocis, uti ex ϲορєⲙⲃοϯ factum *Soreboti*, ex ϲιⲙϲορєⲙ κιχοριον, et alia huiusmodi. ϩ vero id est *H*, quae spiritu aspero notatur, expressa per *S*: ut est συς pro ὑς, Σαλμυδισσος pro Ἁλμυδισσος, Συσπειριτις pro Ὑσπειριτις: *sex* ab ἑξ, *septem* ab ἑπτα, *sal* ab ἁλς, *semi* ab ἡμι, *serpyllum* ab ἑρπυλλον, *super* ab ὑπερ. Plura possem addere, si vellem. Sed ista sunt satis.

Ϲєροϫι пι, τριβολοι, *tribuli* Matth. vii. 16. Accipio, tamquam ϲουρϩοϫι *Surhogi*, quasi *infestantes* ac *tribulantes spinas*, Nam ϲουρι spinam significat, ϩοϫϩєϫ vero θλιβειν, *affligere*, *tribulare*. Alias τριβολους Copti reddunt simpliciter ϲουρι Genes. iii. 18. Thebaei autem ⲃροουє.

Ϲєтєⲃρнϫ, ϲєтⲃρнϫ αστραπη, *fulgur* Psalm. xvii. 14. lxxvi. 18. Iam ϲєтєⲃρнϫ compositum credo ex ϲєт *iacere*, et ⲃρнϫ *fulgur*; ut a ϲєт et ωпι fit ϲєтωпι, *lapidare*: unde primum ϲєтєⲃρнϫ vel ϲєтⲃρнϫ, *iacere fulgur*, пιϲєтєⲃρнϫ *fulminis iactus*, tum αστραπη: αστραπτειν vero, ϩι ϲєтєⲃρнϫ Nahumi iii. 3. Sed ab initio ⲃρнϫ erat *fulgur* Memphitis, ut est ⲃρнϭє Thebaeis Apoc. xi. 19. et Matth. xxiiii. 27. apud Tukium *gram. copt.* pag. 26. et 577. Quod spectat ad ⲃρнϫ

Breg, videtur idem cum ברק *Barak*, *Berak*, *Brak*, *fulgurare*, *fulgur* apud omnes fere Orientis nationes, conversis, altera in alteram, *K* et *G*, vel *C* et *G* litteris; quae litterarum mutatio vulgata ac communis. Quamvis alia succurrit origo nominis, quam puto veriorem. Est enim رعج *Raag*, *coruscare*, *fulgurare*, et *coruscatio*, vel *fulguratio* apud Arabes. Inde fuerit ϐρηϫ vel potius ρηϫ *fulgur*, Aegyptiis atque Arabibus commune. Deinde ϐρηϫ et ϐρηϭε, fortassis Aeolum more, qui vocibus ab *R* littera incipientibus, *B* praefigere solebant. Consule Vossium lib. *de permut. litter.* Certe ετρηϫ, εοτρηϫ, et εϐρηϫ, *fulgur* non raro occurrunt in cod. Borgianis. Et in Psalterio Tukiano illa *αστραψον αστραπην*, ita conversa, ⲙⲁⲣⲉ ⲟⲩⲥⲉⲧϐⲣⲏϫ ϩⲓ ⲟⲩⲣⲏϫ ⲉϐⲟⲗ. Sic etiam εϐρακϩ, *urere*, *ustum* in reliqu. lib. medic. Borg. Quoniam *αστραπη* et *αστραπτω* saepius nomino, addam, ista quoque mihi videri ex Oriente petenda, videlicet a צרב, *incendi*, *comburere*, *inflammare*. Vides enim in צרב *Tsarab* sive *Astarab*, vel *Astrab*, vides, inquam, *αστραπη* et *ἀστραπτω*. Siquidem Tsade, quum in alias linguas transfertur, vel per *TS*, vel per *ST* repraesentatur. A צרב, est צרבת *ardens*, *comburens*, vel *incensio*, *exustio*, quod sane *τῳ αστραπτειν* simillimum est. Aliae rationes nominis, quas ex graeco sermone trahunt grammatici, vanae ac futiles, si quis eas legerit, videbuntur.

Cετcωτ in *Deposit. Magistriani* ex cod. Borg. ⲙⲫⲣⲏϯ ⲛⲟⲩⲥⲓⲟⲩ ⲉϥⲥⲉⲧⲥⲱⲧ, *velut astrum coruscans*, *rutilans*, *vibrans*, ital. *come una stella brillante*. Cετcωτ quasi *splendorem iactare*, quod est frequentativum verbum, a cετ *iacere* ductum. Cιοτ εϥcετcωτ non est *stella cadens*, ut in adnot. ad elenchum cod. Borg. pag. *616*. scriptum lego.

Cεϩτ, *λεπρα*, *leprae*, *scabies* Matth. VIII. 3. Haebraeis ספחת *Saphaht*, *Saphht* dicitur *impetigo*, *scabies*: unde esset, extrita *Ph*, *Saht*, *Seht*. Sed origo haec admodum dubia videtur. A cεϩτ *leprae*, et κηκc *λεπισματα*, *λεπιδες* est κηκcεϩτ vel κηκcεϩτ, *leprae*, *leprosus*, ad litteram *squamae leprarum*. Nam κηκc, *squamae*, *cortices* Act. XIIII. 18. Gen. XXX. 37. Κηκc autem a κοκ, *λεπιζειν*, *decorticare* Gen. loco cit. seu κηκ in vita Macarii Alexandr. vel ϫωκ Scal. M. pag. 231. ubi ⲁϥϫⲱⲕ, قشر, *decor-*

ticavit (Male Kirkerus *cortex*) Pro ⲥⲉϩⲧ, theb. ⲕⲉϩⲧⲉ in reliqu. lib. med. Borg. Nam *S* cum *K* commutari, superius probatum est v. Κιχορον. A ⲕⲉϩⲧⲉ natum ⲕⲁⲧⲕⲉ in eodem libro et eodem sensu. Inde etiam, scilicet a ⲕⲟⲕ, ⲕⲏⲕ, et ⲱⲛⲓ *lapis*, vocatus ⲕⲉϩⲕⲉⲱⲛⲓ *statuarius*, *sculptor* in codic. Borgianis. Est enim is, qui lapides scalpit seu polit ad statuas sive anaglypha perficienda.

Ⲥⲉϫⲡ, ⲥⲱϫⲡ, *ἀπολειπειν καταλειπειν*, *relinquere* Exod. v. 19. Psalm. xxxxviii. 10. Repeti ista possent a שבק *Sebak*, *relinquere* chald. syr. seu traiectis litteris *Sekb*, *Sakb*. Thebaei pro ⲥⲱϫⲡ, dicunt ϣⲱϫⲡ Amosi viii. 12. Zach. xiii. 8. in codic. Borgian. et apud Crozium.

Ⲥⲏⲃⲓ, *σχολαζειν*, *cessare*, *vacare* basmyr. I. ad Cor. vii. 5. Fortasse a שבת *Sabat*, *cessare*, *quiescere*. Namque *A* in ista dialecto saepe mutatur in ⲏ, et *T* in fine aliquando abiicitur. Huiusmodi est ϭⲣⲏⲡⲓ *sceptrum* a שרביט, ⲁⲟⲩⲱ *pignus* ab עבוט.

Ⲥⲏⲃⲓ, *calamus*, *canna*. ϩⲁⲛ ⲥⲏⲃⲓ ⲛⲥⲑⲟⲓ ⲛⲟⲩϥⲓ, *calami odorati* Exod. xxx. 23. Ⲥⲏⲃⲓ *canna cruris*, *tibia* Levit. xi. 21. Psalm. cxxxxvi. 10. ⲥⲏⲃⲓ ⲛϫⲱ, *fistula musica* I. Cor. xiiii. 7. Forsitan ⲥⲏⲃⲓ a قصب, قصبة, *canna*, *arundo* arab. quo etiam *tibia cruris*, vel *brachii* significatur. Specialiter قصبة السوق, *canna cruris*, قصبة الذراع, *canna brachii*, قصب الذريرة, *calamus aromatis*, *odoratus*. Fit ⲥⲏⲃⲓ a قصب vel قصبة, abiecta *C* vel *K* initio vocis. Similia sunt ϣⲟⲧ *durum* a קשות; ⲗⲏⲕ *mollis* a חלק; ⲣⲱⲕϩ *combustio* a חרוכה; ⲣⲓⲃⲏ *linter* a كريب &c. Pro ⲥⲏⲃⲓ theb. scriptum ⲥⲏϥⲉ in elencho codic. Borg. pag. 564.

Ⲥⲏⲟⲩ, *tempus*, Psalm. i. v. 3. et in aliis. Utique non differt a שעה vel שעא, *hora*, *tempus*, *momentum* chald. et syr. ሰዐ ሰዓ aethiop.

Σηραγγες, σηριγγες, et σηραγκες apud Hesych. Sic appellatae sunt nobiles illae, saepissime ab antiquis laudatae, fossae subterraneae in Aegypto. Ita Aelianus *de animal.* lib. 16. cap. 15. Σηραγγας Αιγυπτιους, η λαβυρινθους Κρητικους. Σηραγγας, inquam, non συριγγας. Sic enim habet princeps Aeliani editio; quod subinde non bene a Gronovio in συριγγας mutatum. Itaque legisse videtur Gillius Aeliani interpres in scriptis codicibus. Nam vertit *fossas aegyptias* in utroque Aeliani loco, etiam lib. 6.

cap. 43. ubi συριγγας editum est. Quamvis heic quoque σηραγγας a Gillio in mss. libris repertum, pro certo affirmare non ausim. Συριγγας enim *fossas* quodam sensu latine dicere ac interpretari potuisse inficiari nolo. Vocabulum porro, de quo agimus, ab Aegyptiis impositum, atque ex aegyptio sermone explicandum crediderim; licet eius vis atque ratio dubia mihi ac incerta videatur. Occurrit enim vero nescio quae vocis notatio, quam ego quidem ea mente in publicum proferam, ut ea probabilis necne habenda sit, legentibus diiudicandum relinquam. Fortasse nomen coniunctum putetur ex verbo ϭⲣⲏ *fodere*, *fossae*, et ⲥϧⲁⲓ vel ⲥϧⲉ *scriptura*, *litterae*, nempe ϭⲣⲏⲛⲥϧⲁⲓ, ϭⲣⲏⲛⲥϧⲉ vel ϭⲏⲣⲛⲥϧⲉ, *Serensche*, *Seransche*. Unde Graeci, mollius enunciantes, σηραγγες, aut σηραγκες, extrita S, et adspirata littera in tenuem conversa. Ita *Seranche* vel *Serankes* aut *Seranges* fuerint, spectata vocis potestate, *fossae* subterraneae, litteris aut figuris *inscriptae*: quales revera eas fuisse ostendit Ammianus lib. 22. cap. 15. ubi de Aegypto: *Sunt*, inquit, *et syringes subterranei quidam et flexuosi secessus, quos, ut fertur, periti rituum vetustorum, adventare diluvium praescii, metuentesque, ne caeremoniarum oblitteraretur memoria, penitus operosis digestos fodinis per loca diversa struxerunt; et excisis parietibus volucrum ferarumque genera multa sculpserunt, et animalium species innumeras, quas hieroglyphicas litteras appellarunt*. *Syringes* quidem denominat, non *Seranges*; quia ita fere semper consimili graeco vocabulo sunt appellatae a Graecis. Non tamen apte, ut mihi videtur. Syringes enim, a συριζειν vel συριττειν dictae, proprie *fistulas* aut canales designant; non vero ingentes subterraneas specus, *penitus operosis digestas fodinis*, ac characteribus insignitas, cuiusmodi aegyptiae seranges erant, commode significare queunt.

His, quae hactenus de vocis vi atque origine dicta sunt, iuvat hic, quoniam se offert occasio, subiicere illustrem Manethonis locum, qui est apud Syncellum in *Chronogr*.. pag. 142. ubi, quae scribit, se didicisse narrat εκ των εν τῃ Σηριαδικῃ γῃ κειμενων ςηλων, ἱερᾳ, φησι, διαλεκτῳ και ἱερογραφικοις γραμμασι κεχαρακτηρισμενων ὑπο Θωουτ, τȣ πρωτȣ Ερμȣ &c. Porro in illis εν τῃ Σηριαδικῃ γῃ vitium inesse docti plerique consentiunt.

Licet enim haec *terra Seriadica* multum quaesita, nondum tamen reperta est. Valesius in adnot. ad *Ammianum* loco cit. quem plures sequuntur, legit ex ingenio *εν τῃ συριγγικῃ γῃ*, *in terra syringica*. Sic autem vocari existimat terram, in qua subterraneae syringes invenirentur, sane parum concinne, sive, ut ait Fabricius, *coniectura parum verisimili*. Ego vero non dubitem *εν τῃ σηριαδικῃ γῃ* ita emendare, *εν τῃ σηραγγι* vel *σηριαγγι της γης*: unde partim scribentis negligentia, partim correctoris inscitia postea factum *εν τῃ σηριαδικῃ γῃ*. Ait igitur Manetho, se doctrinam hausisse e stelis, quae in *Serangi* vel subterranea specu abditae erant: de quibus praeter Ammianum, ita Martianus Capella lib. 2. pag. 35. *Notas eminentibus saxis iussit adscribi, atque intra specum per Aegyptiorum adyta collocari; eademque saxa stelas appellans, Deorum stemmata praecepit continere*. Ex corrupto Manethonis loco eandem historiam de terra Seriade hausit Iosephus. Sed, quae ille de stelis Thothi, iste de Sethi columnis accepit ac libro 1. *Antiquit.* cap. 2. memoriae tradidit. De Serangibus aegyptiis agit Bochartus *Hieroz.* part. 2. lib. 4. cap. 22. quod nomen is a שרג hebr. *perplexum esse* derivat. Ego fortasse rectius rationem ejus ex lingua aegyptia depromere atque explicare tentavi.

Cнт, Cат, *κερκος*, *ουρα*, *cauda* Exod. iiii. 4. Apoc. viiii. 10. xii. 4. Nomen habet, ut arbitror, a verbo Cат, Cет, *iactare*. Porro a Cат *cauda* Graeci *σαθη* *genitalis virga* duxisse mihi videntur. Ita latine *penis* ptoprie cauda est, teste Tullio *epist. fam.* lib. 9. epist. 22. et Festo, subinde *μοριον τυ ανδρος*, quam partem etiam *caudam* dicunt interdum. Horatius lib. 1. satyr. 2. vers. 45. et lib. 2. satyr. 7. vers. 49. Fortasse *τῳ* Cат *cauda* Aegyptii quoque virile membrum designaverint; unde *σαθη* Graeci. Quo sensu acceptum, potuissent pariter a Cат, ut id est *σπειρειν* *seminare*, ducere.

Cнqι, *ρομφαια*, *gladius* Psalm. vii. 12. Idem omnino סיף, סיפא, سيف, *ensis* chald. syr. arab. et *ξιφος* graece. Theb. CнВе Zachar. viiii. 13. in cod. Borgian.

Cθepθep, *τρομος*, *τρεμειν*, *tremor*, *tremere* Exod. xii. 15. Luc. viii. 47. Videtur *ονοματοποιημα*, quale *τρεμω*, *tremo* esse iudicat Vossius in *Etymol.* Melius certe rem exprimit aegyptium

verbum, quam graecum ac latinum. A ϭϣⲉⲣϣⲉⲣ *Tartarus* derivatum credo, ut infra explicabo.

Ϭⲓⲕⲓ, *molere*, *comminuere* in vit. Shenut. ex cod. Borg. ubi sic, ⲙⲡⲟⲩϣϫⲉⲙϫⲟⲙ ⲉⲕⲟⲗ ⲉⲃⲟⲗ ⲙⲡⲓⲱⲛⲓ ⲛϭⲓⲕⲓ, *molam volvere non poterant*. Alias *molam* ⲉⲩⲛⲓ, vel ⲱⲛⲓ ⲙⲙⲟⲩⲗⲱⲛ appellant. De quo dixi V. Ⲉⲩⲛⲓ. Iam ϭⲓⲕⲓ omnino a פּשׁ, سحق, *conterere*, *comminuere*, *in pulverem redigere* hebr. chald. syr. arab. vel a ࠔࠌ ࠐࠉࠔ samaritice, ortum habet. Verba enim aegyptia in I frequenter desinunt.

Ϭⲓⲛⲉ theb. in elencho codic. Borg. pag. 471. *vomer*: Sic enim accipiendum videtur: quod Mich. ΙΙΙΙ. 4. in cod. Borg. dicitur ϭⲓⲛⲉⲛⲥⲕⲁⲓ, id est *vomer aratri*, sive *ad arandum*. Nam ⲥⲕⲁⲓ, memphit ϭϧⲁⲓ, valet *arare*, hoc est sulcum imprimere. Cum ϭⲓⲛⲉⲛⲥⲕⲁⲓ convenit ϭⲛⲓⲛⲓ ⲛϩⲉⲃⲓ Isai. ΙΙ. 4. in *Euchol.* Tukiano. In graecis est ἄροτρον. Sed recte Coptus interpres *vomerem aratri* posuit, id sententia postulante: quemadmodum etiam Hieronymus, et *concident* seu *conflabunt gladios suos in vomeres*. Iam ϭⲓⲛⲉ vel ϭⲛⲓⲛⲓ fortasse nomen traxit a verbo ϭⲓⲛⲓ, ϭⲓⲛⲉ, *transire*, *sulcum ducere*, *pervadere* humum. Nisi forte quis putet dici ab ὕνις sive ὕνης, *vomer* graece, littera S adspirationis locum supplente, quod est in usu latino, quum graecas voces in suam linguam transferunt. Vide V. *Seriphium*. Sed ὕνις potius a ϭⲓⲛⲓ factum verosimilius est. Neque enim placet cum nonnullis id ducere ab ὗς. Addendum verbo ϭⲉⲛ, ϭⲓⲛⲓ, *transire*, simile inveniri apud Syros ܥܒܪ, *transire*, *transmittere*.

Ϭⲓⲱⲟⲩⲛⲓ, ϭⲉⲓⲱⲛⲓ ϯ, *balneum* in vit. Pachom. et in actis Epimei martyr. et Isaaci ex cod. Borg. Item in Scala M. p. 153. ϭⲓⲱⲟⲩⲛⲓ, حمام, *balneum*. Sine dubio coptica vox ex arabica lingua ducitur, scilicet a سخن *Sahona*, *calere*, *calidam esse aquam*; سخونة, سخنة *Sohunah*, *Sahanah*, *calefactio*, *caliditas*; سخون *Sahuno*, *Sahouno*, *calidum*, *calefaciens*. Haec enim cum ϭⲓⲱⲟⲩⲛⲓ *Siouni* plane consonant. Sunt igitur balnea ϭⲓⲱⲟⲩⲛⲓ ob aquarum caliditatem ab Aegyptiis vocata, perinde, ut Arabes الحمام, quasi *calidarium*, et Latini graeco nomine *thermas* eandem ob caussam appellavere. Idem verbum ࠔࠇࠍ سخن Samaritis, etiam *lavare* adsignificat. Thebaei *balneum* dicunt ϭⲓⲟⲟⲩⲛ in actis S. Panesnevi martyr. ab Augustino Georgio editis: qui

idem in praefat. pag. LXIII. et deinceps acta vulgavit S. Epimei supra cit. Sed in his ⲥⲓⲟⲟⲩⲛ et ⲥⲓⲱⲟⲩⲛⲓ prave reddit *concilium*, et ⲙⲁⲛⲑⲱⲕ ⲛⲧⲉ ⲥⲓⲱⲟⲩⲛⲓ, quae est *fornax balnei*, pag. XLVII. sane ridicule *ustrinam concilii* vel *fori iudicialis*, interpretatur. Idem paullo ante pag. XLVI. ubi S. Epime traditur flagris caesus ac dilaniatus, is in caldarium ferventis aquae demersum refert. Nescit enim, quid sit ἑρμηταριον, lignum scilicet, ex quo rei flagellandi aut aliis modis cruciandi suspendebantur. En locus: ⲁϥⲉⲣⲕⲉⲗⲉⲩⲓⲛ ⲉⲑⲣⲟⲩⲁϣϥ ⲉⲡⲓⲉⲣⲙⲏⲧⲁⲣⲓⲟⲛ ⲛⲥⲉϩⲱⲕⲓ ⲙⲙⲟϥ ϣⲁⲧⲉⲛⲉϥⲕⲁⲥ ⲟⲩⲱⲛϩ ⲉⲃⲟⲗ, id est *iussit eum* (Armenius Epimem) *ex Ermetario suspendi, itaque dilacerari, ut ossa eius conspicerentur*: audi Georgium, *iussit parari suspendique caldarium* (pulcre *caldarium suspensum*) *ut in illud eum immergerent, donec ossa eius nuda apparerent*. Sed paginam LXIII. et sequ. si legeris, ridebis magis, ubi qui *Ermetarion* ab Aegyptiis pro caldario sumeretur, edisserit. Non absimili modo Ermetarium pro caldario accipit in actis S. Aptiae martyris p. CLXVIII. In quibus et alia occurrunt castigatione digna. Heic unum, de *Repario* quod ait, notabo. Nam pag. CXIIII. narratur Diocletiani edictum contra Christianos perlatum ad Armenium Alexandriae comitem, ab eoque missum ad Arrianum praesidem, et ad Ammonium ⲡⲓⲣⲉⲡⲁⲣⲓⲟⲥ *Reparium*, et ad milites, qui Alexandriam venerant. *Reparius* autem certe est riparius seu ripariorum praefectus. In glossis Philoxeni *Riparius*, ὀχθοφυλαξ, id est *riparum custos*. Idem *Ripuarius* vocatur a Latinis aevi sequioris. Inde *riparienses milites*, *ripariensia castra*, *riparienses legiones*, quae in ripis fluminum constitutae erant ad hostium incursus prohibendos. At quam aliena docet de *Repario* Georgius? Namque esse putat *tabellarium publicum*, nomenque ducit a verbo *repariare* apud Cangium in *glossar. latin.* ubi *repariare vela* est *renavigare*: ex quo infert, *Reparium* esse *cursorem tabellariumque nauticum*. Quid ineptius? Addam de ⲙⲁⲛⲑⲱⲕ, factum id a ⲑⲱⲕ *accendere*, et ⲙⲁ *locus*. Rursus in vita Pachomii ⲡⲓ ⲙⲁⲛⲑⲱⲕ ⲛⲧⲉ ϯⲥⲓⲱⲟⲩⲛⲓ, graece ὑποκαυστηρ του βαλανειου, quae Dionysius exiguus *fornax balnei*. Theb. est ⲙⲁⲛⲧⲱⲕ in actis S. Panesnibi apud Georgium p. 181. ubi ⲛⲧⲧⲙϩⲟ ⲙⲡⲙⲁⲛⲧⲱⲕ ⲛⲧⲥⲓⲟⲟⲩⲛ, *ad calefaciendam* sive *incendendam balnei fornacem*, inscite pari-

ter ab eodem Georgio reddita, *ceu quisquiliae combustibiles loci concilii tui*.

Cιϥτ, *scorpius*, quod lego in elencho cod. Borg. pag. 655. duci posset a שׂיץ *punxit* chald. Quomodo עקרב, commune scorpii nomen in Oriente, ab עקץ *pungere* derivant.

Cιϥι, *pix*, in hist. Eusebii martyr. in cod. Borg. ⲛⲥⲉⲓⲛⲓ ⲛⲟⲩⲗⲁⲙⲁϫⲉⲛⲧ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲑⲏⲛ ⲛⲉⲙ ⲟⲩ ⲥⲓϥⲓ ⲉⲩⲃⲉⲣⲃⲉⲣ, *ut afferrent bitumen et sulphur et picem ferventes*. Cιϥι idem profecto, ac זפא, *pix* chald. syr. et زفت, זפת hebr. chald. arab. Thebaei ⲥⲓⲃⲉ in reliqu. lib. medic. Borg. A Cιϥι fit ϣⲉⲛⲥⲓϥⲓ *cedrus*; de quo infra erit sermo.

Cκεⲛ, جانب, *latus eris* Scal. El. pag. 387. Male Kirkerus vertit *latus*, *reprobus*. Nec enim in voce coptica inest *reprobi* significatio; etiamsi arabica جنب *reprobum* quoque denotare possit. Corrigendus est etiam Crozius qui ⲥⲕⲉⲛ explicat *ora*, *littus* ex Matth. IIII. 13. ubi est ⲑⲏⲉⲧϧⲓⲥⲕⲉⲛ ⲫⲓⲟⲙ; quasi ϧⲓⲥⲕⲉⲛ interpretandum esset *in littore*. ⲥⲕⲉⲛ proprie non est *littus*, sed *latus*; ut ad verbum ⲑⲏⲉⲧϧⲓⲥⲕⲉⲛ sit, *quae est in latere* vel *ad latus* maris, seu *ad mare*, ἡ παραθαλλασσια, sicuti est in graecis. Itaque alibi *littus* certe intelligi nequit eo vocabulo; ut Matth. XIII. 4. ⲉ̀ⲥⲕⲉⲛ ⲡⲓ ⲙⲱⲓⲧ, id est *ad latus viae*, secus viam, graece παρα των ὁδον. Multo errat magis idem, de quo loquor, Crozius, quum ponit inter aegyptias voces ⲓⲥⲕⲉⲛ *ripa*, *littus*. Neque enim habent hoc nomen Aegyptii. Affert is quidem haec ex Genes. XXXXI. 3. ⲓⲥⲕⲉⲛ ⲫⲓⲁⲣⲟ, παρα το χειλος τȣ ποταμȣ, reddens *ad ripam fluvii*: Sed ibi ϧⲓϫⲉⲛ ⲫⲓⲁⲣⲟ legendum, ut exhibet Wilkinsius. Posset et ϧⲓⲥⲕⲉⲛ vel ⲉ̀ⲥⲕⲉⲛ voce composita ex ϧⲓ vel ⲉ̀, et ⲥⲕⲉⲛ. Habe integrum locum ex editione Wilkinsiana, ϧⲁⲧⲉⲛ ⲛⲓⲥⲫⲟⲧⲟⲩ ϧⲓϫⲉⲛ ⲫⲓⲁⲣⲟ, *ad labia*, hoc est *ad oram super flumen*, scilicet ad oram fluminis, graece παρα το χειλος τȣ ποταμȣ. Alibi ⲉ̀ⲥⲕⲉⲛ ⲛⲉⲛⲥⲫⲟⲧⲟⲩ ⲙ̀ⲫⲓⲟⲙ, παρα το χειλος της θαλασσης Exod. XIIII. 30. De origine τȣ ⲥⲕⲉⲛ, in quo hactenus versatus sum nihil, quod vero simile videatur, occurrit.

Cκερκερ, προσκυλιειν, ὑποκυλιειν, αποκυλιειν, *volvere*, *revolvere*. Lege Crozium. Idem habent Aethiopes አንከረከረ, *volvere provolvere*, abiecta *An*; nam verbum est *Carcuar*. Idem et Ara-

bes كركر *Carcar*, *in orbem vertere*. S autem principio vocum apponi interdum a Coptis, saepius notatum.

Σκολυμος, *carduus*, herba aculeata, cuius plura genera censentur. Vocem Aegyptiis acceptam refero, eamque huiusmodi fuisse puto, ϣⲱⲗϩⲙⲉⲥ *Scolhmes*, id est *aculeos gignens*: nam ϣⲱⲗϩ *aculeus*, ⲙⲉⲥ *gignere* Coptis. Eodem pacto ϣⲟⲗⲙⲉⲥ, *crabro*, *vespa* inferius explicabo. Alii σκολυμος e graeca lingua derivant. Mihi multo verius ex aegyptia ducere visum est.

Cⲗⲁϯ, *lapsus*, *labi*, theb. cⲗⲁⲁⲧⲉ. Item cⲗⲁⲧⲗⲉⲧ. Adi Crozianum lexicon. Similia sunt bis ολισθος, ολισθειν. Credo, vel aegyptia a graecis, vel graeca ab aegyptiis.

Cⲗⲓϥⲓ ϯ, الرية, *pulmo* Scal. M. pag. 78. Fortasse cⲗⲓϥⲓ, velut cⲛⲓϥⲓ, vocatus pulmo est a ⲛⲓϥⲓ *spiritus*, *inspiratio*, *inspirare*. Eodem modo pulmo apud Graecos πνευμων dictus a πνεω. N autem et L facile mutantur, altera in alteram. Ex. gr. *Nabonidus* et *Labonidus*, *Nabonassar* et *Nabolassar*, נתן et נתל *dare*, νιτρον et λιτρον, ανδραχνη et ανδραχλη. Nihil est hac μεταστοιχειωσει frequentius. Ipsum nomen πνευμων et πλευμων dicitur, unde *pulmo*. Ita cⲛⲓϥⲓ et cⲗⲓϥⲓ, ut πνευμων et πλευμων; illud a ⲛⲓϥⲓ *spiro*, hoc a πνεω item *spiro*. C autem praefixa τῳ ⲗⲓϥⲓ seu ⲛⲓϥⲓ est praesentis participii index in nomine feminino. Quare cⲛⲓϥⲓ significat *spirans* vel *spiritum ciens*, sive, ut a Plinio lib. 11. cap. 37. pulmo describitur, *animam attrahens* ac *reddens*. Venit heic in mentem ⲗⲱϥ, *fatuum ac evanidum fieri*. An inde cⲗⲓϥⲓ? Inanis enim ac insipidus pulmo.

Cⲙⲉϩ, χορτος, βοτανη, *herba*, *gramen* Psalm. CIIII. 35. Genes. I. 11. Non est dubium, quin cⲙⲉϩ *Smeh* sit a צמח *Tsmah*, *germen* hebr. et chald. quod proprie dicitur de herbis ac plantis, quae terra sponte gignuntur. *Tsmah* vero a verbo צמח *Tsamah*, *germinare*, *pullulare*, *succrescere*. Est idem cⲙⲁϩ, βλαστος, *germen* Gen. XXXX. 10. Mox ⲛⲓ cⲙⲁϩ ⲛⲁⲗⲟⲗⲓ, graece βοτρυες σταφυλης, et Apocal. XIIII. 18. βοτρυες της αμπελου.

Cⲙⲏ, φωνη, ακοη, *vox*, *auditus* Luc. I. 42. Psalm. XXXVII. 44. Cⲙⲏ *Sme* est ipsum שמע *Sma*, *auditio*, *sermo*, derivatum a שמע *Sama audire*; quod verbum in toto Oriente usitatum. Hinc ϭⲓcⲙⲏ, *audire*, quasi *vocem accipere*. Theb. et basmyr. ϫⲓcⲙⲏ.

Cⲙⲟⲧ, ειδος, ὁμοιοτης, ὁμοιωμα, *species*, *similitudo*. Lege

Crozium. Est idem, ac דמות *Demut*, *Dmut*, *similitudo* hebr. et chald. quod a דמה, *similem esse*, *assimilari*. Cⲙⲟⲧ etiam habetur *in Liturg. Cyril.* pag. 17. Theb. ⲤⲘⲞⲦⲈ Zach. IIII. 1. in cod. Borg. Similiter Syri ac Chaldaei דמותא *Dmuta*, *Dmuto*. Unum discrimen est primae litterae inter utrumque nomen. Sed est idem exemplum in ⲥⲉⲣϭⲉⲛⲓ a דרגן. Vide v. Ϣⲉⲛⲥⲉⲣϭⲉⲛⲓ. In Scal. El. p. 441. ⲡⲉϥⲥⲙⲟⲧ, شبه, *similitudo eius* viri. Quae perperam a Kirkero reddita, *comparavit eam*.

Cⲙⲟⲩⲛⲉ, avis quaedam, quam una cum pavone nominat, ac veluti domesticam demonstrat Shenuthus in elencho codic. Borg. pag. 451. Quum alio argumento de avis genere coniecturam facere non possim, similitudo nominis suspicionem movet de coturnice. Hanc enim Arabes سماني *Sumana* dicunt a verbo סמן, arab. سمن, quod pinguedinem signat, ducto vocabulo. Nam coturnix ob pinguedinem commendatur. Praeterea coturnices ad voluptatem et ludos olim alebant ac domesticas habebant. Unde Plautus *Asinar.* act. 3. Scen. 3.

Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem
Agnellum, hoedillum &c.

Alias coturnicem ⲛⲣⲓ vel ⲡⲛⲣⲓ in Aegypto denominant, quomodo Aethiopes *Perpereth*; de quo superius v. Ⲉⲥⲱⲟⲩϯ ⲙⲡⲛⲣⲓ sermo est habitus. Cⲙⲟⲩⲛⲉ autem in Thebaide usurpatum, si vere, ut mihi est opinio, coturnicem designat, ab Arabibus sumptum. Addam de *Pherphereth*, *coturnix* aethiop. videri significatum ducere a פרפרות *Parperoth*, quae sunt in Thalmude cupediae seu delicatiores cibi, ut aviculae, minuti pisces &c. quae vel in principio mensae ad provocandam edendi ὀρέξιν, vel in fine deliciarum ac voluptatis caussa apponi solebant. Vide Bochartum *Hieroz.* part. 2. lib. 1. cap. 14. et Buxtorfium in lex. Chald.

Cⲛⲁⲩ, *duo*, *secundus*; Cⲛⲟⲩϯ *secunda*, theb. ⲤⲚⲦⲈ. Habes apud Crozium. Cⲛⲁⲩ *Snai* et שני *secundus* aeque, ac Cⲛⲟⲩϯ *Snuti* et שנית *secunda*, certe non differunt inter se. Sunt haec autem a שנה, *iterare*, *secundo facere*. In Scala El. pag. 457. ⲡⲓ ⲥⲛⲁⲩ, الاثنان, *duo*, *ambo*: quae prave Kirkerus *asinus subiugalis*.

Cⲛⲏⲛⲓ, *ἀδολεσχεῖν*, *meditari*, *cogitare* Gen. XXIIII. 63. Non dissimile a ظن *Dsanna*, *Dsanan*, *meditari*, *putare*, *cogitare*, arab.

Ϭⲟϥⲉⲗ, *chamaeleon niger* herba. In append. Dioscor. pag.

452. Αιγυπτιοι σοβιλ. Nomen habet a lepris, scabie, lichenibus sanandis. Nam ⲥⲟⲃϩ *leprae* sunt, ⲉⲗ *tollere*. Hanc nigri chamaeleontis virtutem notavit Theophrastus *hist. plant.* lib. 9. cap. 13. Δυναται δε, inquit, λεπρας εξελαυνειν εν οξει τριβομενος, και τριβας επαλειφομενος, και αλφον ωσαυτως. Plinius quoque lib. 22. cap. 18. Dioscorides lib. 3. cap. 11. et Galenus *Simpl. medicam.* lib. 8. Eandem agnoscunt medici recentiores. Alia chamaeleontis appellatio *Semmeor*, id est *herba canina*, vel ab odoris gravitate vel ab eo, quod canes interimat, petita est; ut in v. *Semmeor* exposui.

Ⲥⲟⲃⲥⲉⲃ, ⲥⲟⲛⲥⲉⲃ, ⲥⲟⲛⲥⲉⲛ, ⲥⲉⲛⲥⲱⲛ, κολακεια, δελεαζειν, απαταν, *assentatio*, *blanditiae*, *pellicere*, *decipere*, *deceptio* I. ad Thessal. II. 5. Iacob. I. 14. Exod. XXII. 16. Scala El. pag. 293. Hinc ⲛⲓ ⲣⲉϥⲥⲟⲛⲥⲉⲛ, γοητες II. ad Tim. III. 13. Est etiam ⲥⲉⲃ, ⲥⲟⲃ; unde ϯ ⲙⲉⲧⲥⲉⲃ, πανουργια I. ad Cor. III. 19. et in Scala El. pag. 294. ϯ ⲙⲉⲧⲥⲉⲃ, *fallacia dolus*. In actis S. Coluthi T. edit. pag. 46. ⲥⲟⲛⲥ, *blandiri*, *pellicere*. Simile porro τῳ ⲥⲟⲃⲥⲉⲃ est שובב *decepit* hebr. Item שובבא, *blanditiae* syr. a verbo שבב, *pellicere*, *seducere* chald. cum quo pariter ⲥⲟⲛⲥ bene convenit, quod etiam valet *rogare*.

Ⲥⲟⲃϩ *leprae* theb. ⲡⲉⲧⲥⲟⲃϩ, *leprosus* Marc. XIIII. 3. in cod. Nan. fascic. 3. pag. 19. apud Mingarellum. Etiam ⲥⲱⲃⲁϩ in lib. medic. Borgian. ubi ϣⲱⲛⲉ ⲛⲙ ⲛⲥⲱⲃⲁϩ. Ⲥⲱⲃⲁϩ vel ⲥⲟⲃϩ parum distant a ספח *scabie*, *lepris afficere*; unde ספחת, *scabies*, *leprae*. Nam *Ph*, maxime a Thebaeis, in *B* mutari consuevit.

Ⲥⲟⲉⲓⲧ, επιφανης, *manifestus*, *notus* theb. Habac. I. 7. in cod. Borgian. Communi dialecto dicitur ⲥⲱⲓⲧ, *manifestatio*, *ostensio*, *manifestus*. Epist. ad Coloss. II. 15. ⲁϥϯ ⲙⲡⲟⲩⲥⲱⲓⲧ, ad verbum *dedit*, *fecit eorum ostensionem*, *spectaculum*, graece εδειγματισεν, *fecit eos manifestos*, *traduxit*. Lege, quae dicam v. Ⲥⲣⲁϩ, in quo eadem fere significatio. Male Crozius in lexico ⲥⲱⲓⲧ reddit *ignominia* loc. cit. ad Coloss. Neque enim proprie ⲥⲱⲓⲧ *ignominia* dicitur. Vocem porro ab Arabibus sumptam arbitror; quibus شاهد est *scire*, *videre*, *deprehendere*, *manifestare*: شوهد *Sued*, *Soed*, *manifestus*, *conspectus*, *deprehensus fuit*. Vides *Sued*, *Soed* vel *Soid* idem, ac ⲥⲱⲓⲧ, ⲥⲟⲉⲓⲧ. Nam *D* in *T* mutant Aegyptii. Etiam in vita Pachom. ϯ ⲥⲱⲓⲧ *manifestum facere*. Alibi ⲥⲱⲓⲧ, *fama*, *celebritas*, quae et ⲥⲁⲉⲓⲧ theb.

Coʙɴεϥ, *βέλος*, *sagitta* Psalm. x. 2. et in aliis. Fortasse composita vox ex cεϯ *mucro* vel *cuspis*, et ɴιϥι vel ɴɴιϥ *flare*. Nam sagitta aërem concitat, ac stridet in modum venti. Hinc ⲙⲟⲕⲓ ⲛϫⲁⲥⲟⲃⲛⲉϥ, *pharetra* Gen. xxvii. 3. ⲣⲉϥϩⲓⲥⲟⲃⲛⲉϥ, *τοξότης*, *sagittarius* Amosi ii. 15.

Cokcek, *exigere*. Unde ⲡⲓ ⲣⲉϥⲥⲟⲕⲥⲉⲕ, *exactor* Scal. M. pag. 111. Vel a ⲥⲉⲕ, ⲥⲱⲕ, *ἑλαύνειν*, *ἐπισπᾶσθαι* fit ⲥⲟⲕⲥⲉⲕ, vel a ⲥⲱⲕ, *συλλέγειν*. Est etiam ⲥⲟⲕ vel ⲥⲱⲕ, *saccus*, quod an huc spectet, ignoro. Tantum scio, idem esse nomen שק hebr. et in omnibus fere linguis.

Coλ ⲡⲓ, *λίνον*, *linum*, vel *lineus funiculus facis* Matth. xii. 20. *λίνον τυφόμενον ου σβέσει*: item in Scala El. pag. 359. ⲟⲩ ⲥⲟⲗ, سراج , منار, *lucerna*, *lychnus*, *fax*. Coλ non est aliud a شعل *flamma*, sive id *quod accenditur*, *fax*, a verbo شعل, *accendere*, *ardere*. Etiam Isai. xxxxiii. 17. ⲟⲩⲥⲟⲗ ⲉⲁⲩⲱϣⲉⲙ, *λίνον ἐσβεσμένον*, *linum extinctum*, *fax extincta*. A ⲥⲟⲗ fit ⲡⲓⲙⲁⲛϯⲥⲟⲗ, *μυξωτὴρ*, *naris*, ex qua profertur ellychnium. Hoc autem legimus Zach. iiii. 12.

Σομφια, *elleborum album*. Nam ita vocari ab Aegyptiis scribit Pseudo-Dioscorides ad lib. 4. cap. 149. Nomen mihi videtur interpretandum, *progenies*, *foetus* vel *semen Herculis*, *ἡρακλέως γόνος*, quo modo Aegyptii hierophantae elleborum appellabant, auctore eodem Dioscoride. Enim vero *Som* Aegyptiis est *Hercules*; quod probat Iablonskius lib. 2. *Panth. Aegypt.* cap. 3. num. 3.4. Memphit. ϫⲟⲙ; theb. ϭⲟⲙ; id est *virtus*. ⲫⲓⲁ autem a ϫⲫⲉ *progenies* si derivetur, erit *Σομφια* idem, ac ϫⲟⲙⲛ ϫⲫⲉ, vel ϭⲟⲙϭⲫⲉ, aut ϭⲟⲙⲫⲉ extrita ϭ, scilicet *Herculis foetus*. Eodem modo a Iablonskio explicatum *Σεμφως*, nomen cuiusdam regis Aegypti, quod ab Eratosthene in *Catalogo*, *Herculis filius*. Item *Αναωφις*, id est *filius gloriosus*. Quod si rationem quaeras, cur elleboro hoc vocabulum ab Aegyptiis fuerit adtributum, facile respondebo, ex eo petendam videri, quod plurimum optimumque proveniat in Oetae iugo circa Pyram, ubi Hercules se in rogum coniecisse fertur. Narrat Theophrastus *hist. plant.* lib. 9. cap. 11. *Προς την Πυραν οι εκ της Οιτης συλλεγουσι. πλειςος γαρ ενταυθα φυεται και αριςος. μοναχου δε φυεται της Οιτης περι την Πυραν*. Ex quo Plinius lib. 25. cap. 5. *Plu-*

rimum nascitur in Oeta monte; et optimum uno eius loco circa Pyram.

Coп, ἀδελφος, *frater*, basmyr. caп; cωпι, ἀδελφη, *soror*. Fortasse coп, caп, plural. cпноү, a voce cпаү, hebr. שני, שנים, *duo*, *bini*, *gemini* repetenda sunt.

Coпϯ, ῥητινη, *resina* Genes. xxxvii. 25. xxxxiii. 11. Videtur a coпϯ *pinus* Scal. M. pag. 175. ducta appellatio. Ex pinu quippe defluit resina. Sic pariter picem vel succum e cedro stillantem, quod *cedrium* seu *cedriam* vocant Latini, plerique ab arbore nomen traxisse putant: quamvis ego in v. ϣεпсιϣι aliter iudicaverim.

Copeм, τρυγιας, *faex* Psalm. lxxiii. 8. capм theb. in lib. medic. Borg. ubi capм пϩмаϫ, *foeces aceti*. Est a שמר, plur. שמרים *foeces* hebr. transpositis vulgari sermone litteris. Chald. שמר est *defoecare*. A copeм dicitur атcωpeм, ἀτρυγος, *defoecatus* Exod. xxvii. 21.

Sori, σωρι, fossile quoddam est, pertinens ad genus metallorum, et chalcitidi, misei ac melantheriae assimile. De eo verba facit Dioscosides lib. 5. cap. 119. Plinius lib. 34. cap. 12. Aëtius, Galenus &c. Scribendum *Sori*, non *Sory* ostendit Salmasius in *exerc. Plinian.* pag. 1158. Vocabulum esse aegyptiacum putat Martinius, quod sane per quam probabile est. Namque in Aegypto maxime effoditur Sori: idemque Cyprio, Africo atque Hispaniensi valde praestat auctore eodem Dioscoride et Plinio loc. cit. Videtur autem *Sori* vocatum a ϭερε, ϭερο, quod est *accendere*, *urere* apud Aegyptios. Quippe Soreos *caustica vis* potissimum commendatur ab antiquis. Lege sis Dioscoridem cap. cit.

Coтт, جزع, خوف (non جوف) *metus*, *pavor*, *consternatio* Scal. M. pag. 163. cтωтт, *tremor* theb. Iobi xxxviii. 34. Haec veniunt, opinor, a חתת, *territus* ac *consternatus est*, item *terror*, *consternatio* hebr. Nam Chet Aegyptii per Scei vel per S saepe reddere consueverunt. De quo plura, quum in aliis, tum maxime in v. Uϣϣι.

Coүвнт, εὐσχημονως, το εὐσχημον, *decenter*, *decorum* ad Rom. xiii. 13. I. ad Cor. vii. 35. Coүвнт, *Sabet* sane proximum τῳ ܨܒܬ *Tsabet*, *Sabet*, *decorare*, *ornare*, *componere* syr. ܨܒܬܐ, ܨܒܘܬܐ, *decus*, *ornamentum*.

Coⲟⲩⲉⲛ, τιμη, *pretium* Psalm. xxxxviii. 8. Theb. ⲁⲥⲟⲩ Isai. lv. 1. apud Tuk. *gramm. Copt.* pag. 434. et in libro S. Epiphanii *de* 12. *gemmis*, ⲟⲩⲕⲟⲩⲓ ⲛⲁⲥⲟⲩ, *exiguo pretio*, graece ολιγυ τιμηματος. Fortasse huc spectat ⲁⲥⲟⲩⲓ, *marsupium*, de quo supra. Porro ⲁⲥⲟⲩ, ⲥⲟⲩⲉⲛ, *Asou*, *Soven*, vel potius ⲁⲥⲟⲩⲉⲛ *Asoven*, facile derivata videntur a חשב, حسب, *Hasab*, *Hasaba* sive *Hasava*, *putare*, *computare*, *aestimare*, *rationem inire*, *numerare* hebr. chald. syr. aethiop. arab. unde חשבן, חושבן, حسبان, *ratio*, *mensura*, *aestimatio*, *summa*. Omissa in Coⲟⲩⲉⲛ prima adspirata, ut in aliis permultis. Sed est etiam ⲥⲟⲩⲉⲛ, *cognoscere* apud Coptos, quod ab eodem verbo חשב, *cogitare*, *computare*, *rationem inire*, duci potest.

Σϐμ, λυγος, *vitex*, *vimen*. Est in appendice Dioscor. ad lib. 1. cap. 136. Τον αγιον η λυγον Αιγυπτιοι συμ. Suspicor, σοῦμ pro *Soun*, a ϭⲱⲛϩ vel ⲥⲟⲛϩ, *vincire* derivatum: sicuti latinum ac graecum nomen a vinciendo ac ligando dicitur.

Coⲟⲩⲙⲁⲛⲓ, الفرج, *genitalia* Scal. M. pag. 78. Est ipsum duale nomen توامان *Tuamani*, *gemelli* apud Arabes. Enim vero etiam apud Latinos *gemini*, et διδυμοι apud Graecos *testes* significant. *S* vero in *T* et *T* in *S* mutari solere, multis prolatis exemplis planum feci.

Coⲟⲩⲛϩⲱⲣ, ωριον, *Orion* theb. Iobi xxxviii. 31. in cod. Borgian. Constat ex ϩⲱⲣ *Orion*, et ⲥⲟⲩ *astrum* theb. ⲥⲓⲟⲩ memphit. Quare ⲥⲟⲩⲛϩⲱⲣ erit αςρον, sive αςερισμος *Orionis*. Eodem modo ⲡⲥⲟⲩⲛⲧⲟⲟⲩⲉ, *stella matutina*, dicitur φωσφορος, ⲡⲥⲟⲩⲛⲣⲟⲩϩⲉ, *stella vespertina*, ἑσπερος apud Tukium pag. 22. et Iobi viii. 9. in cod. Borg. Nam ⲧⲟⲟⲩⲉ est *mane*, ⲣⲟⲩϩⲉ *vesper*. His adde ⲥⲟⲩⲛⲟⲩϩⲟⲣ, *stella canis* ex elencho eorundem codicum Borg. pag. 650.

Coⲩⲣⲓ, ακανθα, τριβολοι, κεντρον, *spina*, *spinae*, *tribuli*, *stimulus*. Habes apud Crozium. Coⲩⲣⲓ *Suri* idem ac סיר, סירים *Sir*, *Sirim*, *spina*, *spinae* hebr.

Coⲩⲣⲟⲩ, الزهرة, *stella Veneris* Scala M. pag. 49. Putat Iablonskius in dissert. de *Rephan*, nomen sumptum ab auctore Scalae M. ex interpretibus Graecis Iobi xxxviii. 32. et IIII. Reg. xxiii. 5. ubi videas Μαζουρωθ ex hebr. מזלות. Cuius opinio mihi nequaquam probatur. Namque non modo μαζουρωθ graece legitur,

non autem ζουρωθ vel σουρον; verum etiam ea non est cuiusdam sideris, sed plurium astrorum vel siderum appellatio. Pluralem enim ipsi Graeci interpretes habuerunt: itaque loc. cit. lib. 4. Reg. scribunt τοις μαζουρωθ. Recte id quidem. Nam ות ωθ, est finalis pluralium feminei generis apud Hebraeos; ut ים (quippe etiam מזרים *Mezarim* dicunt Iobi xxxvii. 9.) masculini. Quare interpretes fere omnes vel *signa zodiaci* seu *duodecim signa*, vel *signa caelestia*, vel *sidera* generatim, vel *planetas*, vel *influentias*, vel etiam *septentriones* seu *plaustrum*, vel *hyadas*, vel *australia signa*, vel *signum Arturi*, vel denique certum quemdam alium stellarum numerum, quem Graeci αστερισμον, Latini recentiores *constellationem* vocant, intellexere. Paucissimi singularem stellam, nempe Theodoretus cum Procopio, qui Venerem seu Luciferum interpretati sunt. Igitur mea sententia est, ⲥⲟⲩⲣⲟⲧ factum a زهرة *Zoharath*, quod ipsi e regione respondet, et stellam Veneris apud Arabes designat. Quam facile a *Zoharat* fieri potuerit ⲥⲟⲩⲣⲟⲧ *Sourot* vel *Surot* consuetudine sermonis, unusquisque videt. Ducitur autem زهرة a verbo زهر, *fulgere*, *nitere*, *pulcrum esse*; et eadem vox زهرة, est *pulcritudo*, *splendor*. Bene autem Venus, quae cunctarum stellarum pulcherrima ac lucidissima est, a splendore ac pulcritudine nomen traxit. Etiam hebr. et chald. זהר splendorem denotat. Quapropter luna quoque זיהרא appellata est a Chaldaeis. Haec ratio vocabuli, ex arabicis derivata fontibus, sane convenit cum eo, quod refert Manetho, citatus in *Chronico Alexandr.* pag. 108. edit. Rad. scilicet stellam Veneris ab Aegyptiis vocatam την καλλιστην, uti eadem in Homero Iliad. x. vers. 318.

Εσπερος, ὃς καλλιστος εν ουρανῳ ισταται αστηρ.

Atqui constat, inquit Iablonskius eodem loco, Aegyptios (ut ab Orione proditum in *Etymolog. M.* verb. Αθυρ) Venerem *Athor* denominare solitos. Verum quis prohibet, ne utrumque nomen astro fuerit tributum, alterum a Diva, cui sacrum erat, alterum a luce, qua erat spectandum prae caeteris? Quod Graeci in omnibus planetis facere consueverunt. Eos enim ita demonstrant: ὁ Κρονου αστηρ, ὁ φαινων· ὁ Διος, ὁ φαεθων· ὁ του Αρεος, ὁ πυροεις· ὁ της Αφροδιτης, ὁ φωσφορος, vel ὁ καλλιστος· ὁ Ερμου, ὁ στιλβων. Quin ipse Iablonskius in *Panth. Aegypt.* lib. 3.

cap. *6.* num. 4. defendit, tria singulis planetis cognomina fuisse in Aegypto: primum quidem eius numinis, cui sacer haberetur: alterum notans vim ac potestatem eius: tertium colorem, quo esset conspicuus. Praeterea etiamsi Venerem, quam Graeci Αφροδιτην, in Aegypto vocaverint *Athor*: tamen unde novit, hoc eodem nomine stellam quoque, quam nos a Venere nuncupamus, fuisse insignitam? Maxime quum is eodem num. 10. alia ab Aegyptiis indita planetis vocabula fuisse putet, alia a Graecis: ac potissimum stellam Veneris, astrum Isidis appellatam velit in *Panth. Aegypt.* lib. 3. cap. *6.* num. 3. Sed ista sint contra Iablonskium satis.

Σοφεφ, *aristolochia* aegypt. in append. Dioscor. ad lib. 3. cap. *6.* Scribe ϣⲱⲡϩⲟϥ, vel ϣⲱⲡⲉϩⲟϥ, aut ϣⲱⲡϩϥⲱ, *Sophof*, *Sophehof*, *Sophefo*, quod valet *serpentes amovens*, *tollens*. ϣⲱⲡ enim est αιρειν, *tollere*, *auferre*, ϩⲟϥ vel ϩϥⲱ *serpens*, *vipera*, *aspis*. Quo notatur insignis aristolochiae virtus contra serpentes eorumque morsus, quam fere omnes antiqui testatam reliquere; Theophrastus lib. 9. *hist. plant.* cap. 13. Plinius lib. 25. cap. 8. Dioscorides lib. 3. cap. *6.* Plinius Valerianus lib. 3. cap. 57. Macer et Apuleius cap. 19. Verum Nicandri versus de mascula aristolochia (sunt enim plura genera) vel de eius radice praeterire nolo:

> Την ητοι εχιος τε και αινοπληγος εχιδνης
> Αγρευσεις οφελος περιωσιον. ενθεν αποῤῥωξ
> Δραχμαια μισγοιτο ποτῳ ενι κιῤῥαδος οινης.

Quae ita Gorrhaeus

> *Haud temere invenias medicamen morsibus ullum*
> *Vipereis prodesse magis, si frustula drachmae*
> *Pondere flaventi libeat miscere Falerno.*

Apuleius libro *de herbis* cap. cit. vocem aegyptiam refert paullo aliter, id est *Sophosph*. Idem ab aliis in Aegypto *Opetin* vocari docet aristolochiam. Quod nomen eodem, sive ad eandem herbae virtutem significandam pertinet. Videtur enim a serpentibus ductum, id est οφιτης. Sed hoc, ut vides, graecum vocabulum est, non aegyptium.

Cⲡⲁⲧ̀ϯ. *palmae termes cum fructu*. Shenuth. in cod. Borg. ϩⲁⲛⲃⲁⲓ ⲛⲉⲙ. ϩⲁⲛⲥⲡⲁⲧ̀ϯ ⲛⲛⲃⲉⲛⲓ, *rami et spathae palmarum*. In Scala M. pag. 177. dicuntur ⲛⲓ ⲁⲥⲡⲁⲑⲓ. Conveniunt vero

ⲥⲡⲁⲧ̀ⲉ atque ⲁⲥⲡⲁⲑⲓ cum graeco σπαθη. Nam auctore Polluce lib. 1. sect. 244. εξ ȣ κρεμανται οἱ βαλανοι, σπαθη, id est *spathe* (in palma) *dicitur, ex quo fructus dependent*. Plinius lib. 16. cap. 26. *Palma sola in spathis habet fructum racemis propendentem*. Nomen Graecos accepisse ab Aegyptiis, etiamsi adfirmare non ausim, tamen puto verosimilius, quam Aegyptios a Graecis. Neque enim placet, απο τȣ σπαν, quod aiunt grammatici, dictam σπαθην, quasi *avulsum ramum*. Ab his non alienum *spadix*. Nam σπαδικα, inquit Gellius lib. 2. cap. 26. *Dores vocant avulsum e palma termitem cum fructu*. Quippe, ablata ξ, quam Graeci addidere, ⲥⲡⲁⲧ̀ⲉ ac *spadi* idem sunt; quemadmodum φοινιξ ac ⲃⲉⲛⲓ, de quo supra verba feci. Caeterum, ut res ab origine repetatur, videri potest, ⲥⲡⲁⲧ̀ⲉ a שבט, *virga*, *baculus*, derivatum, vel a plurali שבטים, *Sbatim*, pro quo Chaldaei שבטין *Spatin*. σπαθη autem, ut palmae termitem, sic rudem, seu instrumentum latiusculum, quo miscentur pharmaca, vel quo in texendo densantur fila, tum etiam genus gladii latioris, quo veteres Galli utebantur, designat: quo modo etiam Hebraeis שבט ברזל, quod legimus Psalm. II. 9. Salomone et Aben Ezra interpretibus, est gladius.

Σπινθηρες, *scintillae*, vel *flammulae* spectata origine vocis, de qua quid ego coniecerim, expono. Suspicio est enim ex Aegypto petitum vocabulum, cuius vis ac significatio in graeca lingua inveniri non potest. Scriptum fortasse ita fuerit ⲁⲥⲡⲓⲛ̀ⲧϩⲣⲟ *Aspinthero*, vel ⲥⲁⲡⲓⲛ̀ⲧϩⲣⲟ *Sapinthero*, id est *lingua* seu *linguae fornacis* vel *flammulae*, quae in modum linguae ex fornace erumpunt. Saepius dicuntur *linguae ignis*, ut Isai. v. 24. Coptis ⲁⲥⲡⲓ vel ⲥⲁⲡⲓ *linguam* sonat, ϩⲣⲟ *fornacem*. Belle cum eo convenit σπινθρακες, ut habet sexta editio Cant. VIII. 6. *scintillae*, *flammae*, ubi hebr. רשפיה: σπινθρακες αυτης, σπινθρακες πυρος; pro quo alii λαμπαδες αυτης, λαμπαδες πυρος, Hieronymus *lampades eius*, *lampades ignis*, septuaginta interpretes περιπτερα αυτης, περιπτερα πυρος, *alae eius*, *alae ignis*. Belle inquam, σπινθρακες cum σπινθηρες origine ac significatione consentit. Hoc enim fuerit aegypt. ⲁⲥⲡⲓⲛⲑⲣⲁⲕϩ, id est *linguae carbonum*; nam ⲣⲁⲕϩ sunt *prunae*, *carbones*. Alii Graeci paullo secus σπινθαριγες et σπιθαριγες. Quod si haec ita sint, dicendum, ⲥⲁⲡⲓ vel ⲁⲥⲡⲓ,

non tantum pro lingua, id est sermone, sed etiam, ut consentaneum est, pro parte corporis vel sermonis instrumento usurpatum. Quod et in hac ipsa re Hebraei, Arabes, Chaldaei facere solent. Nam certe שפה, שפא, ספא, apud eos *labium* aeque ac διαλεκτος vel *sermo*, vocabulum est communi usu ac consuetudine tritum.

ⲥⲣⲁϩ, παραδειγμα, *ostensio* vel id, quod ostenditur ac demonstratur, ut aliis exemplo sit, Nahumi III. 6. graece τιθεσθαι εις παραδειγμα: quod Demosthenes in Timocratem παραδειγμα ποιησαι, Terentius et Cicero *statuere exemplum* aliquem vel in aliquo. Hinc ⲁⲓ ⲛⲥⲣⲁϩ, παραδειγματιζειν, quasi *spectaculum facere, velut exemplum ostendere*, vel *publicum* ac *manifestum reddere, ludibrio exponere* Matth. I. 19. ubi Iosephus legitur noluisse B. Virginem παραδειγματισαι, quod explicat Hesychius φανερωσαι, Chrysostomus Hom. 3. in Matth. ατιμαζειν, εκπομπευειν, Hieronymus *traducere*. Prave Crozius ⲥⲣⲁϩ exponit *eiectio cum ignominia*. Neque enim haec propria vocis est potestas. Multo minus hoc exprimit in epist. ad Hebr. cap. VI. 6. ubi iterum ⲁⲓ ⲛⲥⲣⲁϩ pro παραδειγματιζειν, quod est *infamiae ac ignominiae obiicere*, vel *ostentui habere*, ut in vulgata latina editione.
Est item ⲁⲓ ⲛⲥⲣⲁϩ, τροπωσαι, θριαμβευειν Psalm. LXXX. 23. ad Colos. II. 14. hoc est *fugare, vincere* vel potius victos demonstrare ac pudore afficere. Idem sensus in παραδειγματιζειν, et δειγματιζειν. Hesychius παραδειγματισαι· φανερωσαι, θριαμβευσαι. Greg. Nazianzenus, παραδειγματισας την αμαρτιαν και θριαμβευσας. Iam ⲥⲣⲁϩ, ut originem vocis edicam, idem est certe ac شهرة, quod, praecisis vocalibus, legas *Shrah, spectaculum, infamia, manifestatio rei turpis et occultae* a verbo شهر *Sahar, divulgare*, quo ipso verbo utitur Arabs interpres loco cit. Matthei pro παραδειγματιζειν. Unde in Scala El. pag. 481. ⲉⲁⲓⲥⲛⲥⲣⲁϩ, ان يشهرها, παραδειγματισαι αυτην.

ⲥⲣⲟⲙ, νυσταγμος, *dormitatio, somnus* Psalm. CXXXI. 4. Etiamsi vocem cum Wilkinsio a רדם, *dormire, sopore occupari*, ortam dicere non ausim, suaderi hoc tamen aliqua ratione possit. Nam *Radam* μεταθεσει est *Daram*; unde *Sram*, quia *D* et *S*, interdum altera in alteram vertitur: quale est ⲥⲙⲟⲧ a דמות *similitudo*, ⲥⲉⲣⲃⲉⲛⲥ a דרבן *aculeus*. Legitur et ⲥϩⲣⲟⲙ Genes. II.

21. ubi ⲛⲟⲩⲥϩⲣⲟⲙ ⲛϩⲓⲛⲓⲙ, *soporem somni*. Est aliud nomen in Scala M. pag. 90. ⲡⲓ ϭⲓⲣⲉⲕⲣⲓⲕⲓ, النعاس, *somnolentia*, *dormitatio*. Ratio vocabuli haec est: ⲣⲉⲕⲣⲓⲕⲓ, vel ϭⲓⲣⲉⲕⲣⲓⲕⲓ, est *frequens inclinatio*, a verbo ⲣⲉⲕ et ⲣⲓⲕⲓ, *inclinare*. Heic vero intelligitur frequens inclinatio vel deiectio capitis, quod facere cernimus dormitantes.

Ⲥⲣⲟϥⲣⲉϥ theb. in codic. Nan. pag. CXLVI. CCCXXII. Videtur significare, *discuti*, *excuti*, *deiici*. Nam dicitur in primo loco de gelu, quod *discutitur ac deiicitur*, in altero de arborum foliis, quae commoventur ac decidunt. Affine est autem ⲥⲣⲟϥⲣⲉϥ τῷ רפרף *Rafref*, *commovere*, *concutere*, *discutere*. *S* enim principio vocis apposita observatur in multis: uti est ⲥⲗⲁϫⲗⲉϫ *glaber* a ⲗⲟϫⲗⲉϫ, ⲥⲕⲉⲣⲕⲉⲣ *volvere* a كركر, ⲥⲙⲟⲕϩ a ⲙⲟⲕϩ *dolor*, ⲥϥⲣⲁⲛϣ *interpres* a פרש &c.

Ⲥⲣⲱϥⲧ, theb. ⲥⲣⲟϥⲧ et ⲥⲣⲟⲃⲧ, *προσκαρτερεῖν*, *προσεδρεύειν*, *ἀδολεσχεῖν*, *instare*, *assiduam operam adhibere*, *operi adsistere* Actor. VI. 4. I. ad Cor. VIIII. 13. in codic. Borg. Ⲥⲣⲟϥⲧ diversum ne putes a ربط, *alligare*, *alligari*, *instare*, *assiduum esse*, *constanter operi incumbere*. Hinc ربيط, *monachus*, vel *qui in precibus ac divinis rebus occupatur*, *philosophus*. Ita in Actis loco cit. *προσκαρτερήσομεν τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου*, quod Hieronymus, *orationi et ministerio verbi instantes erimus*; Coptus interpres, ⲛⲧⲉⲛⲥⲣⲱϥⲧ ⲉϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ (male Wilkinsius ⲛⲧⲉⲛ// ⲥⲣⲱϥ ⲧⲉ ϯⲡⲣⲟⲥⲉⲩⲭⲏ) Porro ربط, Copti ⲣⲟⲃⲧ vel ⲣⲱϥⲧ, unde ⲥⲣⲟⲃⲧ, ⲥⲣⲱϥⲧ. Lege Ⲥⲣⲟϥⲣⲉϥ proxime antecedens, pariter littera *S* ab initio auctum.

Ⲥⲧⲁϫⲟⲩⲗ, *ἀράχνη*, *aranea* Psalm. LXXXVIII. 11. et in Scala M. pag. 173. Nescio, unde veniat, nisi forte a ϣⲑⲱⲧ *filum*, et ϫⲟⲗ *circumdare*, *volvere*, *involvere*. Namque hoc est aranearum ingenium. A ϣⲑⲱⲧϫⲟⲗ facile ϣⲧⲱϫⲟⲗ, tum ⲥⲧⲁϫⲟⲩⲗ.

Ⲥⲧⲏⲙ, *stibium* Scal. M. pag. 204. Idem ac *στίμμι* graece.

Ⲥⲧⲟ, ⲧⲥⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ, *ἀποδοκιμάζειν*, *reprobare*, *reprobatio* theb. Hierem. XIIII. 19. in codic. Nanian. Non absimile est ሰተተ ተሰተ, שתת, תשח, *reprobare*, *aspernari*, *reprobari* aethiop. vocalibus neglectis.

Ⲥⲧⲟⲩⲁ, *scamnum*. Reperies in Vita Pachomii: ubi ⲛⲥⲉⲟϩⲓ ⲉⲣⲁⲧⲟⲩ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲧⲟⲩⲁ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲥⲉⲉⲣⲯⲁⲗⲓⲛ, *stant in scamnis mo-*

nachi, *ac psalmos cantant*. Nescio, an vocis vim fuerim adsequutus: sed tamen me recte explicasse, indicio est assimile nomen مسطبه *Mastavah*, id est *scamnum*, fere longius, cuiusmodi in officinis ac templis visuntur in Oriente. Namque ablata *M*, *Stava* cum ⲥⲧⲟⲩⲁ *Stova* omnino concordat.

Ⲥⲩⲙⲟⲥ ⲛⲓ, السموس, *simus* piscis Scal. M. p. 170. Est hic σιμος, quem inter Niloticos pisces commemorat Athenaeus lib. 7. cap. 17. Arabica vox سموس ex coptica, ut apparet, expressa est. Kirkerus, *forella* latine reddidit, quo nomine Germani vulgo, quas *tructas* sive *troctas* dicimus, vocant. Ⲥⲩⲙⲟⲥ vel σιμος fortasse est appellatus a simis naribus, quemadmodum a Livio Delphines *Nerei simum pecus*. Ita ⲥⲩⲙⲟⲥ graecum foret vocabulum.

Ⲥⲫⲏⲓϯ, *spuma* epist. Iudae 13. Marc. VIII. 20. Iudico nomen compositum ex ⲥⲫⲏ, quod certe est *labium*, ut שפה hebr. ספה chald. شفه arab. unde plurale ⲥⲫⲟⲧⲟⲩ, de quo paullo post, ex ⲥⲫⲏ, inquam, *labium*, et ϩⲓϯ *eiicere*; quo sane spuma non obscure significatur. Hinc ϩⲓⲥⲫⲏⲓϯ, ϫⲉϣⲥⲫⲏⲓϯ, επαφριζειν, αφριζειν, *spumare* in Iuda et Marco loc. cit. A ⲥⲫⲏⲓϯ Thebaei ⲥⲃⲏⲧⲉ in elencho cod. Borg. pag. 302. Mutant enim ⲫ in Ⲃ, et ϯ in ⲧⲉ.

Ⲥⲫⲟⲧⲟⲩ ⲛⲓ, χειλη, *labia* Psalm. XI. 2. et alibi. Theb. ⲥⲡⲟⲧⲟⲩ in cod. Nanian. pag. 119. Videtur ⲥⲫⲟⲧⲟⲩ plurale τῳ ⲥⲫⲏ *labium*, quod habes in ⲥⲫⲏⲓϯ. ⲥⲫⲏ autem a שפה. Quamvis id est omnino simile τῳ ספוא, *labium* chald. Idemque interdum singulare est, ut Genes. XI. 1. ⲟⲩⲥⲫⲟⲧⲟⲩ. In Scala El. pag. 460. Ϧⲉⲛ ϩⲁⲛ ⲥⲫⲟⲧⲟⲩ, بشفاه, *in labiis*, quae prave Kirkerus *in sanitate*: neque enim haec significatio inest in copticis.

Ⲥⲫⲣⲁⲛϣ, ἐξηγητης, *interpres* Genes. XXXXI. 8. 24. Est a פרש *Parasc*, *Pharasc*, *Pherasc*, *exponere*, *interpretari* hebr. chald. syr. indita *N*. פרשה, *interpretatio*, מפרש, *interpres*. *S* autem principio vocis saepe, vel additum, vel ademptum. Vide Ⲥⲣⲟϥⲣⲉϥ.

Ⲥⲭⲓⲙⲁ, πολιαι, *cani*, *canities* Hoseae VII. 9. Item ⲥⲭⲓⲙ in cod. Borg. et ⲥⲭⲏⲙ, ⲥⲭⲓⲙ, *canities* in Scal. M. pag. 268. ⲣⲉⲙⲛⲥⲭⲏⲙ, πολιος, *canus* Lev. 19. 32. Ⲥⲭⲏⲙ, ⲥⲭⲓⲙⲁ repeto a שיב et שיבה, *canities* hebr. شيب, شيبه arab. Radix, unde ista proveniunt, est שוב *canescere*. Idem habent nomen Chal-

daei, Syri, Aethiopes. Igitur a *Scheb*, *Scheba* fit ϲⲭⲏⲩ, ϲⲭⲏⲩⲁ seu ϲⲭⲓⲩⲁ. Nam *B* in *M*, et vicissim *M* in *B* convertere in usu est. Lege V. Ⲃⲁϣⲟⲣ *serra*. Etiamsi vero Iudaei recentiores שיב שיבה mollius exprimant, antiqui certe per Scin enunciare potuerunt, velut Arabes et Aethiopes hodie quoque per Scin efferunt. Addendum his ϲⲭⲓⲩⲱⲓⲛ *canus*, quod a ϲⲭⲓⲩⲁ *canities*, ex hist. martyr. Ioh. iun. in cod. Borg.

Ϲⲭⲓⲛ, *lenitas*, *mollities cutis*, et *mollis*, *delicatus*, *tener* Scal. El. pag. 372. et in *Encom.* Macarii episc. in cod. Borg. ubi sic, ⲉⲩⲛⲁⲣⲟⲕϩϥ ⲛⲉⲙ ⲡⲉϥϲⲭⲓⲛ ϧⲉⲛ ϯⲅⲉⲉⲛⲛⲁ, *exurent eum cum sua corporis mollitie ac venustate in Geenna*. ϲⲭⲓⲛ derivatum videtur a ܫܥܐ, *oris mollities ac laevitas*, quod a verbo ܫܥܐ, *laevigare*. Ab eodem verbo Syri ܫܥܐ, *oris gratia*, *venustas*.

Ϲⲱⲓ, *μαδάω*, *glaber*, *laevis*, *depilis sum* Levit. XIII. 40. 41. Convenit fere cum שעיע, ܫܥܐ, *Sei*, *Seo*, *glaber*, *laevis*, *depilis* chald. syr. littera ש lenius prolata. Haec autem a verbo שעע, *laevis*, *mollis*, *glaber fuit*. In Pahel *laevem glabrumque fecit*.

Σῶμα. Ita Alexandriae vocabatur regiae pars, in qua regum sepulcra posita erant. Strabo lib. 17. pag. 794. Μέρος των βασιλειων εστι και το καλουμενον Σωμα, ὁ περιβολος ην, εν ῳ αἱ των βασιλεων ταφαι, και ἡ Αλεξανδρου. Parum scite Casaubonus ad Strabonem, et qui eum sequuti sunt, hunc locum σωμα, *corpus* a corpore Alexandri, quod ibi conditum fuerat, nuncupatum existimant. Σωμα est mea sententia aegyptium nomen ϫⲟⲙϩⲁⲩ *Gomhau* vel ϭⲟⲙϩⲁⲩ *Somhau*, unde Graeci σωμα sine adspiratione. Nam ϫ cum ϭ commutari solere ignorat nemo. Porro ϫⲟⲙϩⲁⲩ significat id ipsum, quod erat, nempe περιβολον των ταφων, ut illud a Strabone describitur loco cit. ϫⲟⲓ quippe vel ϫⲟ *murum*, *septum*, ⲙϩⲁⲩ *sepulcrum* designat.

Ϲⲱⲟⲩⲃⲉⲛ, χορτος, *foenum* I. ad Cor. III. 12. Est ϲⲱⲟⲩⲃⲉⲛ, *Souben*, nisi fallor, ab עשב, עשבא, *Eseb*, *Eseba*, *Esebo*, *herba*, *gramen*, *foenum* hebr. chald. syr. vel عشب *Osbon*, *Osebon* arab. parva quadam litterarum metathesi. Posset heic adscribi ⲙⲁⲕⲣⲟⲥⲱⲉⲓⲛ, الثيل, *gramen* Scal. El. pag. 376. Quam vocem Kirkerus latine haud est interpretatus. Verum ea locum inter aegyptias non habet; sed vitiose est e graeca αγρωστις ef-

ficta. Hoseae x. 4. scriptam vides ⲕⲁⲣⲟⲥⲑⲉⲛ, ubi graece ἀγρώστις, arab. النجيل.

Ⲥⲱⲟⲩϩⲓ, theb. ⲥⲟⲟⲩϩⲉ, *ovum* Luc. xi. 12. Item κορυφη, *vertex* Psalm. vii. 16. Habetur etiam ⲥⲱⲟⲩ *vertex* apud Wilkinsium Deut. xxviii. 35. Simile est ὠὸν et *ovum*, et ὠὰ atque *ova*, τῷ ⲥⲱⲟⲩϩⲓ ac ⲥⲱⲟⲩ. Pariter ὠὰ ac ὠϊὰ, Eustathio teste, dicebant Graeci: Argivi vero ὤβεα auctore Hesychio. Aeoles digamma suum inserebant, unde Latini *ovum*. De *S* vero in ⲥⲱⲟⲩϩⲓ non est laborandum. Praefigitur enim saepe, praesertim nominibus a vocali incipientibus. Tale est ⲥⲟⲩⲣⲓⲏⲗ ab οὐριηλ nomen angeli, ⲥⲟⲫⲓⲣ ab ⲟⲫⲓⲣ, ⲥⲟⲛⲓ ab ⲟⲛⲓ *similis*. Plura exempla habes in V. Ⲥⲣⲟϥⲣⲉϥ. Est etiam ⲥⲱⲟⲩϩⲓ vel ⲥⲱⲟⲩ, κορυφη, *vertex*, ut supra posui. Mirum, si hoc nomen ab alia esset origine. Nam haec quoque significatio inest in graecis. Siquidem ὠὰ et ὠϊὰ pariter *aedium summitates* sunt.

Ⲥⲱⲡ ⲡⲓ, المريد, *rebellis* Scal. M. pag. 257. Fortasse a שובב, *rebellis*, *aversus* hebr.

Ⲥⲱⲡⲓ, ὠα, *ora vestis*, *fimbria* Psalm. cxxxii. 2. Non differt a ספה, *ora*, *fimbria*, *extremitas* rei in Oriente. Etiam ⲥⲱⲡ ϧⲓ dicitur Exod. xxviii. 30. et ⲥⲟⲃⲉ theb. in actis S. Panesnebi. Semel ⲧⲟⲡ Hagg. ii. 13. in cod. Borg. Nam *S* cum *T* interdum commutant.

Ⲥⲱⲣ ⲉⲃⲟⲗ, σκορπιζειν, διασπειρειν, *dispergere*, *disseminare*. Adi Crozium. Et λικμαν, *ventilare* Amos viiii. 9. Refero ad זרה, זרא, *dispergere*, *spargere*, *ventilare*, ultima, seu vocali, seu adspirata littera omissa, quod est Coptis usitatissimum. Arabes ذرا. Idem verbum ⲥⲱⲣ theb. est *castra metari*, *castra ponere* vel *poni*, παρατασσεσθαι Psalm. xxvi. 3. apud Tuk. gram. Copt. pag. 106. ⲉⲣϣⲁⲛ ⲟⲩⲙⲗⲁϩ ⲥⲱⲣ ⲉⲣⲟⲓ, *si castra metata fuerint contra me*, εαν παραταξηται επ' εμε παρεμβολη. ⲉⲙⲗⲁϩ est *bellum*, *acies*, *castra*, de quo dixi V. Ⲙⲗⲁϩ. Ⲥⲱⲣ isto sensu derivatum videtur a שרה, שרא, quod chald. syr. valet istud ipsum, nempe *castra metari*; unde משרי, משריא, *castra*, *acies*, *exercitus*. Ab eodem verbo ducitur ⲥⲣ ⲉⲃⲟⲗ, *mittere*, *emittere* Mich. ii. 5. Nam שרה שרא significat etiam *mittere*, *dimittere*, *emittere* hebr. chald. syr. Interdum legitur ⲥⲟⲣⲥ ⲉⲃⲟⲗ, *dimittere* memphit. in vit. Macarii Alex. ex cod. Borg.

Ϣⲱⲥ, *κατάστρέφειν*, *κατασκάπτειν*, *evertere*, *disturbare*, *destruere*. Idem, ac شوش, pariter *disturbare*, *turbare*, *destruere* arab.

Ϣⲱⲧⲉⲙ, *ακοη*, *ακουειν*, *auditus*, *audire*. Vide Crozium. Basmyr. ⲥⲁⲧⲉⲙ Isai. v. 9. in cod. Borg. Fortasse a سمع, hebr. שמעת constr. *auditio*. Ut enim ⲥⲙⲏ, *vox*, *auditus* a שמע *Sama*; ita ϣⲱⲧⲉⲙ, ⲥⲁⲧⲉⲙ a *Samath*, *Semath*, quae pariter a שמע derivantur. A ϣⲱⲧⲉⲙ factum ⲥⲧⲙⲏⲧ theb. *obediens* in elencho cod. Borg. pag. 294. et ⲙⲛⲧⲥⲙⲏⲧ, *obedientia*: quae forsitan haberi possent, tamquam composita ex ϣⲱⲧⲉⲙ, ⲥⲧⲙ, atque ϩⲏⲧ. Obediens enim est, qui non auribus tantum, sed animo et corde excipit iubentis dicta.

Σωφοβι, *ερυθρυδανον*, *rubia* in appendice Dioscoridis ad caput 160. lib. 3. ubi de erythrodano, *Αιγυπτιοι σωφοβι*. Est autem *erythrodanus*, *quam aliqui ereuthodanum vocant*, *nos rubiam*, *qua tinguntur lanae et pelles perficiuntur*, ut ait Plinius lib. 24. cap. 11. et Dioscorides lib. 3. cap. 160. *ερυθροδανον η ερευθοδανον*, *ριζα εστιν ερυθρα βαφικη*. Videtur *σοφοβι* ortum a فوة *Phua*, *rubia* arab. Unde ϥⲟⲩⲁ, ϥⲟⲩⲉ Copti, et ϭⲟϥⲟⲩⲉ *Sophue*, *Sophove*, *planta rubia*: ex quo Graeci *σοφοβι*. Hebraei pariter ac Chaldaei rubiam פואה dicunt. Liber *nomin. hebr.* in Exod. *Fua*, *rubrum*. Et Philo *φουα*, *ερυθρον* in lib. *Quis divinarum rerum sit haeres*.

Ϣⲱϣⲉ, *campus* theb. Hierem. cap. 13. et 20. in cod. Nan. pag. 71. et apud Tukium pag. 295. Fortasse nomen est ab aequalitate ac planitie. Nam ϣⲏϣ, ϣⲓϣ, *aequalis*, *aequalitas*.

Ϣⲱϥ, *διυλιζειν*, *colare*, *purgare* Matth. XXIII. 24. Quis dubitet, a صفا *Sapha* vel *Sappha*, *colare*, *purgare*, *purum ac defoecatum esse*, verbum derivare? Hinc, nempe a ϣⲱϥ, ductum arbitror ϣⲱⲧϥ vel ⲥⲟⲧϥ, *purus*, *limpidus* theb. quod dicitur de sardii lapidis colore puro ac pellucido in elencho codic. Borg. pag. 609. Iterum de aqua, ⲛⲑⲉ ⲛⲟⲩⲙⲟⲟⲩ ⲉϥⲥⲟⲧϥ, graece *ωσπερ υδωρ καθαρον* in libro Iobi. Fortassis ab eodem fonte venit ϣⲱⲧⲡ, *εκλεκτος*, *δοκιμος*, de quo lege Crozium.

Ϣⲱϥ, *βεβηλουν*, *μιαινειν* Psalm. LXXIII. 7. LV. 5. Alibi ⲥⲁϥ, ut ad Hebr. XII. 16. Porro ϣⲱϥ, ⲥⲁϥ, basmyr. ϣⲱⲃ, isto sensu (nam fere contraria significatio est in artic. proxime antecedenti) trahi posset a סאב, *polluere*, *inquinare*, *violare* chald. syr.

Ⲥⲱϧⲉⲙ., *inundare imbrem* in vita Macar. Alex. ex cod. Borg. Est idem سجم *pluviam fundere*, *defluere* imbrem arab.

Ⲥⲱϧⲓ, *ὑφαντος η ον*, *contextus*, *contextum* Iohan. xviii. 23. Exod. xxvi. 1. Theb. ⲥⲱϩⲉ, *ὕφασμα*, *textura* Iob xxxviii. 36. Refero ad نسج, *texere*, vel ad نسيجة, *textum*, *tela*, abiecta *N*, quae in linguis Orientalibus saepius deficit. Relege Ⲁⲃⲱⲕ *corvus*. Est etiam ⲥⲏϧⲓ, *texere*, *textum* Exodi xxviii. 30. et ⲥⲏϧ Isai. iii. 21. ubi ⲉⲧⲥⲏϧ ϩⲓⲛⲟⲩⲃ, *auro contextum* apud Tukium pag. 594.

Ⲥϣⲁ, Ⲥϣⲉ, *licet*, *oportet*, *aequum est*. theb. ϣϣⲉ, basmyr. ϣϣⲏ. Huc pertinet ⲙⲡϣⲁ, *dignum*, *aequum*, *rectum*, quod frequentissimum est in libris Coptorum: quia nomen est ϣⲁ. Iam ϣⲁ, ⲥϣⲁ, ⲥϣⲉ, ϣϣⲉ, sane conveniunt cum שוה, שוא, שוי, سوى ، سوا, pariter *aequum*, *dignum*, *rectum*, *idoneum* esse hebr. chald. syr. arab. Eodem referre licet ϣⲁϯ, *εὔχρηστον* II. ad Timoth. ii. 21. Unde ⲉⲣϣⲁⲓ, *καλον ειναι*, *πρεπειν* apud Crozium. A ϣⲁ vel ϣⲉ factum credo ⲛⲁⲥϫⲏ, *ἔδει*, *oportebat* Luc. xxiiii. 26. quasi ⲛⲁⲥϣⲏ, ⲛⲁⲥϣⲉ. Frequentissima enim est litterarum ϫ et ϣ inter se commutatio. Lege v. Ⲱⲓϣⲓ et Ⲉⲛϫⲁⲓ. Quam porro ⲛⲁⲥϫⲏ *oportebat* cum ϫⲏ *esse*, *manere*, unde derivat Crozius, significationis convenientiam habeat, non video.

T

Ⲧⲁⲃⲓⲣ ⲡⲓ, الايوان, *praetorium*, *locus iuri dicundo destinatus* Scal. M. pag. 225. Est ⲧⲁⲃⲓⲣ mea quidem sententia ipsum hebraeum vocabulum דביר *Dabir*, *adytum*, *oraculum*, sive pars templi interior, ex qua Deus responsa dabat. Est item ⲧⲁⲃⲓⲣ, *praefectura* in Aegypto: ut ⲡⲓ ⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛⲧⲉ ⲣⲁⲕⲟϯ, *praefectura Alexandrina*; ⲡⲓ ⲧⲁⲃⲓⲣ ⲛⲧⲉ ⲁⲑⲣⲉⲃⲉ, *praefectura Athribitica* &c. si vere Kirkerus in Oedipo tom. 1. pag. 15. et deinceps. Postea ⲧⲁⲃⲓⲣ, de quo sermo est, legi III. Reg. VIII. 6. in *euchol*. Tuk. part. 1. pag. ⳁⲟ̅ⲍ̅. Ibi graece est Δαβὶρ, hebr. דביר. Quare origo τῦ Ⲧⲁⲃⲓⲣ, quam posui, certa ac manifesta est. His adde ⲧⲁⲃⲓⲣ, *interius cubiculum* ex elencho codic. Borg. pag. 658.

Ⲧⲁⲓⲃⲓ ϯ, *tumba*. Est in *Encom.* Macarii episc. Tkuensis, ubi ⲁⲩϫⲁϥ ⲉϫⲉⲛ ϯ ⲧⲁⲓⲃⲓ ⲛⲧⲉ ⲛⲓⲑⲉⲟⲩⲁⲃ: et in *encom.* Theodori Abb. ⲁϥⲑⲁⲙⲓⲟ ⲛⲟⲩⲧⲁⲓⲃⲓ ⲉⲛⲉⲱⲙⲁ ⲙⲡⲉϥⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲟⲥ. *Tumba* certe, quae vox in usu est apud Latinos recentiores, dicitur a τυμβὸς. Hoc autem a ⲧⲁⲓⲃⲓ derivatum censeo. Nihil enim affert graecus sermo, ex quo τυμβὸς originem trahere potuerit, quicquid grammatici garriant. *M* vero sive *N* saepe insertum in veteribus linguis ostendit Vossius lib. *de permut. litter.* Denique ipsum ⲧⲁⲓⲃⲓ quod spectat, hoc ad ⲑⲏⲃⲓ vel ⲧⲏⲃⲉ, *capsa* referendum est; quo etiam loculum vel capsam sepulcralem significant.

Ⲧⲁⲓⲉ, ⲧⲁⲓⲟ, τιμᾶν, τιμὴ, *honorare*, *honor*, Psalm. CXXXVIII. 17. Actor. XXVIII. 10. Fortasse coniunctum ex verbo activo ⲧ, Ⲧ, et ⲁⲓ vel ⲁⲓⲁⲓ *augeri*, μεγαλυνθῆναι; unde ⲧⲁⲓⲉ, μεγαλύνειν, *amplificare*, *honoribus augere*. Haud scio, an Graeci a ⲧⲁⲓⲉ vel ⲧⲁⲓⲟ traxerint τίω τιμῶ. Magna enim similitudo interest. In Scala El. 298. ⲙⲁⲧⲁⲓⲉ, أكرم, *honora*. Male Kirkerus *honoratior*. Hoc enim non dicit ⲙⲁⲧⲁⲓⲉ; licet أكرم per se utrumque significare possit. Hinc est ⲧⲁⲓⲉⲙⲟⲩϯ, ἀσπάζεσθαι, *salutare*, quasi *cum honore appellare* Matth. X. 12.

Ⲧⲁⲕⲟ, *perdere*. A verbo ⲧ, et ⲁⲕⲟ *perditio*, factum videtur.

Ⲧⲁⲗⲉ, ⲧⲁⲗⲟ, ἐπιτίθεναι, ἀναβιβάζειν, λαμβάνειν, βαστάζειν, *imponere*, *elevare*, *accipere*, *ferre*, *portare*. Consule lexicon Crozianum. Est נטל *Natal*, *ferre*, *portare*, *imponere*, *attollere* hebr. et chald. נטיל *baiulus*, נטילה *elevatio*. Si *N* eximas, quae in multis deficit, nihil erit sane inter haec et ⲧⲁⲗⲉ discriminis. Sed potius ⲧⲁⲗⲉ factum ex ⲁⲗⲉ *adscendere*, et verbo ⲧ, quo neutra fiunt activa. Ita ⲧⲁⲗⲉ erit *attollere*, *elevare*, *imponere*: quomodo ⲧⲁⲛϧⲟ est ζωογονεῖν, ζωοποιεῖν, *vitam dare* vel *reddere*, quod certe ex ⲧ et ⲟⲛϧ *vivere* compositum est. Ⲁⲗⲉ vero unde sit, dixi V. Ⲁⲗⲏⲓ.

Ⲧⲁⲗⲟ, ὁλοκάρπωσις, *holocaustum*, *hostia* theb. Isai. xxxx. 16. apud Tuk. pag. 524. basmyr. ⲧⲁⲗⲁ, θυσία, *sacrificium* ad Hebr. vII. 27. in cod. Borg. Est a verbo ⲧⲁⲗⲉ, *elevare*, *sursum propellere*, de quo proxime verba feci. Namque *holocaustum*, *hostia*, *thus* ab eo, quod flamma victimam absumens, odor, suffitus sursum ferantur, et veluti adscendant ad Deum, nomen habent in Oriente. עלה *Olah* nempe hebr. עלא *Ala* chald. *holocaustum*, et *hostiam* appellant. Ita Aegyptii a verbo עלה dicunt ⲁⲗⲉ et ⲁⲗⲏⲓ *adscendere*, ⲧⲁⲗⲉ *sursum tollere*, quasi *ascendere facere*, ⲧⲁⲗⲟ, *quod sursum fertur*, *holocaustum*.

Ⲧⲁⲙⲉ, ⲧⲁⲙⲟ, δεικνύναι, γνωρίζειν, *ostendere*, *notum facere* Psalm. IIII. 6. xv. 11. Manifestum est, ⲧⲁⲙⲉ coniunctum ex verbo activo ϯ, ⲧ, atque ⲉⲙⲓ, *scire*, *scientia*, *cognitio*; unde ⲧⲁⲙⲉ *cognitum facere*.

Ⲧⲁⲛⲟϣⲉⲣ, تنوشر, *Tanosar*, usbs Aegypti Scal. M. pag. 208. Male editum a Kirkero ϯⲁⲛⲟϣⲉⲣ, et a Crozio Ⲁⲛⲟϣⲉⲣ. Est enim mea sententia integrum nomen Ⲧⲁⲛⲟϣⲉⲣ, unde Arabes دنوشر *Danusciar*. Haec urbs non alia profecto, quam ἱεράκων πόλις, de qua Strabo lib. 17. p. 817. ἱεράκων πόλις, τὸν ἱέρακα τιμῶσα. Talis enim est significatio nominis, quia ⲛⲟϣⲉⲣ *vultur*, et etiam *accipiter* Scal. M. p. 167. ubi ⲡⲓ ⲛⲟϣⲉⲣ, البازى *accipiter*, unde ⲧⲁⲛⲟϣⲉⲣ, *urbs accipitris*. Kirkerus in eadem Scala M. 208. et in Oedipo tom. I. *Tanosar*, Tentyram ponit esse, credo non aliam ob caussam, quam similitudine vocis, quia *S* et *T*, saepe altera vicem subit alterius. Ita a *Tanoser* nascitur *Tanoter*, *Tan-*

tore, *Tentyra*. In cod. theb. Nanian. apud Mingarel. p. 227. et 232. habes ⲛⲉⲓⲧⲉⲛⲧⲱⲣⲉ, *Tentyra*. Sed dubium est, an id potius a graeco τα τεντυρα sumptum. Quadrat etiam Tentyrae nomen ab accipitribus ductum. Nam scribit Aelianus lib. 10. cap. 24. Σεβουσι οι τεντυριται ιερακας. Quod eorum nummis confirmari potest. Unum exhibet Zoega lib. *de nummis Aegypti* pag. 125. ex M. R. G. in quo expressa est mulier dextra accipitrem, sinistra hastam tenens. Stat igitur, ⲧⲁⲛⲟϣⲉⲣ esse ιερακων πολιν, certe a Tentyra diversam, idemque vocabulum, si paullo aliter scribatur, etiam Tentyrae, quod ea quoque accipitrem colat, convenire posse.

Ⲧⲁⲟⲩⲟ, ⲧⲁⲟⲩⲉ, basmyr. ⲧⲁⲩⲁ, *dicere*, *loqui*, *proferre*, *vulgare*, *nunciare*, *mittere* in cod. Borg. et ⲧⲁⲩⲟ, απαγγελλειν theb. Mich. II. 8. Certe conveniunt ista, *Tavo*, inquam, *Tave*, *Tava* cum דבר *Davav*, *loqui*, *dicere* hebr. et ܬܘܝ, ܬܘ *Tvav*, *Tav*, *evulgare*, *loqui*, *proferre*, *nunciare* syr. Item תבי *Tave* Samar.

Ⲧⲁⲡⲣⲟ, στομα, *os* theb. lib. *de myst. litt.* apud Crozium, Psalm. LVIII. 8. apud Tuk. pag. 159. et Mich. III. 5. Proprie ⲧⲁ ⲡⲣⲟ signat, *quod oris est*, vel *ad os pertinet*: nam ⲣⲟ est *os*. In Thebaide autem ⲧⲁⲡⲣⲟ valet *os* consuetudine sermonis.

Ⲧⲁⲣⲕⲟ, ορκιζειν, εξορκιζειν, *adiurare* Exod. III. 19. Matth. XXVI. 63. Fictum videtur ex ⲧ vel ϯ verbo activo, et ⲟⲣⲕ vel ⲱⲣⲕ *iusiurandum*. ⲱⲣⲕ autem idem atque ορκος. Est in Scala El. pag. 397. ϯ ⲧⲁⲣⲕⲟ *adiuro*. Male Kirkerus *adiuravit*.

Ταρταρος, *Tartarus*. Aegyptiacam esse vocem existimat Passerius in *symbolis litter.* vol. 3. pag. 98. idque mihi etiam persuasum est propterea, quod apta ac concinna in aliis linguis eius significatio reperiri nequeat. Ducitur autem mea sententia a ⲥⲑⲉⲣⲑⲉⲣ vel ⲑⲉⲣⲑⲉⲣ, elisa *S*, quod est *tremere*. Revera ταρταρον a frigore ac tremore dici; et ταρταριζειν, hoc esse, *tremere* atque *artubus concuti* notant Graeci. Plutarchus *de primo frigido* pag. 948. Ταρταρος υπο ψυχροτητος κεκληται .... και το ριγουντα παλλεσθαι και τρεμειν, ταρταριζειν.

Ⲧⲁⲧϩ, μολυβδος, *plumbum* Exod. XV. 10. An est a pondere appellatum? Nam ⲁⲑⲁϩ, *onus*, *pondus*; ⲧ *dare*, *afferre*, *facere*. Ⲁⲑⲁϩ autem, ut etiam de eo loquar, fortasse nomen

sumpsit ab ⲁⲧ, atque ⲁϩ *stare*, *sustinere*, velut id, *quod non sustinetur*, seu difficile ac cum labore fertur. Quamvis haec explicatio vocis paullo subtilior seu minutior videatur. Addendum heic, ⲧⲁⲧϩ *plumbum*, etiam ⲧⲁϩⲧ scriptum legi in codic. Borgianis, ut in elencho eorundem pag. 612. Ibi enim plumbum signari, non bitumen, uti adnotatum video, manifestum est. Nam dicitur ⲟⲩⲧⲁϩⲧ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲙⲃⲣⲉϩⲓ. Quippe ⲙⲃⲣⲉϩⲓ, *bitumen* est.

Ⲧⲁⲧϩⲟ, στενοχωρια, περιοχη, συγκλεισμος, *angustia*, *septum*, *obsidio*, *conclusio* ad Rom. VIII. 35. Abdiae I. Mich. VII. 17. In Scala El. pag. 396. ⲧⲁⲧϩⲟ, حبس, *carcer*, *angustia*, *constrictio*, quae male Kirkerus *tenuit*, *ligavit*, ambiguitate vocis arabicae deceptus. Idem videtur ⲧⲁⲧϩⲟ cum ضغط *angustia*, *coarctatio*, quod, omisso punctulo in Ajin, legas *Dsato*, *Tsato*. Hoc autem derivatum a verbo ضغط *premere*, *coarctare*. Ab eodem verbo, scilicet ab angendo ac constringendo vocatum suspicor ⲙⲧⲁⲧ *capistrum*, *fraenum* in Scala M. pag. 136. Nam praefixa *M* instrumentum notat in Aegypto perinde, ut in Oriente. Repete voc. *Morochtos*. An etiam ⲧⲁⲧϩ *plumbum*, de quo proxime sermo factus, a ⲧⲁⲧϩⲟ, sive a premendo ac coarctando pariter nomen traxerit, acris et eruditi lectoris iudicio permittimus.

Ⲧⲁϥⲣⲟ, *fossa* Mich. V. 6. Etiamsi ⲧⲁϥⲣⲟ Coptus interpres dixerit ex graeco ταφρος, quod heic legitur; credo tamen non esse a Graecis, sed ab Aegyptiis nomen inventum. Quas enim auctor *Etymologici M.* ex graeca lingua profert nominis rationes, nugae et ineptiae videntur. Neque vero laudare possum eruditos nostrates, qui a ταφος *sepulcrum* vocem derivant: maxime quum ταφροι proprie sint fossae, quae circum urbes aut castra effodiuntur custodiae ac munitionis caussa. Suidas, Ταφρος· το περι το τειχος ορυγμα. Hesychius, Ορυγμα εξωθεν του τειχους γινομενον προς εκπληξιν πολεμιων. Sed et *agger* et *vallum* dicitur ταφρος. Philoxenus, Ταφρος, *fossa*, *sepes*, *fossatum*: Ταφρωτης, *vallatus*: Ταφροβολω, *fossam duco*. Veteres Aegyptii, ni fallor, ita scripsere, ⲧⲁϥⲁⲣⲉϩ, sive, elisa media vocali, ⲧⲁϥⲣⲉϩ: ex quo Herodotus ταφρη, alii ταφρος. ϥⲁⲣⲉϩ porro *custodia* est, ⲧⲁϥⲁⲣⲉϩ, quicquid *ad custodiam pertinet*: quo fossa, agger, vallum

ab Aegyptiis commode significari potuit. Addit huic sententiae nonnihil ponderis, quod, ut in Aegypto ⲧⲁⲫⲁⲣⲉϩ, ita in Graecia *ταφη* et *ταφρος* sunt feminini generis.

Ⲧⲁϣⲉ, ⲧⲁϣⲟ, ⲧⲁϣⲁ, *μεγαλυνειν*, *πληθυνειν*, *πλατυνειν*. Fit ab ⲱϣ vel ⲟϣ, *multus*, *magnus*, et verbo ⲧ, quasi *magnum* vel *multum facere*. Ab ⲱϣ est etiam ⲁϣⲁⲓ, *πληθυνθαι*, unde ⲉⲣⲁϣⲁⲓ, *πληθυνειν*. Pariter ab ⲟϣ, vel ⲁϣⲁⲓ fit ⲛⲁϣⲉ vel ⲛⲁϣⲱ. Affertur a Crozio etiam ϣⲱ *multus* ex Psalm. XVIII. 11. Sed ibi ⲛⲁϣⲉ est, et ⲛⲁϣⲱ. Alia habes in v. Ϫⲁϣⲁⲓ, de quo supra locuti sumus. A ⲧⲁϣⲉ et ⲟⲉⲓϣ theb. compositum ⲧⲁϣⲉⲟⲉⲓϣ, *κηρυσσειν*, quod est ad litteram *μεγαλυνειν κηρυγμα*.

Ⲧⲁϩⲟⲉⲣⲁⲧ, *cathedra*, *pulpitum* in vit. Simeonis ex cod. Borg. ubi Ceϩⲓⲱⲓϣ ⲙⲡⲉⲕⲣⲁⲛ ⲉϫⲉⲛ ϩⲁⲛ ⲧⲁϩⲟⲉⲣⲁⲧⲟⲩ, *nomen tuum in suis cathedris praedicant*. Fit a ⲧⲁϩⲟ *constituere*, *firmare*, *insistere*, ac ⲣⲁⲧ *pes*.

Ⲧⲉⲃ, ⲧⲟⲃ, ⲧⲱⲃⲥ, ⲧⲉⲃⲥ, *σφραγιζειν*, *σφραγις*, *signare*, *obsignare*, *sigillum* Apoc. VII. 3. Matth. XXVII. 66. Apoc. XX. 3. V. 5. Forsitan sunt haec a טבע *Taba*, *Teba*, *infigere*, *cudere*, *imprimere*, *signare*, *obsignare*, *sigillum* hebr. chald. syr. arab. A טבע autem est טבעת *annulus*, qui ab obsignando dicitur. Similiter ⲡⲓ ⲧⲉⲃⲥ, الختم, *annulus signatorius*, *sigillum* in Scal. M. pag. 202. Indidem, scilicet a טבע, *infigere*, *imprimere*, *signare*, vel a ⲧⲉⲃⲥ, ⲧⲱⲃⲥ, facile ⲑⲓⲃⲥ, theb. ϯⲃⲥ *calcaneus*, quo vestigium imprimitur, appellatus, Iohan. XIII. 18. Psalm. XXXX. 9. Enim vero ⲧⲱⲃⲥ a טבע dici et illud manifestum facit, quod pariter ⲧⲱⲃϩ scripserint Copti, uti postea reperi in actis Apnubi martyr. ex cod. Borg. ϩ quippe *τῷ* ע bene respondet. Vice versa ⲉⲛⲧⲱⲃⲥ pro ⲉⲛⲧⲱⲃϩ *deprecari* habes Malach. III. 14.

Ⲧⲉⲃⲓ, *κοδραντης*, *ασσαριον*, *λεπτον*, *quadrans*, *nummulus*, *minutum* Matth. V. 26. X. 29. Marc. XII. 42. Ⲧⲉⲃⲓ *nummus*, proprie impressus ac signatus, ut reor, a ⲧⲉⲃ ac טבע, *signare*, *imprimere*, de quo proxime verba feci, nomen traxit.

Ⲧⲉⲗⲧⲉⲗ, *αποσταλαζειν*, *stillare*, theb. ⲧⲗⲧⲗ. Ⲧⲉⲗⲧⲓⲗⲓ, *σταγονες*, *ψεκαδες*, *stillicidia*, *guttae*. Item ⲑⲗⲏ, ⲑⲗⲏⲗⲓ, *αποσταλαζειν*, *σταζειν*. Haec repeto a טל, טלא, *ros* hebr. chald. syr. sam. arab. aeth. Istud autem est a טלל, *obtegere*, quod apud Arabes *humectare* vel *leviter madefieri* adsignificat, et olim fortasse

etiam apud caeteros. Item est طل *Tall*, plur. طلال, طلل *Telal*, *tenuis imber*, *levis pluvia*; etiam تلال *Thalal*, *roratio*, *humectatio*. Porro a טל, טלל Copti ⲧⲉⲗⲧⲉⲗ, *rorare*, *stillare*.

Ⲧⲉⲙⲑⲁⲙ, ἡμίονος, *mulus* Psalm. xxxi. 9. Zachar. xiiii. 15. et in aliis. Est vero ipsum טומטום *occlusus*, *obstructus* chald. De quo ita Rambam, *Quicumque, nec habet virilitatem, nec femineitatem, sed occlusus est, hic est, qui vocatur Tumtum*. Nomen ducitur a טום, *obstruere*, *occludere*. Pariter apud Coptos est ⲑⲱⲙ, ἐμφράσσειν, *obturare*, *sepire*. Syris etiam טמם et טמטם *obstruere*.

Ⲧⲉⲙⲑⲱⲙ, *spissus*, *densus*, vel *caecus*. Ⲟⲩⲭⲁⲕⲓ ⲉϥⲧⲉⲙⲑⲱⲙ, *caeca* vel *spissa caligo* in homil. Theodosii episc. Alex. ex cod. Borg. Fit a ⲑⲱⲙ, *obstruere*, item *caecare*, *caecitas*, Inde ⲧⲟⲙⲧⲙ, ὀμίχλη theb. Sophon. i. 15. apud Tukium *gram. copt.* pag. 338.

Ⲧⲉⲙⲙⲟ, ψωμίζειν, τρέφειν, *cibare*, *nutrire* ad Rom. xii. 20. Matth. xxv. 37. Psalm. lxxviii. 5. Ⲧⲉⲙⲙⲟ vel dicitur simpliciter a ⲧⲙⲟ, λεπτύνειν, *comminuere in frusta*, vel a ⲧ *dare* et ⲟⲩⲉⲙ *cibus* compositum est.

Tenattes. Nomen est vestis, quam Hilarioni donasse fertur Antonius Abbas. Ado in *Martyrol.* die 21. Octob. de S. Hilarione: *Solitudinem ingressus est sacco tantum indutus, et pelliceum habens ependytem, et tenattem, quem illi Beatus Antonius proficiscenti dederat*. Quae ex Hieronymo in *Vita Hilarionis* hausit; licet codices Hieronymi fere omnes *Tenattem* non habeant. Iam tenattes ab Antonio Hilarioni datus, ab aegyptia lingua cognomen habet, idque pallium mea sententia significat, proprie obsoletum ac *detritum*. Nam dicitur, ut opinor, a ⲧⲉⲛⲛⲟ τρίβειν, συντρίβειν, seu ⲧⲉⲛⲛⲏⲟⲩⲧ *contritum*; vel idem ex ⲧⲉⲛⲛⲟ et ϩⲟⲓⲧⲉ ἱμάτιον compositum est; unde ⲧⲉⲛⲛϩⲟⲓⲧⲉ *Tennhoete* seu *Tennhete*, *trita vestis*. Quare *Tenattes* aegyptiace idem, ac τρίβων sive τριβώνιον graece, vile ac rude pallium, usuque detritum, quo prisci philosophi, ac christiani ascetae, vel monachi utebantur, et quod perinde, ut illud, a τρίβειν *terere*, derivatum est. Codex vetustus S. Floriani, quo vita Hilarionis continetur, a Rosweido laudatus in *Onomast.* ad vitas Patrum, pro *Tenattem* exhibet *Tenatum*, quod est idem (nam ita legendum, non *Renatum*) sic, *Et pelliceum habens ependytem, Tenatum, hoc est pallium*. Quem ad locum male Ro-

sweidus *Renatum* idem esse vult, ac pelliceum ependytem. Hic enim certe *melotes* erat, quam monachi Aegyptii pallio superimponebant, uti probat Salmasius in comment. ad Tertull. *de pallio*. Cassianus *de habitu Monachi* lib. 1. cap. 8. *Ultimus est*, inquit, *pellis caprina*, *quae melotes vel pera appellatur*. Quare Ado *pelliceum habens ependytem et Tenattem*. Sed illud maxime quis probet, quod visum Rosweido est, a *Renone*, quae pellis erat, Germanis ac Gallis adhibita, fieri *Renonatum*, tum *Renatum*? Quo etiam *Tenattem* trahit, mutans id in *Renattem*: Ut nihil dicam, quam sit absonum a Germanica seu Gallica veste Aegyptiacae appellationem arcessere. Pro *Tenattes* aliud nomen Iohannes Andreas, epistolarum Hieronymi vetus editor, eodem loco legendum offert, nempe *Eraciesten*: quam vocem, etiamsi adhuc non intellectam, equidem explicatu non difficilem existimo. Nam certe *Eraciestes* mihi est ρασιεθης vel ερασιεθης, constante vocabulo, quod apud Graecos aevi sequioris in usu fuisse non dubito, ex εθης, et *rasus* vel *erasus*. Ρασος, ξυσθεις in glossis nomicis Vaticanis apud Cangium. Unde τα μοναχου ρασα, id est τριβωνες, apud Nicetam in *Manuele* lib. 4. Et monachi ipsi vocati ρασοφοροι, id est *derasa pallia ferentes*. Et ρασοφορειν, est monachum fieri, vel monachi habitu indutum incedere. Vides igitur, *Eraciesten*, vocem graeco-latinam, sensu eandem esse, ac *Tenattem* aegyptiam, quo sane istius vis atque significatio, ut eam supra explicavi, certior ac manifestior evadit.

Ⲧⲉⲛⲑⲱⲛ, παρασυμβαλλειν, συγκρινεσθαι, ὁμοιουν, *comparare*, *comparari*, *similem esse*, *similem facere*, *assimilare*. Habes apud Crozium. ⲑⲱⲛⲧⲉⲛ, ⲑⲟⲛⲧⲉⲛ, ⲧⲉⲛⲧⲱⲛⲧ, αναλογια, παραβολη, *convenientia*, *ratio*, *similitudo* ad Rom. XII. 6. ad Hebr. VIIII. 9. Sunt haec a ⲧ ⲉⲛ, ⲧ ⲟⲛ *assimilare*: unde, geminata voce, quod in Oriente atque Aegypto usitatissimum, ⲧⲉⲛⲑⲟⲛ, ⲑⲟⲛⲧⲉⲛ. Male tamen Crozius in lexico posuit ⲑⲱⲛ *inserere* ex epist. II. ad Cor. x. 12. Neque enim ibi habetur ⲑⲱⲛ, sed ⲛ̀ⲧⲉⲛⲑⲱⲛⲉⲛ, quod est ⲧⲉⲛⲑⲱⲛ, praeposita littera ⲛ, quae infinito deservit cum suffixo, uti vocant, primae personae plur. quod graece συγκριναι ἑαυτους, id est *adiungere*, *conferre*, *comparare nos quibusdam*. A ⲑⲟⲛⲧⲉⲛ derivatum ⲣⲉϥⲑⲟⲛⲧⲉⲛ, στοχαστης, *coniector* Isai. cap. III. v. 2.

Τεννις. Lacum in inferiore Aegypto ita vocant: de quo plura Anvillius pag. 94. et Michaelius ad Albulfedam pag. 120. In hac parte erant opinione doctorum, quae ab antiquis βυκολια dicebantur, loca palustria, pascendis armentis apta, et latrociniis infesta; quae scite ac eleganter ab Heliodoro descripta legimus *Aethiopicorum* lib. 1. et ab Achille Tatio *Amorum* lio. 4. Nomen porro cum re convenire videtur. Namque ⲉⲛⲏⲉϩⲉ vel ⲉⲛⲏⲉϩ est *bovem* aut *boves agere*, *ducere*, βοκολειν. (quia ⲉⲛ *ducere*, ⲉϩⲉ vel ⲉϩ *bos*) unde ⲧⲉⲛⲏⲉϩ *Tenneh* praefixo articulo, βυκολια, βυκολιον. Fuit igitur Tennis tractus ille omnis, atque ora, quam βυκολοι incolebant ad lacum, qui ab ea nomen accipit; tum lacus ipse cum insulis in eodem sitis. Quae loca ob oculos ponit Heliodorus his verbis: Επι τινα λιμνην, inquit, ηπειγοντο. ην δε τοια δε τις. Βυκολια (ⲧⲉⲛⲛⲉϩ) μεν συμπας κεκληται προς Αιγυπτιων ὁ τοπος. εςι δε κοιλας της αυτοθι γης, τυ Νειλυ ὑπερεκχυσεις τινας ὑποδεχομενη, και λιμνη γιγνομενη. το μεν κατα μεσυ βαθος απειρον· επι δε τας ακρας εις ἑλος αποτελευτωσα. ὁ γαρ ταις θαλατταις αιγιαλοι, τυτο ταις λιμναις τα ἑλη γιγνεται. εν δε τυτοις ὁσον Αιγυπτιων λῃςρικον πολιτευεται· ὁ μεν επι γης ολιγης, ει πη τις ὑπερεχει τυ ὑδατος, καλυβην πηξαμενος· ὁ δε επι τυ σκαφυς βιοτευει, πορθμειον το αυτο και οικητηριον εχων... Και πυ τις βυκολος ανηρ, ετεχθη τε εν τῃ λιμνῃ, και τροφον εχει ταυτην, και πατριδα την λιμνην ενομισεν, ἱκανην δε φρυριον ἰσχυρον ειναι ταις λῃςαις.... και τα μεν κατα την λιμνην και τυς ενοικυντας αυτῃ βυκολυς ὡδε πως εχει. Elegantior est etiam ac longior de Bucoliis Achillis Tatii locus, quem legas velim *Amorum* lib. 4. Porro *Tennis*, vel potius Τεννησις aut Θεννησις, et apud Cassianum *Tennesus*, appellata etiam civitas et insula in eodem lacu, sive a *Tennis* declinata voce, sive melius e *Tennis* et νησος a Graecis conficta.

Ad hunc ipsum lacum sita urbs est, quam hodie *Mansala* dicunt, a qua etiam lacum nuncupant. Nomen vero, uti reor, antiquum est, et ab Aegyptiis traditum, atque ad hanc partem significandam aeque, ac *Tennis*, commode adhibitum. Quippe ⲙⲁⲛϣⲁⲗ *Mansal*, si interpretari velis, *locus* est *spoliorum* ac *praedae*. ⲙⲁ enim *locus*, ϣⲉⲗ autem, ϣⲱⲗ, ϣⲁⲗ *spolium*, *praeda*. At vero scimus, esse haec loca, quum struendis insidiis accomodata, tum latronibus etiam nunc oppleta, ut ea adire via-

tores sine periculo non possint. Audi rursus Heliodorum, Εν δε τυτοις ἑλεσι ὁσον Αιγυπτιων ληςρικον πολιτευεται. Et infra, Ἱκανη (λιμνη) φρεριον ισχυρον ειναι λησταις. διο και συρρει επ' αυτην ὁ τοιυτος βιος. τῳ μεν ὑδατι παντες ὡς απο τειχει χρωμενοι, τον δε πολυν κατα το ἑλος καλαμον αντι χαρακωματος προβεβλημενοι· σκολιας γαρ τινας ατραπυς τεμομενοι, και πολλοις ἑλιγμοις πεπλανημενας, και σφισι μεν δια την γνωσιν ρασας, τοις δ' αλλοις απορυς της διεκπλυς κατασκευασαντες, μεγιςον οχυρωμα προς το μη αν τι παθειν εξ επιδρομης εμηχανησαντο. Non dissimilia sunt his, quae narrat Achilles Tatius *Amorum* lib. cit. Sed quoniam ⲙⲁⲛϣⲁⲗ *Mansal* certae urbi sive oppido, veluti proprium cognomen, insedit, id *spoliorum receptaculum* reddere melius cadet; fortasse tributum ob eam caussam, quod illuc collecta praeda, tamquam tutiorem in locum, comportaretur.

Ⲧⲉⲣⲧⲩⲗⲗⲟⲥ, بلبل, *philomela*, *luscinia*, *acanthis* Scal. M. pag. 169. ⲧⲉⲣⲧⲗⲗⲟⲥ apud Crozium. Nomen, ut credo, απο τυ τερετιζειν.

Ⲧⲏⲃ, δακτυλος, *digitus* Matth. xxiii. 4. Videtur a ⲧⲉⲃ, ⲧⲟⲃ, טבע, *signare*, *imprimere*, *infigere* denominatus. Simile est etiam אצבע, *digitus*, hebr. chald. arab. et ܨܒܥܐ *Tsebo*, *Tebo* syr. Pro ⲧⲏⲃ, ⲧⲏⲏⲃⲉ dicunt Thebaei.

Τηβενος, τηβεννη, vel τηβεννος, τηβεννη. Haec vox, quae togam generatim significare creditur, perspecta vi atque origine eius, mihi videtur esse toga *palmata*, seu trabea, quae deinde a Graecis latius accepta atque usurpata est. Nam ⲃⲉⲛⲓ, ⲃⲉⲛⲉ seu ⲃⲉⲛⲛⲓ Aegyptiis *palma* est: unde ⲧⲁⲃⲉⲛⲉ, ⲧⲁⲃⲉⲛⲛⲏ, *palmata* vestis, aeque, ac a ⲃⲉⲛⲓ factum ταβεννη, *regio abundans palmarum copia*. Enim vero saepe τηβεννος, τηβεννη apud antiquos, non toga pura est, sed praetexta, vel picta, trabea, aut palmata toga. Glossarium vetus τηβεννος, *toga*, *trabea*. Auctor *Etymol. M.* Τηβεννη· ἱματιον, η χλαμυς, ἡν φορυσι τυραννοι. Eunapio in Iuliano τηβεννος est περιπορφυρα εσθης. Iustiniano Novel. 163. cap. 1. περιπορφυρα ςολη. Magis ad rem facit locus Dionysii Halicarnass. *Antiquit. Roman.* lib. 2. num. 70. pag. 129. ubi de Saliis inquit, τηβεννας εμπεπορπημενοι περιπορφυρυς, φοινικοπαρυφυς, ἁς καλυσι τραβεας. Iam φοινικοπαρυφον fortasse explicandum *palmis* vel *palmae foliis intextam* seu *palmatam* togam, quam heic Dionysius *trabeam*

vocari tradit. Reapse trabeas easdem esse ac palmatas probat Salmasius in *Vopisc.* pag. 509. Idem Dionysius lib. 6. num. 13. p. 351. φοινικοπαρυφυς αμπεχομενοι τηβεννας, τας καλυμενας τραβεας. Caeteri φοινικοπαρυφον ταβεννην intelligunt vestem *limbo puniceo* vel *coccineo praetextam*: quod esse non potest, quum hoc ipsum referat περιπορφυρος. Quapropter Sylburgius ac Portus alterutram vocem φοινικοπαρυφυς aut περιπορφυρυς delendam putant. Salmasius vero ad *Vopisc.* p. 453. περιπορφυρυς mutat in πορφυρυς. Sed nihil necesse est. Etenim τηβεννη περιπορφυρος φοινικοπαρυφος haberi potest *toga palmata cum limbo purpureo*, quod, φοινικοπαρυφος dico, ipsum *Tabennae* nomen, si insita vis ac nativa significatio percipiatur, per sese exprimit. Haec vocis origo quum esset ignota Graecis, scripsit Artemidorus Oνειροκριτ. lib. 2. cap. 3. τηβεννην a Temeno quodam Arcade inventam, ac primum Ionii maris accolis traditam; a quibus paullum immutato nomine τηβεννη dici coepta est: quae ex Artemidoro repetit Suidas. Sed istud inventum mihi atque confictum videtur. Neque enim probabile est, Dionysio Halicarnasseo, qui multo Artemidoro est vetustior atque eruditior, fuisse ignoratum. Is vero, unde Graeci nomen acceperint, fatetur se nescire; eam quippe non graecam vocem videri. Ελληνες, inquit *Antiquit.* lib. 3. pag. 195. Τηβεννον καλυσι, υχ' οιδ' ὁποθεν μαθοντες· ελληνικον γαρ υ φαινεται μοι τυνομα ειναι. Verius profecto, nomen ac genus vestis ab Aegyptiis olim Arcadas sive Argivos habuisse; eiusque usum subinde ad alias gentes, Lydos nempe ac Romanos propagatum. Polymitas namque seu liciis diversi coloris contextas, quarum ad genus togae pictae ac palmatae pertinent, in Aegypto primum repertas, perspectum est. Quare Martialis in epigr. cui titulus *Cubicularia polymita*,

Haec tibi Memphitis tellus dat munera, victa est
Pectine Niliaco iam Babylonis acus.

Vide v. Φωσσων. Ad ea, quae hactenus dicta sunt, adde locum Pollucis lib. 7. cap. 13. ex quo non modo τηβεννην; sed etiam βεννικον aut κλεοβεννικον usurpatum discimus, την δε, inquit, ονομαζομενην τηβεννην και κλεοβεννικον, εν Αργει φορειν φασι. Itaque a ⲂⲈⲰⲒ seu ⲂⲈⲰⲚ-ⲚⲎ, fortassis etiam βεννικον *palmatam* vestem in Graecia olim di-

xere, aut κλεοβεννικὸν *nobilem palmatam*, sive *insignem ac nobilem togam*, quum iam τηβεννη pro toga generatim adhiberetur.

Τιβους, *stratiotes*, herba in appendice Dioscoridis ad cap. 102. lib. 4. ubi de illa, Αιγυπτιοι τιβους. Hoc autem mihi est herba *pugnantium*, ducto nomine a verbo ϯ ⲟⲩⲃⲉ *Tiube*, *pugnare contra* aliquem. Eodem modo a Graecis ϛρατιωτης, *militaris* dicitur; quia *militibus*, inquit Lobelius, *vulnere sauciatis crebro, seu consueto iuvamento, seu ferrumini est, veluti Sideritis Achillea*. De eadem Plinius lib. 24. cap. 17. *Celebratur et a Graecis Stratiotes. Sed ea in Aegypto tantum et inundatione Nili nascitur. Refrigerat mire, et vulnera sanat ex aceto illita.*

Ⲧⲟⲣⲡ, ⲧⲱⲣⲡ, αρπαζειν, *rapere*, *diripere* theb. Iohan. x. 16. xi. 52. in codic. Nan. et apud Crozium, et Mich. iii. 2. in Borgianis. Basmyr. ⲧⲁⲣⲡ pariter in Borg. Scriptum quoque ⲧⲣⲡ. Ⲧⲟⲣⲡ, ⲧⲁⲣⲡ, idem utique ac טרף, *rapere*, *praedari*, *dilacerare* hebr. chald.

Ⲧⲟⲧⲥ, εμπηγνυνται Psalm. xxxvii. 2. Fere idem דוץ, *infigere*. Nam *D* olim a Coptis mutatum in *T*. Hinc ⲧⲁⲧⲥⲓ, διαβηματα, ιχνη, *vestigia*. Item τριβοι, *semitae*, ab impressis vel defixis vestigiis dictae. Addito ϣⲉⲛ fit ϣⲉⲛⲧⲁⲧⲥⲓ, pariter διαβηματα, ιχνη, quasi *impressio vestigiorum*. Parum dissimilem in aliis το ϣⲉⲛ significatum habet. Ita ϣⲉⲛⲕⲟⲩⲣ, ραπισμα, quod est *alapam infligere*; nam ⲕⲟⲩⲣ, *alapa*. ϣⲉⲛⲕⲉϩ, κονδυλισμος, *pugni vel brachii* aut *cubiti ictus*; ϯϣⲉⲛⲕⲉϩ, κονδυλιζειν Sophon. ii. 8. Malach. iii. 5. a ⲕⲉϩ *cubitus*. ϣⲉⲛⲫⲁⲧ, *calcis ictus* a ⲫⲁⲧ *pes*; unde ϯϣⲉⲛⲫⲁⲧ, λακτιζειν, *calce percutere* Actor. xxvi. 14. In Scala El. pag. 445. ϣⲉⲛⲫⲁⲧ, رفس, *calcis ictus*. Ita haec interpretanda, non *ventilabrum* cum Kirkero. Transfertur etiam ϣⲉⲛⲫⲁⲧ vel ϯϣⲉⲛⲫⲁⲧ, ad significandum το κερατιζειν, *cornu petere*, *ferire* Deuter. xxxiii. 17. Dan. viii. 4. Thebaei *vestigia* dicunt ⲧⲁϭⲥⲉ et ϣⲥⲉⲛⲧⲁϭⲥⲉ in codic. Nanian. p. 342. A ⲧⲁⲧⲥⲓ *vestigia* fit ϭⲓⲧⲁⲧⲥⲓ *investigare*, quod legimus in vit. Macarii in cod. Borg.

Ⲧⲣⲁⲡⲥ, οπητιον, *subula*, *terebra* Exod. xxi. 6. Deuter. xv. 17. ⲃⲣⲁⲡⲥ, الدرفس, الشفا, *subula* Scal. M. pag. 137. Ubi درفس (non نزفس) est ipsa vox coptica ⲃⲣⲁⲡⲥ vel ⲧⲣⲁⲡⲥ. Nescio, an ⲧⲣⲁⲡⲥ a τρυπω, τρυπαω, *terebro*, ducam, vel a τρυπα.

foramen, aut etiam *terebra* apud Suidam. Τρυπάω derivant a τρυω, *terebro*, *tero*; cui similia sunt τειρω, τερεω, *tero*, *pertundo*. Ⲧⲣⲁⲡ vero a τρυπω vel τρυπη, subiuncta *S*; ut est ⲕⲟⲗⲡⲥ *furtum* a ⲕⲟⲗⲡ *furari*, ⲥⲁⲗⲱⲓⲥ *calvus* a ملع, ⲧⲱⲟⲩⲧⲥ *congregatio* a ⲧⲱⲟⲩⲧ, ϫⲱⲣϫⲥ *laqueus* a ϫⲟⲣϫ.

Ⲧ ⲥⲁⲛⲟ, *decorare*, *pulcrum facere* theb. in elencho cod. Borg. cod. 160. Ⲥⲁⲛⲟ plane simile τῷ סני *pulcrum*, *decorum esse* aethiop. ex quo plura eodem sensu derivata sunt. Cum eodem convenit سنع, *pulcrum esse*, et سنوع *decor*, et سنيع *pulcher* arab. Quod si ⲥⲁⲛⲟ ab Aegyptiis, non acceptum aliunde, sed ex suis vocibus compositum velis, praesto est ⲥⲁⲛϩⲟ, id est *oris* vel *adspectus pulcritudo* (nam ⲥⲁ *pulcher*, ϩⲟ *facies*) unde ⲧⲥⲁⲛϩⲟ, praefixo verbo activo, *adspectu decorum facere*, tum generatim *decorare* ac *ornare*.

טוטפות *Totaphoth*. Schedae erant sacrarum litterarum verbis inscriptae, quas Hebraei capiti alligabant ac e fronte pendentes ferebant; de quibus mentio fit Exod. XIII. 16. Deuter. VI. 8. XI. 18. Existimo, hoc nomen ab Aegyptiis assumptum: neque enim facile derivari potest ex hebraeis fontibus, et ipsi auctores Thalmudis apud Kimkium in lexico vocem esse origine aegyptiacam fatentur: quae etiam Ios. Scaligeri ac Sam. Bocharti sententia est. Videtur autem sic scribi consuevisse, Ⲧⲁⲧⲁⲫⲉ, significans *quod in capite est*, vel *ad caput pertinet*: nam ⲧⲁⲫⲉ *caput*, ⲧⲁ vero articulus, notans id, quod aliquo refertur. Inde Hebraei טטפת singulare, טוטפות plurale, ad verbum *capitalia*, quae vulgo *frontalia* reddunt.

Ⲧⲱⲃ, ἀποδιδόναι, *reddere* Matth. XVIII. 25. 26. et *solvere* ep. ad Philem. 19. Ⲧⲱⲃ non differt a תוב *redire*, *reverti*; quod in Aphel est *reddere*, *restituere*. Theb. ⲧⲱⲱⲃⲉ.

Ⲧⲱⲃⲓ, πλίνθος, *later* Genes. XI. 3. Idem habent Arabes, scilicet طوب, *later*, *tegula*. In Scala M. pag. 265. ⲧⲟⲃⲓ, لبن, طوب, *later*.

Ⲧⲱⲃⲓ ⲛⲓ, ἀποδοχεῖα, *receptacula* Sirach. I. 17. ubi sermo est de receptaculis divitiarum. ⲧⲱⲃⲓ forsan a תבה, *arca*, *cista*, vel a ⲧⲱⲃ, *solvere*, *reddere*, quasi locus, ubi pecuniarum reditus adservantur.

Ⲧⲱⲃⲓ, theb. ⲧⲱⲃⲉ Scal. M. pag. 63. et apud Tukium

pag. 391. 392: graece τυβι, nomen mensis est, ordine quinti, apud Aegyptios. Memorat Plutarchus lib. *de Isid. et Osirid.* eoque mense reditum Isidis e Phoenicia celebratum testatur his verbis, Διο και θυσιτες ἑβδομη τυ τυβι μηνος, ἡν καλυσιν αφιξιν Ισιδος εκ Φοινικης, επιπλαττυσι τοις ποπανοις ἱππον ποταμιον δεδεμενον. Ex his, cur hic mensis ⲧⲱⲃⲓ vel τυβι fuerit appellatus, coniicere possumus. Quippe טוב *Tob* in toto fere Oriente *redire*, *reverti*, et in Aegypto etiam ⲧⲱⲃ, *restituere* est. Septimum nempe quinti mensis diem ⲧⲱⲃⲓ, aut ⲧⲩⲃⲓ, id est αφιξιν *reditum*, ut ait Plutarchus in recitato loco, primum vocarunt: a quo postea mensis nomen accepit.

Ⲧⲱⲙⲉ, βαλαντιον, *sacculus*, *crumena* theb. Luc. xxii. 35. apud Tukium pag. 163. Etiam in elencho codic. Borg. ex eodem Luca cap. xii. 33. ⲙⲁⲧⲁⲙⲓⲟ ⲛⲏⲧⲛ ⲛϩⲛⲧⲱⲙⲉ ⲉⲙⲉⲩⲣⲁⲥ, ποιησατε ἑαυτοις βαλαντια μη παλαιυμενα. Ⲧⲱⲙⲉ autem forsitan dicitur a ضم *colligere*, *congregare* arab. sive a ⲑⲱⲙ, *occludere*, *obturare* copt.

Ⲧⲱⲙⲧ, εκςασις, εξιςαναι, απορεισθαι, *admiratio*, *admirari*, *obstupescere*, *animo percelli*, *haerere* Matth. xii. 23. Actor. xxv. 20. Est idem ac תמה *Temot*, *mirari*, *obstupescere* hebr. a תמה *obstupuit*, *miratus est*. Est etiam שמם, *admiratus est*, *obstupuit*, שמה *stupor*, *admiratio*, שמות *admirationes*, *miracula*. Tau et Scin permutantur in Oriente. Pariter in Aegypto pro ⲧⲱⲙⲧ interdum ⲧⲟⲙⲥ in cod. Borg. In Scala El. pag. 441. ⲟⲩⲧⲱⲙⲧ, دهش, *stupor*, *admiratio*, *conturbatio animi*. Quae perperam Kirkerus, utpote ignorans vim aegyptiacae vocis, *perterruit eum*.

Ⲧⲱⲟⲩⲛ, φερειν, βαςαζειν, *portare*, *onus ferre* Luc. xxiii. 26. Actor. iii. 2. Certe ⲧⲱⲟⲩⲛ *Toun*, non diversum a טען, *onus imponere*, *ferre*, *portare* hebr. chald. syr. samarit. Affertur etiam ⲧⲱⲟⲩⲛ, μεγαλυνειν ex Psalmo xxxx. 9. ubi sic ⲁϥⲧⲱⲟⲩⲛ ⲙⲡⲉϥⲑⲁⲃⲥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱⲓ, graece εμεγαλυνεν επ' εμε πτερνισμον. Sed hoc idem, atque *imposuit mihi pedem suum*, ut onus, quando imponitur, elevatur. Coptica ad verbum, *extulit calcaneum suum super me*.

Ⲧⲱⲡⲓ, *regula*. Est in vita Macar. M. in cod. Borg. ubi sic ⲁⲓϯ ⲛⲱⲟⲩ ⲛⲟⲩⲕⲉⲗⲉⲃⲓⲛ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲧⲱⲡⲓ ⲛⲉⲙ ⲟⲩⲥⲟⲕ ⲛⲱⲓⲕ,

id est *Eis dedi securim et regulam* ad cellam aedificandam *et saccum panum*. In *Apophthegm. Patrum* pag. 542. edit. Cotel. de regula nihil: nam sic habent, εδωκε αυτοις πελεκυν και αναβολιδιον μεστον ψωμιων. Sed ⲧⲱⲣⲓ *regulam* interpretandum fuisse ostendit Scala M. pag. 124. ubi inter instrumenta fabri structoris ponitur, Ⲧⲱⲣⲓ, الطوريه, *regula*. Quo simul docemur, copticam vocem nihil ab arabica discrepare. In elencho codic. Borg. nuper edito pag. 362. quo loco eadem historia narratur thebaica dialecto, lego, ⲛⲟⲩⲁⲕⲉⲥ ⲉⲧⲉ ⲟⲩⲧⲱⲣⲉ ⲧⲉ. Ubi ⲁⲕⲉⲥ mihi ακις, *acies* videtur.

Υ

Υσγη. Est rubri coloris genus, quod aliqui pro purpureo habent. Hesychius, βυσσινον · πορφυρων, et βυσσινα · πορφυρα. Paullo post byssinon docet pro *hysgino* sumi: βυσσος, inquit, χρωμα αντι της ὑσγης παραλαμβανομενον. Pausanias in *Phocicis* pag. 890. pro cocco, vel coccino habet, qui color ad purpureum accedit. Plinius lib. 9. cap. 41. putat ex coccino ac purpureo mixtum, quod verius videtur Salmasio in *Plin. exercit.* pag. 272. 273. ubi de hysgino plura: de quo etiam copiose disputat Bochartus *Hieroz.* part. 1. lib. 3. cap. 30. Tametsi vero Graeci subinde *hysgen* sive *hysginon* pro rubri cuiusdam coloris specie usurpaverint, ac fortasse aliquantum a purpureo differentis; mihi certe in originem nominis inquirenti, id ex Aegypto petitum, ac primo nihil aliud, quam purpuram purpureumque colorem notasse visum est. Namque ὑσγη *Usge*, vel *Usige*, *Usigi*, *Usegi* interiecta vocali, ab ⲟⲩϭⲏϫⲓ *Usegi* minime discrepat, qua voce Aegyptii purpuram purpureumque colorem denominant. Grammatici quidam, veterum suae linguae originum prorsus ignari, *hysgen* plantam esse quamdam finxerunt; de qua nullam, qui de his rebus scripsere, Theophrastus, Dioscorides, Plinius mentionem faciunt. Mitto Pausaniam narrantem, coccum in Galatia *hysgen* φωνη τῃ επιχωριῳ appellatum, quem pluribus refutat Salmasius in *Plin. exercit.* loc. cit.

Φ

Φⲁⲕⲓ, السمسم, *sesamum* Sc. M. 194. Mihi videtur a فقا *Phaccha*, quod est *condire*, vocatum. Nam sesami usus est, maxime ad condiendum. Hinc σησαμοεντες, quod erat optime conditum, dicebant veteres, et *papavere, ac sesamo sparsum*. Sic Petronius, *Omnia dicta factaque, quasi papavere et sesamo sparsa*.

Φανης, Deus in Orphica theologia. Credo, nomen ex aegyptia lingua sumptum, in qua sententia Kirkerum in *Oedipo*, Cudworthum *Syst. intell.* tom. 1. pag. 795. et alios fuisse video. Num φανης vel *Phane*, aegyptiace est ϥⲁⲛⲁⲓ *pulcher*? Orpheus enim apud Macrobium *Saturnal.* lib. 1. cap. 18.

Εξαπιφηνε θεεις· ωραν καλλιςον ιδεσθαι
Ον δη νυν καλεουσι φαντα.

Sed verius puto, *Phanen* vocatum, quasi ϥⲉⲛⲉϩ, αιων, *mundus*. Namque in Orphica disciplina *Phanes*, si bene omnia perpendas, mundus est. Lege Eschenbachium *de Poësi Orph.* et Bentleium epist. ad Millium. Idem Deus ab Aegyptiis Hierophantis *Phanaces* denominatus apud Ausonium epigram. 29.

Αιγυπτιε μεν Οσιρις εγω, μυςων δε φανακης.

Latine, *Osirin Aegyptus putat-Mystae Phanacem nominant*. Accursius et Floridus *Phanaces* mendum putant, leguntque *Phanates*. Sed bene habet. Nam ex ϥⲉⲛⲉϩ, φανηχ; uti ex ⲡⲥⲟⲧⲙϥⲉⲛⲉϩ factum ψοθομφανηχ. A φανηχ autem φαναχης seu φανακης Graeci. Mitto, quod Macrobius et Graeci, qui haec Orpheo carmina affinxerunt, *Phanen* a φαω, vel φαος, aut φανος, seu φαινω ducunt, eumque solem credunt; unde illa, ... κατα κοσμον

Λαμπρον αγων φαος αγνον, αφ' ὁ σε Φαντα κικλησκω.

Φⲁⲛⲓϣⲟϥϣ, دو الابطيل, *vanus*, *inanis* Scal. M. pag. 89. Proxime ante ϥⲁⲛⲓϭⲗⲟϥ, دو المعجات, *turpis*, *obscenus*. Mendose haec a librario sive a Kirkero sic posita = ϥⲁⲛⲓϭⲗⲟϥ, دو الابطيل, *otiosus*, *vanus*: ϥⲁⲛⲓϣⲟϥϣ, دو المعجات, *obscenus*, *turpis* = Ego vocem copticam priorem cum altera arabica, et alteram copticam cum priore arabica composui. Iam ϣⲟϥϣ, الابطيل, *inane*, *vani-*

tas, *error* convenit cum ܫܦܬܐ *Dsaphta*, *stoliditas*, *error*, vel neglecto puncticulo, *Saphta*. Verbum est ܫܦܛ *Dsaphota*, *inanis*, *stultus fuit*: unde ܫܦܝܛܐ *vanus*, *stolidus*. Sed ϣⲟϥⲧ etiam ad ϣϥⲱ *deliria*, referri posset. Proxima est enim utriusque vocis significatio. ϭⲗⲟϥ vero *foedum*, *obscenum*, *turpitudo*, *turpitudines*, affine τῷ ࠎࠋࠅࠐ, סלופ, *Seloph*, *pudendum* samarit. Etiam in Scala El. pag. 479. ϭⲗⲟϥ, قبيح, *foedus*, *turpis*, *foedum*, *obscenum*. Item ϣⲗⲟϥ, *turpis* in codic. Borg. et Actor. x. 28. ϣⲗⲟϥ, ἀθέμιτον theb. et ϣⲗⲁϥ αἰσχρὸς I. ad Cor. xiiii. 36. basmyr.

Ⲫⲁⲛⲓϣϥⲱ, الخرف, *delirus*, *delirans* Scal. M. pag. 89. Constat ex ⲫⲁ et ⲛⲓ ϣϥⲱ. ⲛⲓ ϣϥⲱ autem et ⲛⲓ ϣⲃⲱ sunt *fabulae*, *deliria*. ⲛⲓ ϣϥⲱ ⲛϩⲉⲗⲗⲟ, graece μύθους γραώδεις I. ad Timoth. iiii. 7. et ⲛⲓ ϣⲃⲱ *fabulae* II. ad Tim. iiii. 4. ϣϥⲱ autem et ϣⲃⲟ idem, ac ܣܒܐ *Saba*, *delirium* senis, quod legas *Sba*, vel *Sbo* coptice. Male a Kirkero ⲫⲁⲛⲓϣϥⲱ latine redditum *sordidus*. Quamquam ⲫⲁⲛⲓϣϥⲱ cum ⲫⲁⲛⲓϣⲟϥⲧ, de quo proxime actum, comparandum; quum valde similia inter se, tum litteris, tum significatione videantur.

Ⲫⲁⲡⲓⲗⲁⲥ, الملسن, *instrumentum acuminatum instar linguae*, *ligula* Scal. M. pag. 126. Haec est vis arabicae vocis pariter ac copticae. Nam ⲡⲓ ⲗⲁⲥ est *lingua*, ⲫⲁⲡⲓⲗⲁⲥ *lingulatum*, vel *ad modum linguae factum*.

فرما *Pharma*, seu *Pharama* oppidum Aegypti Pelusio proximum ad littus Mediterranei maris. Mentionem de eo facit Abulfeda in *descript. Aegypti* sub initium, Alferganus *Elem. astron.* cap. 9. Eutychius in *Annal. Alex.* et alii. Originem porro ac significationem vocis, hactenus ignoratam, equidem mihi deprehendisse videor. Nam et aegyptium nomen esse, et id ita se habere censeo, ⲃⲉⲣⲟⲙⲓ, vel ⲃⲉⲣⲟⲙⲓⲁ potius, eidem urbi, quum primum exstructa ac munita est, a Copto-Graecis tributum. Ⲃⲉⲣⲟⲙⲓⲁ vero, aegyptium vocabulum graeco more declinatum, significat *novum Pelusium*, quod Graeci tum temporis in Aegypto degentes νέον Πηλούσιον vocitarint. Ⲃⲉⲣⲉ enim Coptis *novum* dicitur: ⲟⲙⲓ autem est πηλὸς, a quo Πηλούσιον olim fuerat appellatum a Graecis. Reapse novimus, ut ex Anvillio notat Michaelius ad Abulfedam pag. 48. eam urbem, *proxime a Pelusio sitam*, *in eius quodammodo locum successisse*; cuius, dum Pelu-

sium staret, nullam veteres historici mentionem faciunt. Sic etiam le Beau in *hist. imp. Rom.* lib. 58. vol. 21. pag. 75. edit. Rom. = *Erano di già i Saraceni padroni di Farma, piazza importante, situata alla foce del braccio orientale del Nilo. Era allora la chiave dell' Egitto, ed era sottentrata in luogo di Pelusio quasi distrutto* = Pelusium κλειδα Αιγυπτου, *clavem Aegypti*, auctore Suida, veteres appellabant. Iam ipsum ϐⲉⲣⲟⲙⲓⲁ, de quo supra actum, vel ϐⲁⲣⲁⲙⲓⲁ habes in Scala M. Kirkeriana p. 209. Ex quo est *Faramia* vel *Pharamia* apud belli sacri scriptores, et فرما *Farma* apud Arabes. Ⲃⲉⲣⲁⲙⲟⲩⲛ vero, quod ex Kirkero exhibet Golius in comment. ad Alferg. 145. et برمون et ⲡⲁⲣⲁⲙⲟⲛ, quae in eadem Kirk. pagina leguntur, eundem locum designant vocibus aliquantum vitiatis usu loquendi Copto-Arabum, qui *N* in fine vocabulorum subiicere consueverunt.

Φαρος, *Pharus*. Videtur mihi nomen habere a ⲣⲟ *ostium*, vel *os*, praeposito articulo ⲫⲣⲟ, ex quo Graeci φαρος. Putabatur enim haec insula ostium Aegypti, qua Graeciae totique Europae per Mediterraneum mare in Aegyptum erat aditus. *Claustrum* vocat Lucanus lib. 10. vers. 509. Paullo post *fauces*. *Pharos*, inquit Caesar lib. 3. de bello civ. *Alexandriae obiecta portum efficit*. Eadem apposite ad rem nostram describitur a Strabone lib. 17. pag. 791. Graeci grammatici, ac aliqui ex nostris vocem derivant a φαινω, unde φανερος, sive a φαω *luceo*. Quidam componunt απο του φως οραν, sane inerudite. Habuit enim haec insula nomen longe ante, quam in ea turris exstrueretur, *ex qua lumen per noctem navigantibus elucebat*. Meminit Homerus *Odyss.* Δ. vers. 355.

Νησος επειτα τις εστι πολυκλυστῳ ενι ποντῳ
Αιγυπτου προπαροιθε· Φαρον δε ἑ κικλησκουσι.

Notabis heic, non tantum ⲫⲣⲟ *os* ab Aegyptiis scriptum, sed aliquando etiam ⲫⲁⲣⲟ, uti exhibitum a Graecis. Sic Gen. XXIIII. 57. ⲫⲁⲣⲟ στομα apud Wilkinsium.

Ⲫⲁϣ, ⲫⲏϣ, ⲫⲱϣ, κλαν, μεριζειν, διαμεριζειν, μερισμος, κλασις, *frangere*, *membratim concidere*, *dividere*, *divisio*, *fractio*. Habes apud Crozium. Τῳ ⲫⲁϣ, ⲫⲱϣ similia, immo eadem fere, verba multa apud Orientales, פשה *Phash*, *findere*, *diffringere*, *dissecare*; פסק *Phesak*, *Phask*, *abscindere*, *discindere*, *divide-*

re; פספס, *frangere*, *conterere*, *discerpere*; פס, פסא, *frustum*, *particula*, *fractio*. A ⲫⲁϣ, ⲫⲱϣ διαμερίζειν, est ⲫⲁϣⲓ, theb. ⲡⲁϣⲉ, ἥμισυ, *dimidium* Marc. vi. 24. A ⲫⲁϣⲓ et ⲙⲟⲩ fit ⲫⲁϣⲙⲟⲩ, ἡμιθανής, *semimortuus* Luc. x. 30. theb. ⲡϣⲙⲟⲩ in cod. Nan. pag. lxxxix. Rursus a ⲫⲁϣⲓ *frustum* est ⲙⲫⲁϣⲓⲫⲁϣⲓ *frustatim* in elencho cod. Borg. pag. 559. omnino, uti פספס, *comminuere*, *in frusta concidere*.

Ⲫⲁϣ, παγίς, *laqueus* Psalm. viii. 29. Hos. v. 1. Est idem hebr. פח *Phach*, chald. et syr. פחא, arab. فخ *laqueus*. Chet enim per Scei enunciatum saepius admonui. Vide v. Ⲟⲩϣⲓ. Ex ⲫⲁϣ et ϣⲛⲉ *rete* coniunctum ⲫⲁϣⲛϣⲛⲉ in hist. martyr. Iohan. iun. ubi ⲙⲁⲛⲫⲁϣⲛϣⲛⲉ ⲛϫⲟⲣϫⲥ, *locus*, *in quo sunt laquei venatorum*. ⲫⲁϣⲛϣⲛⲉ ad verbum *laquei retium*. Theb. est ⲡⲁϣ et ⲡⲁϣϥ *laqueus*.

Ⲫⲁϧ, ⲫⲉϧ, ⲫⲱϧ, σχίζειν, διαρρήσσειν, σχίσμα, τραῦμα, *scindere*, *disrumpere*, *scissio*, *vulnus* Iohan. xviiii. 24. Luc. xxiii. 45. Psalm. xxviiii. 11. Matth. viiii. 16. Exod. xxi. 25. Idem videtur ac פשח *Phasch*, *findere*, *dissecare*, extrita S. Tale est ϫⲁⲕⲓ a חשך, ⲱⲱϧ a חשׁן, ⲙⲁⲁϫⲉ a ⲙⲁϣϫ, ⲙⲣⲱⲙ et ⲙⲥⲣⲟⲙ. Porro a פשח etiam ⲫⲁϣ supra a nobis derivatum est. Quamvis ⲫⲁϣ atque ⲫⲁϧ idem ego verbum existimo: namque idem fere utriusque significatus est, et ϣ cum ϫ vel ϧ commutari solere tam multis alias exemplis probavi, ut locus dubitationi superesse non possit. Pro ⲫⲁϧ Thebaei ⲡⲱϩ Iobi i. 20.

Ⲫⲁϧⲣⲓ, φαρμακός, φαρμακεία, φάρμακον, *veneficus*, *veneficium*, *philtrum*, *pharmacum*, *medicamentum* Psalm. lvii. 5. Apoc. xviii. 23. *Liturg. Gregor.* pag. 34. Item ⲫⲁϧⲉⲣ, ἐπαοιδός, *incantator* Dan. i. 20. in codic. Croziano. Hinc ⲫⲁϧⲣⲓⲛϩⲓⲕ, φαρμακεία Apoc. viiii. 21. *veneficium magicum*. Ϩⲓⲕ enim *magum* significare videtur: unde ⲙⲉⲧϩⲓⲕ, μαγεία Actor. viii. 11. Iam ⲫⲁϧⲉⲣ et ⲫⲁϧⲣⲓ eadem fere sunt, atque سحر *Sachar*, *fascinare*, *incantare*, *veneficium*, *philtrum*, *praestigiae*; unde ساحر *Sacher*, *veneficus*, *praestigiator*. S mutatur in *Ph*, ut est *ficus* a σῦκος, *ficedula* a συκαλίς. A ⲫⲁϧⲣⲓ, *pharmacum*, *medicina* fit ⲉⲣⲫⲁϧⲣⲓ, θεραπεύειν, *curare* Matth. xxi. 14. ubi Thebaeus interpres in codic. Nanian. ⲣⲡⲁϩⲣⲉ. Crozius quoque adfert ⲡⲁϩⲣⲉ; non tamen, quid valeat, expromit. Ab ⲣⲡⲁϩⲣⲉ ⲣⲉϥⲣⲡⲁϩⲣⲉ φαρμακοποιός.

Ⲫⲉⲓ ⲡⲓ, البرغوث, *pulex*. Legitur in Scal. M. pag. 172. et 260. Dictus est autem, ni fallor, a saltu. Nam licet ϭⲓϥⲉⲓ, *saltare* est in vulgatis Coptorum libris; hoc tamen compositum videtur, scilicet a simplici ϭⲓ, atque ϥⲉⲓ *saltus*, unde ϭⲓϥⲉⲓ *saltare*, *saltatio*, quod postea frequentius usurpatum est. A saltu Arabes quoque pulicem denominant ابن طامر, *filius saltans*. Pro ϥⲉⲓ, theb. ⲡⲏⲓ in elencho codic. Borg. pag. 571. ex lib. I. Reg. cap. XXIIII. 15.

Ⲫⲉⲗⲓ ⲡⲓ, الفول, *faba* Scal. M. pag. 193. Sine dubio non est ϥⲉⲗⲓ nomen diversum a פול, *faba* hebr. chald. arab. Nam vocalium discrimen, ut norunt eruditi, in linguis Orientis atque Aegypti fere nihili est.

Ϥⲉⲗϫⲓ, *scissura, contrita ac rupta pars* vestis Matth. VIIII. 16. Sic enim hoc verbum interpretandum est. Locus ita se habet: ⲙⲡⲁⲣⲉϩⲗⲓ ⲉⲗ ⲟⲩⲧⲱⲓⲥ ⲙⲃⲉⲣⲓ, ⲛⲧⲉϥϩⲓⲧⲥ ⲉⲟⲩϥⲉⲗϫⲓ ⲛϩⲃⲱⲥ ⲛⲁⲡⲁⲥ, id est, *nemo capit pannum novum, ut eum adsuat tritae ac concissae parti vestimenti veteris*. Quapropter prave Crozius ϥⲉⲗϫⲓ sic explicat, ῥακος αγναφον, *panniculus rudis* cit. loco Matth. Nam ῥακος αγναφον Coptus interpres non vertit ϥⲉⲗϫⲓ, sed ⲧⲱⲓⲥ ⲙⲃⲉⲣⲓ, *pannum novum*: talis autem est αγναφος, nempe *nondum a fullone purgatus*. En graeca Matthaei, quae cum copticis quivis conferre potest, ουδεις επιβαλλει επιβλημα ῥακους αγναφου επι ιματιῳ παλαιῳ. Itaque, ut Aegyptius interpres pro ῥακος αγναφον posuit ⲟⲩⲧⲱⲓⲥ ⲙⲃⲉⲣⲓ, *pannum novum*; Lucas pariter ιματιον καινον eadem sententia cap. V. 36. ουδεις επιβλημα ιματιου καινου επιβαλλει επι ιματιον παλαιον. Ϥⲉⲗϫⲓ vero esse *scissuram*, vel *detritam, ac laceram partem vestis*, tum ex ipsa verborum sententia colligitur, tum etiam ex iis, quae sequuntur, και χειρον σχισμα γινεται, *et peior scissura fit*. Est item in Scala El. pag. 343. ϥⲉⲗϫⲉ, seu ϥⲉⲗϫⲓ, خلق, بالية, *trita, lacera: scissura, detrita pars vestis*. Eadem vox reperitur in vita Macarii Alex. ubi sermo est de quodam, cui nudum corpus, ⲉⲃⲏⲗ ⲟⲩϥⲉⲗϫⲓ ⲛⲧⲱⲓⲥⲓ ⲉⲟⲙⲏⲣ ϩⲓϫⲉⲛ ⲧⲉϥϯⲡⲓ, *praeter detritum frustum panni, renes circumplectentis*. Porro ϥⲉⲗϫⲓ est a فلج, *scindere, comminuere, conterere*, aut a פלח *scindere in frusta, discindere, disrumpere, frustum*, sive a فلق, *discindere, findere, scissura*; quae omnia fere sunt, quum sono ac litteris,

tum etiam significatione persimilia. Pro ⲫⲉⲗϫⲓ Thebaei ⲡⲉⲗⲏϭⲉ, quo pariter *lacerum* ac *contritum* vetustate designant. Nam recitata Matthaei verba, ita vertit Thebanus interpres apud Tukium *grammat. copt.* pag. 100. ⲙⲡⲉⲣⲉⲗⲁⲁⲩ ⲇⲉ ϩⲓ ⲟⲩⲧⲟⲉⲓⲥ ⲛϣⲁⲓ ⲉⲟⲩϣⲧⲏⲛ ⲙⲡⲉⲗϭⲉ, id est *nemo adsuit pannum novum in vestem detritam*. ⲛϣⲁⲓ equidem *novum* reddidi; qui sensus inest in voce ⲙⲃⲉⲣⲓ, qua est usus interpres alter: quamvis, quid heic ⲛϣⲁⲓ valeat, ignorem. Praeter ⲫⲉⲗϫⲓ aut ⲫⲟⲗϫⲓ, ut habet Tukius cit. pag. 100. *grammat. copt.* adhibent etiam Copti ⲫⲟϫⲓ et ⲫⲱϫⲓ extrita *L*, *χιζεσθαι*, *διαῤῥησσειν*, *scindere*, *disrumpere* Matth. cap. XXVII. v. 51. Thebaei autem ⲡⲱϭⲉ et ⲡⲟϭⲉ. Infra habes ⲫⲉⲣϫ *dividere*, *disrumpere*, a quo ⲫⲉⲗϫⲓ parum abest. Namque *L* et *R*, altera in alteram convertitur in usu linguarum. Etiam verba Orientis, ad quae ista retulimus, similia inter se, si compares, videbuntur.

Phepere, *adiantum*, *saxifraga*, herba. Testis auctor libri *de virtut. herb.* qui quidem Apuleii Madaurensis inscribitur: attamen, a quo compositus fuerit, in quaestione est. Sic autem is de adianto cap. 98. *Aegyptii*, inquit, *Phepere vocant*, *Itali saxifragam*. *Phepere* porro, copt. ⲫⲁⲡⲏⲣⲓ, mea sententia iuvat explicare, herba *coturnicum*: quia ⲡⲏⲣⲓ *coturnix* dicitur in Aegypto. Dioscorides enim lib. 4. cap. 136. adianto vel saxifraga pastas coturnices, pugnaciores fieri tradit. Ποιει, inquit, *adiantum*, και τους αλεκτριονας, και τους ορτυγας μαχιμωτερους, μυγνιμενον τη τροφη. Quod iisdem verbis Plinius lib. 22. cap. 21. verum ad perdices refert. Quamquam fieri potest, ut etiam perdicibus, cum quibus coturnices praeliantur, auctore Aristotele in *Histor. Animal.* lib. 9. cap. 8. vires ad pugnandum pariter saxifragae pastus afferat. Hoc idem saxifragae vel adianti cognomen habetur etiam in append. Dioscoridis: attamen corruptius, nimirum Επως, idque legitur pag. 472.

Ⲫⲉⲣⲕ, ⲫⲟⲣⲕ, *ἐξορυσσειν*, *ἐξαιρειν*, *effodere*, *eruere*, epist. ad Gal. cap. III. v. 15. Matth. cap. 5. v. 29. Nescio, an ⲫⲉⲣⲕ vel ⲫⲟⲣⲕ idem haberi debeat, ac חפר, *effodere*, *fodiendo eruere*, *cavare* hebr. chald. arab. Nam חפר *Chaphar*, transpositis de more litteris, est *Pharach*, *Pharch*. Tam multa porro metatheseos, quam vocant, exempla sunt in Aegypto, ut praeter ea, quae in hoc

libro passim invenies, integras fere his, si esset opus, implere paginas possem.

Ⲫⲉⲣⲫⲱⲣ, *παραλυειν*, *dissuere*, *dissolvere*, *discindere*. Habes Levit. cap. XIII. v. 45. Ⲛⲉϥϩⲃⲱⲥ ⲉⲩⲉϣⲱⲡⲓ ⲉⲩⲫⲉⲣⲫⲱⲣ, *vestimenta eius erunt dissuta*, *discissa*. Idem פרפר, فرفر, *Parphar*, *comminuere*, *confringere*, *disrumpere*, chald. arabice. Notat etiam ⲫⲉⲣⲫⲱⲣ, *pellere*, *deturbare*, *exagitare* in vita Danielis Shiet. ex codic. Borgianis; quod est ab eodem verbo פרפר, فرفر, *movere*, *agere*, *agitare*. Hoc autem sensu concordat pariter cum ϥⲟⲣϥⲉⲣ, ϥⲉⲣϥⲟⲣ, et cum ⲃⲟⲣⲃⲉⲣ, ⲃⲉⲣⲃⲱⲣ, *αποῤῥιπτειν*, *εκτιναττειν*, *ῥιπτειν*.

Ⲫⲉⲣϣ, ⲫⲟⲣϣ, ⲫⲱⲣϣ, *εκπεταζειν*, *διαπεταζειν*, *εκπεταννυναι* *extendere*, *expandere*. Item *στρωννυναι*, *στρωμνη*, *sternere*, *stratum*. Exempla reperies apud Crozium. Thebaei ⲡⲱⲣϣ Matth. cap. XXI. v. 8. in cod. Nanianis, et ⲡⲉⲣϣ. Profecto non discrepat ⲫⲉⲣϣ, ⲡⲱⲣϣ, ⲫⲱⲣϣ a פרש, פרס, *expandere*, *extendere* hebr. chald. syr. et فرش, *expandere*, *sternere* arab. Tantummodo vocalium, quas addunt, discrimen est. Nam Hebraei, Syri, Chaldaei duas adscribunt, atque efferunt *Pharas*, *Pheras*: Arabes et Aethiopes tres; nam dicunt *Pharassa*. Copti autem pleraque verba faciunt monosyllaba, ac *Phers Phors* enunciant. A ⲫⲉⲣϣ fit ⲫⲣⲏϣ *στρωμνη*, *stratum* Psalm. LXVI. 6. Idem habent Arabes فراش, *stratum*, *grabatum*. Ab hoc eodem verbo ⲫⲉⲣϣ, ⲫⲁⲣϣ fortasse Graeci *φαρος*, *pallium*, *vestis*, *linteum*, *velum*. Quod enim aliqui ex grammaticis a *φερω* ducunt, minus probatur.

Ⲫⲉⲣϫ, ⲫⲱⲣϫ, *διχαζειν*, *διαστελλειν*, *διαῤῥησσειν*, *χισμα*, *διαμερισμος*, *dividere*, *separare*, *distinguere*, *disrumpere*, *divisio*. Adi Crozianum lexicon. Thebaei ⲡⲟⲣϫ Matth. XVII. 6. Idem est פרק, *rumpere*, *disrumpere* hebr. chald. et فرق *separare*, *disjungere*, *dividere*, *distinguere*. Etiam propius accedit فرج, *findere*, *diducere*, *scissura*. Aegyptii haec verba plerumque efferunt per *O* communi dialecto. ⲫⲱⲣϫ enim usitatius est, quam ⲫⲉⲣϫ: quemadmodum ⲫⲱϣ, quam ⲫⲉϣ aut ⲫⲁϣ; ⲫⲱϧ, quam ⲫⲉϧ; ⲫⲱⲛϩ, quam ⲫⲉⲛϩ; ⲫⲱⲣϣ, quam ⲫⲉⲣϣ. In Scala El. pag. 472. legitur ⲉϥⲉⲫⲣⲟϫϥ, يشقه, *scindet eum*, quod male Kirkerus interpretatur, *potat eum*. Neque enim يشقه a سقى *potare*, sed a شق *scindere* dicitur. Hoc idem verbum basmyr. scriptum ⲡⲱⲗϫ.

Ⲫⲓ, φίλημα, *osculum* Luc. XXII. 48. ϯ ⲫⲓ, *osculari* Matth. XXVI. 48. Ⲫⲓ duci potest a פה, פי, *os*. Latini quoque ab *os osculum*. Notandus Kirkerus, qui in Scala El. pag. 349. ϯ ⲫⲓ, القبلة *osculum*, vertit *auster*, *oriens*, *osculum*: nempe quia قبلة tribus modis expositum reperit pag. 335. in Raphelengii lexico, quo is uti solet ad arabicas voces explicandas. قبلة enim iunctum cum ϯⲫⲓ, profecto nil aliud, quam *osculum*, designare potest. Thebaei *osculum* dicunt ⲡⲉⲓ, ϯⲡⲉⲓ *osculari* Luc. cap. VII. v. 45. apud Tukium *gram. copt.* pag. 488. Hi enim solent adspiratas litteras in tenues convertere.

Ⲫⲓⲟⲙ, الفيوم, *Elphium* Scala M. pag. 210. Regio ac urbs Aegypti. Memorat Alferganus in *Astronom.* cap. 9. Nubiensis geographus 3. part. climat. 3. Beniaminus in *Itiner.* pag. 114. Fusius Abulfeda pag. 11. et 27. edit. Goetting. ac Ben Abed Hakem apud Kirkerum in *Oedipo* tom. 1. pag. 9. 10. ubi de *Chorographia* Aegypti. Profecto ⲫⲓⲟⲙ apud Aegyptios est *mare*. Hinc nomen inditum huic regioni mihi videtur, quae deinde ab Arabibus, praefixo articulo, dicta est *Elphium*. Nam quum illa aquis Nili olim obtecta esset, uti tradunt Arabes historici apud Kirkerum; postea opera Iosephi, ut iidem perhibent, aqua in tres alveos derivata, coli ac habitari coepit. Fabulosum vero est, quod refert idem Kirkerus, ex eodem libro sumptum, scilicet, quum id opus a Iosepho fuisset absolutum سبعين يوما, *septuaginta diebus*; dixisse regem, eo viso, هذا عمل الفيوم, *hoc opus est Elphium*, id est *mille dierum*: itaque *Elphium* totum eum tractum vulgo appellatum. Alterum eiusdem regionis nomen ab Arabibus memoriae proditum reperio, videlicet الجوبه *Elgiubeh*. Hoc equidem puto origine arabicum. Kirkerus interpretatur *fossa*. Sed et جواب sunt *piscinae*, et جوبه, *hiatus*, *sinuositas*: quae pariter in Elphium conveniunt. Hoc enim et aquis olim oppletum, et humili ac depresso loco situm scribunt. Alia de Elphio invenies apud Kirkerum loco cit. et apud Golium in commentariis ad Alferganum pag. 157. 158. tum etiam apud Iablonskium in dissert. *de terra Gosen*. Confer ista cum iis, quae habet Anvillius *Memoir sur l'Egypt.* sect. 15. et iis, quae refert Michaelius ad Abulfed. in *Descript. Aegypti* pag. 54.

Ⲫⲓⲣⲓ, ⲫⲟⲣⲓ, ἀναθάλλειν, ἐξανθεῖν, στίλβειν, *efflorescere*, *ger-*

minare, *splendere* Psalm. XXVII. 7. LXXI. 16. Marc. VIIII. 2. Theb. ⲡⲓⲣⲉ in cod. Nanianis a Mingarello editis pag. 134. Est idem, ac פרח, adspiratione postremae litterae omissa, quod etiam valet *florere*, *pullulare*, *germinare*, *germen*, *gemma* hebr. chald. Syri eodem sensu פרע. Compares etiam ϥⲓⲣⲓ, ϥⲟⲣⲓ cum פרה, פרא, *fructus edere*, et פרי, פיר, *fructus*, quae sunt significatu proxima, ac, si lubet, cum graecis quoque φερειν et φορα. Notat pariter ϥⲟⲣⲓ, et ϥⲓⲣⲓ, theb. ⲡⲓⲣⲉ, ⲡⲉⲓⲣⲉ ⲉⲃⲟⲗ interdum *effulgere*, *exoriri*; unde ⲙⲁⲛⲡⲉⲓⲣⲉ est *Oriens* in elencho cod. aegypt. Borg. pag. 446. A ϥⲓⲣⲓ facile nomen traxere ⲛⲓ ⲡⲁϥⲣⲓ, *grana*, *semina* Scal. M. p. 192. tamquam ⲡⲁϥⲓⲣⲓ; unde etiam usurpatum ⲟⲩ ⲡⲁϥⲣⲓ et ϯ ⲡⲁϥⲣⲓ, κοκκος, *granum*, *semen* numero singul. quod legitur in Scala El. pag. 329. et Matth. cap. XIII. v. 31. At vero Thebaei ⲛⲉⲃⲣⲏⲩⲏ *grana*, *baccae*, *semina* in cit. elencho codicum Borgian. Item ⲉⲃⲣⲏⲩⲉ et ⲉϥⲣⲏⲩⲉ, pag. 471. in adnot.

Phoroneus. Hic ab Aegyptiis, ut credo, ϥⲟⲩⲣⲟⲉⲛⲉϩ *Phuroeneh*, *rex saeculi*, id est antiquissimus, est appellatus: ϥⲟⲩⲣⲟ *rex*, ⲉⲛⲉϩ *saeculum*. Nam Phoroneus rex remotissimae vetustatis a veteribus putabatur. Plinius in lib. 7. cap. 56. vocat *antiquissimum regem*. Acusilaus apud Clementem Alex. *Stromat.* lib. I. pag. 138. πρωτον ανθρωπον. Ibid. auctor *Phoronidis*, sive, ut ferunt, Hellanicus Mytilenaeus πατερα θνητων ανθρωπων. Plato etiam in Timaeo, quem laudat idem Clemens, τα αρχαιοτατα, inquit, λεγειν επιχειρει, περι Φορωνεως τε πρωτε λεχθεντος, και Νιοβης, και περι Δευκαλιωνος και Πυρρας &c.

Ϥⲟϩ, *occurrere*, *pervenire*, *adsequi*, in aliis ϥⲉϩ: Theb. ⲡⲱϩ. Forsitan ϥⲟϩ seu ⲡⲱϩ est a פגע, *occurrere*, *incurrere*, *advenire*. Inde מפגע, *occursus*. Aegyptii pariter ⲙⲁⲛϥⲟϩ, καταντημα Psalm. VIII. 9.

Ϥⲣⲏϣ, ⲁϥⲣⲏϣ, *flavus*, *flavescens*. Habes Levit. cap. XIII. v. 32. 36. ubi graece ξανθος, ξανθιζων. Duci nomen, mea quidem sententia, posset a صفر *Saphar*, vel اصفر *Asphar*, *flavum reddere*, *flavum esse*; item *flavus*, *croceus*; صفرة, *flavedo*. Inde enim facile *Pharas*, *Phras*.

Ϥⲱⲗϩ, τραυματιζειν, τραυμα, *vulnerare*, *vulnus*. Legitur Luc. XX. 12. et Isai. I. 6. Est פלח *Phalah*, *dissecare*, *secare*, *findere*,

in Oriente usitatum. Quod certe, quum litteris idem esse perspicitur, tum etiam vi ac significatu non diversum.

Ⲫⲱⲗϫ, *gaudium effusum*. Est in Scala M. pag. 100. et in *Liturg. Basil.* pag. 27. 28. Simile habent Arabes فرح, *laetitia, gaudium*. Namque *R* in *L*, et *L* vicissim in *R* mutari solitas nemo ignorat.

Ⲫⲱⲛϫ, ⲫⲟⲛϫ, *καταῤῥασσειν*, *καταςρεφειν*, *confringere*, *evertere*, *deiicere* Psalm. LXXXVIII. 4. Matth. cap. XXI. v. 12. Certe non differt a פגע chald. *conterere*, *disperdere*, quod habes Hierem. cap. XXII. v. 29. Nam littera Ajin, velut *G*, saepe ab antiquis enunciari solebat. Legitur etiam ⲫⲱⲛⲕ in homil. Theodosii ex codic. Borgianis.

Ⲫⲱⲣⲕ, ⲫⲟⲣⲕ, *pallium*, *velum*, *penula*. Invenies in Scala M. pag. 119. et 268. tum etiam saepissime in *Euchalog.* Tukiano. An ⲫⲱⲣⲕ est habendum, veluti فروج *tunica*, vel فراجه *pallium* Persis? An vero idem a ⲫⲱⲣϣ, seu פרש, *expandere*, *extendere* derivandum?

Φωσσων, *φασσων*, *φωσσωνιον*, *φασσωνιον*. Est vestis, vel tunica aegyptia, de qua Pollux lib. 7. cap. 16. num. 71. Nomen ita scriptum opinor, ⲫⲱϣϣⲱⲛⲧ, vel ⲫⲁϣϣⲱⲛⲧ, id est vestis *textura multiplex*, sive *multis liciis contexta*. Nam ⲫ articulus, ⲁϣ, ⲱϣ, *multus*, ϣⲱⲛⲧ *plexus*, *textura*. Pollux loco cit. *Φωσσων Αιγυπτιος εκ παχεως λινε*. A ⲫⲱϣϣⲱⲛⲧ *Phossont* Graeci *φωσσων* abiecta ultima, quam indoles graeci sermonis non patitur: quomodo iidem ex ⲡⲁϣⲱⲛⲥ, *παχων*, quod est mensis nomen, fecere. Vestes huiusmodi ex multis filis confectas veteres *polymitas* vocabant, et *ποικιλας*, quia saepius fila, quibus contexebantur, erant diversi coloris. Quare Isidorus *Originum* lib. XVIIII. 22. *Polymita, multicoloris. Polymitus enim textus est multorum colorum*. Sed proprie *πολυμιτος*, spectata vocis potestate, est *multilicius*; quod nomen belle exprimit Phassona, quae aegyptiace est ⲫⲁϣϣⲱⲛⲧ. Vestes multilicias seu polymitas in Aegypto elaboratas refert etiam Plinius lib. 8. cap. 48. Martialis lib. 14. epigram. 150. et alii. Talem fuisse Iosephi tunicam פסים *Phassim* Genes. XXXVII. 3. id est *φασσωνα*, visum Mazzocchio dissert. 6. in Genes. sect. 4. A *φωσσων* porro etiam *φωσσωνιον* et *ἡμιφωσσωνιον* factum a Graecis: quae duo non re ac ma-

teria; sed tantum opificii densitate inter se differunt. Namque, ut recte notat idem Mazzocchius in cit. dissert. *de tunica polymita* sect. 4. *Quomodo apud nos hodie in sericis textrinis* il Damasco dal Mezzodamasco *non genere dissidet, sed densitate opificii; quia quod magis densatum est, sericum damascenum, quod minus, id semidamascenum vocatur, tale inter* φωσσωνιον, et ἡμιφωσσωνιον *discrimen est.* Idem *Phosson* communi usu denotans *multilicias* tunicas in Aegypto, uti expositum est, subinde a graeco Lycophrone in *Alexandra* vers. 26. pro velis nauticis latius ac minus proprie usurpatum. Unde grammatici, Polluce recentiores, hunc etiam significatum vocabulo tribuerunt, ac veluti graecum nomen esset, id απο τυ φυσασθαι, quod est *inflari*, vel a φαω *splendeo* inepte ac inerudite derivarunt. Verum de tota hac re plura idem, quem supra laudavi, Mazzocchius tom. 1. *Spicil. Bibl.* dissert. 6. sect. 4.

Ⲫⲱⲥⲧⲁⲧⲟⲛ, ⲫⲟⲥⲧⲁⲧⲟⲛ, *Phostatum*. Sic ⲫⲱⲥⲧⲁⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ in epist. systatica, quae legitur in *Euchology.* Tukiano part. 1. pag. 153. et apud Boniourium *Monum. Coptic.* pag. 12. *Fostat* porro est Babylon Aegypti, quod multis probat Golius ad Alferganum pag. 153. Hoc ipsum recitata verba ⲫⲱⲥⲧⲁⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ ostendunt. In eodem Euchologii Tuk. loco arabice est فسطاط بابل *Fostat Babel*. Caeterum Arabes vocant simpliciter فسطاط *Fostat*, vel فسطاط مصر *Fostat Mesr*, quod est ipsum ⲫⲱⲥⲧⲁⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ. *Mesr* enim est Babylon. Quippe Memphi, quae erat olim Aegypti caput, ac *Mesr* ab Arabibus dicebatur, a Cambyse destructa; tum exaedificata Babylone ex altera parte Nili, fuit haec deinde urbs Aegypti princeps, ac *Mesr*, antiquum Memphis apud Arabes nomen accepit. Cui tandem successit القاهرة *Alcahiro*, quae loco veteris Babylonis a Muazzo condita est. Iam, quod attinet ad originem vocis, credo, *Fostaton*, vel potius *Fossaton* (Arabes enim فساط *Fossat* dicunt et فسطاط *Fostat*) esse a latino *Fossatum*: quo vocabulo pariter Graeci recentiores utuntur; idque non tantum fossam castris circumpositam, sed castra ipsa, vel castrum, seu castellum dixeris, denotat. Sic in *glossis Basilic.* καςρον, ηγυν φοσσατον. Leo in *tacticis* cap. 17. num. 19. το φοσσατον, ηγυν το απληκτον. Sunt autem απληκτα, *castra*, ubi exercitus consistunt, aut divertunt. Usur-

pat etiam hoc nomen Chrysostomus homil. 23. in epist. ad Eph. Ὁ παρων βιος ὁδος τις εϛι, και ϛρατια, και, ὡς αν ειποι τις, το λεγομενον παρ' αυτοις φοσσατον. Quo ex loco discimus, *Fossatum* pro castris esse nomen tum temporis communi ac vulgari sermone receptum. Plura leges apud Cangium. Iam vero Strabo perhibet, Babylone Aegypti, quae olim φρουριον ερυμνον, *castellum munitum*; aetate sua castra a Romanis posita, ibique unam ex legionibus, quae Aegypto praesidio erant, constitutam, νυν δε, inquit, εϛι ϛρατοπεδον ἑνος των τριων ταγματων των φρουρουντων την Αιγυπτον. Vides Babylone στρατοπεδον, *castra*, vulgo *Fossatum*. Hoc autem nomen eodem loco insedisse, ac veluti proprium factum videtur. Ita castrum, de quo mentionem facit Procopius lib. 3. *de aedific. Iustiniani*, Λογγινου φοσσατον vocabatur. Eadem de caussa plura oppida vel urbes, χαραξ, quod est *fossa*, *vallum*, *castra*, denominatae sunt. Urbs in Phrygia χαραξ Αλεξανδρου dicta, ενθα Αλεξανδρος ὁ του Φιλιππου εϛρατοπεδευσατο, inquit Stephanus Byzantius v. Χαραξ. Item Σεσωστριος χαραξ multis locis cognomen erat, ubi Sesostris castra fuerat metatus, Strabone auctore lib. 16. Χαραξ autem ac φοσσατον aeque dicitur. Leo in *tacticis* cap. 20. ὑπο χαρακος ποτε, η φοσσατου φρουμενος. Ab eadem est origine *castrum*, appellatio non infrequens urbium Europae. *Castrum* enim proprie locus est, muro fossaque munitus cum milite excubante praesidii caussa. Est igitur ⲫⲟⲥⲧⲁⲧⲟⲛ, castrum, vel *Fossatum*, ut recentiores Latini ac Graeci loquuntur, quod primo quidem castrum, vel *Fossatum Babylonis*, postea simpliciter *Fossatum*, arabice *Alfossat*, vel *Alfostat*, nuncupatum est. Hoc ipso coarguitur, quod scribunt Arabes nonnulli, Babylona vel *Mesr* vocatam *Fostat* a tabernaculo, quod ibi Amri Mahumedanus fixit, quum Alexandriam peteret; nam *Fustat* arabice significare dicunt tabernaculum. Qua de re fabulosam, uti reor, historiam refert Edrisius, vulgo Nubiensis geographus climat. 3. part. 3. pag. 97. Falsitatis, inquam, haec vocis origo facile convincitur. Ⲫⲟⲥⲧⲁⲧⲟⲛ quippe, id est fossatum, multo est Amrio Mahumedano vetustius: a quo فسطاط *Fostat* arabice, nec origine, nec significatione dissentit. Tabernacula enim, seu tentoria militum, eadem ac castra sunt, quia in castri modum vallo ac fossis cingebantur. Quare *scenae veteranorum* in Notitia imperii, alias *castra vetera-*

norum vocantur. Quin *castra* a tabernaculis, quae olim *casae* dicebantur in romano exercitu, habuisse nomen docet Iulius Scaliger in *Poëtice* lib. I. cap. I. His absolutis legenti oblata sunt acta S. Aptiae martyris, quorum partem ex codic. Borgianis ab Augustino Georgio editam habemus in praefat. ad librum *de miraculis S. Coluthi*; in quibus pag. XCVI. Babylonem, quae alias ⲫⲱⲥⲧⲁⲧⲟⲛ ⲛ̀ⲧⲉ Ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ dicitur, expresse ⲕⲁⲥⲧⲣⲟⲛ Ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ denominatam reperio: ut quin idem ⲫⲱⲥⲧⲁⲧⲟⲛ, ac fossatum seu castrum sit, in dubium vocare nemo iam possit.

Ⲫⲱⲧϩ, *γλυφη*, *χαραγμα*, *γλυπτον*, *τορευτον*, *sculptura*, *sculptile*, *tornatile* Exod. XXV. 6. Actor. XVII. 29. Hos. VI. 2. Exod. XXV. 18. Ⲫⲱⲧϩ profecto non est aliud, quam פתוח *sculptura*, *caelatura*, *sculptile*. Hoc autem est a פתח *sculpere* hebr. samarit. Thebaei, qui solent sermonis consuetudine aspiratas litteras in tenues convertere, ⲡⲱⲧϩ *sculpere* dicunt: uti est in libro, qui saepe a Crozio laudatur, *de mysteriis litter.* pag. 42.

Ϫ

Ϫⲁⲕⲓ, σκοτος, *tenebrae* Genes. I. 2. et in aliis. Thebaei ⲕⲁⲕⲉ. Simile חשך, *tenebrae* hebr. exclusa *S*, ut est ⲟⲩϣϥ et ⲟⲁϥⲓ collatum cum חמח *miscere*, *temperare*, ⲫⲁϥ cum פשח *dissecare*, et voce finita in *I*, quod est apud Coptos frequentissimum.

Ϫⲁⲗⲕⲓⲛ, الخلقين, *lebes*, *ahenum*, *sartago* Scal. M. pag. 129. Positum hoc inter aegyptiacas voces a Crozio, quae est vox arabica خلقين, copticis litteris exarata, non ea quidem origine arabica, sed ex graeca χαλκειον expressa. Ab eodem Crozio cum caeteris vocabulis recensitum ⲗⲁⲃⲏ ex Mich. III. 3. utique non aliud, quam λεβης, quod est in graecis, quodque απο τε λειβειν, *fundere* derivant grammatici. Itaque Boniourianus codex eodem loco Micheae ⲟⲩⲗⲉⲃⲏⲥ exhibet. Etiam Chaldaei לבס *Lebes*, aut לפס *Lephes* dicunt pariter a Graecis, quemadmodum ࠋࠁࠎ Samaritae.

Ϫⲁⲙⲉ, *niger* Matth. v. 36. Idem hebr. חום *niger*, et حم *nigrum esse* arab. Eodem pertinet ϪⲎⲘⲒ Aegyptus, de quo infra sermo erit. Thebaeis est ⲕⲁⲙⲉ, *niger*, et ⲕⲏⲙⲉ atque ⲕⲏⲙ.

Ϫⲁⲙⲉⲣⲱϥ. Est in vita Macarii Alexandr. in cod. Borgian. ubi narratur, pluvia non cadente magnam vermium et των ϫⲁⲙⲉⲣⲱϥ copiam, campis noxiam exstitisse. Qodcumque sit animal, nomen ei profecto est a nigritie inditum. Nam ϫⲁⲙⲉ *niger*, et ⲣⲱ *os*.

Ϫⲁⲡϣⲱ, χερσος, *terra arida*, *inculta*, *arenosa* Isai. v. 6. ϫⲁⲡϣⲱ ad litteram est terra *arenosa*. Nam ϫⲁ *habere* Aegyptiis, ⲡ ϣⲱ *arenam* sonat. Theb. est ⲕⲏⲉⲡϣⲱ Hos. x. 4. in cod. Borg.

Ϫⲁⲣⲟⲩⲕⲓ, الضب, *crocodilus*, *lacerta* Scal. M. pag. 172. צב Levit. XI. 29. Graeci interpretes κροκοδειλον reddunt. Pariter Arabibus ضب et ضبب est *lacerta*, *crocodilus*. Et apud Avicennam ضب est lacertae arabicae vel lybicae genus. Orta haec opinor a ضب *haesit et appressus terrae est*; unde اضب *est praedatus*. Idem chald. דב *insidiatus est* apud R. D. Pomarium in lexico. Quae

crocodilorum ac lacertarum huiusmodi ingenio omnino conveniunt. De crocodilorum malitia, deque insidiis, quas struunt ad homines ac bestias capiendas lege Aelianum *de natur. animal.* lib. 5. cap. 23. et lib. 12. cap. 15. Venio ad ϫⲁⲣⲟⲩⲕⲓ. Dictus, ni fallor, a ϫⲁⲣⲱ, *silere*, *silentium*. Crocodilus enim elinguis describitur ab antiquis. Herodotus lib. 2. sect. *69.* *γλωσσαν μουνον θηριων ουκ εφυσε*. Plutarchus *de Isid. et Osir.* *μονος μεν αγλωσσος ων*. Plinius lib. 8. cap. 25. *Unum hoc animal terrestre linguae usu caret*. Sed hanc opinionem falsam esse probant recentiores. Forma huius nominis omnino similis alteri, quam infra v. Ϣⲁⲗⲟⲩⲕⲓ expendemus.

Ϫⲁⲣⲱ, ϫⲁⲣⲟ, *σιωπαν*, *σιγαν*, *σιγη*, *silere*, *silentium* Deuter. XVII. 9. Psalm. XXXI. 3. Vocem a ϫⲁ et ⲣⲟ compositam putant: nam et ϫⲱ ⲛ̀ⲣⲟ usurpant Copti Matth. XXVI. 63. Thebaei dicunt ⲕⲁⲣⲱ, *ἡσυχαζειν* Iobi XXXVII. 8. Porro ut ϫⲁⲣⲱ *silere*, ad verbum *tenere os*; ita ϯⲣⲱ et ϯⲛ̀ⲣⲟ *loqui*, velut *os dare* in cod. Borg. A ϫⲁⲣⲱ, *Charon* mortuorum transvector, veluti *silens*, appellatus.

Ϫⲉⲥⲕⲉⲥ, *ψιθυρισμος*, *ψιθυριζειν*, *murmuratio*, *murmurare* II. ad Cor. XII. 20. Psalm. XXXX. 7. Theb. ⲕⲟⲥⲕⲉⲥ, ⲕⲉⲥⲕⲱⲥ. Est idem cum كشكش, *murmurare*, *murmur*. Quod Arabes dicunt de sono aquarum fluentium; quemadmodum Graeci *μορμυρειν*: unde Latini *murmurare* et *murmur* eodem sensu, de strepitu, inquam, aquae labentis; tum de sono quovis, qui summissa voce fit.

Χενοσιρις, *planta Osiridis*, quo vocabulo hederam denominant Aegyptii. Auctor Plutarchus lib. *de Isid. et Osir.* tom. 2. oper. pag. 365. *Επι δε και τον κιττον Ελληνες τε καθιερουσι τῳ Διονυσῳ, και παρ' Αιγυπτιοις λεγεται Χενοσιρις ονομαζεσθαι, σημαινοντος του ονοματος, ὡς φασι, φυτον Οσιριδος*. Planta autem Osiridis dicitur, quia ab Osiride inventam ferunt. Diodorus Siculus lib. 1. pag. 15. *του δε κιττου την ευρεσιν ανατιθεασιν Οσιριδι, και καθιερουσιν αυτον τουτῳ τῳ θεῳ, καθαπερ οἱ Ελληνες Διονυσῳ, και κατα την Αιγυπτιων διαλεκτον ονομαζεσθαι φασι τον κιττον φυτον Οσιριδος*. Porro *Χεν* apud veteres Aegyptios est sine dubio, quod Copti dicunt, scribuntque ϣϣⲏⲛ, theb. ϣⲏⲛ, *φυτον*, *arbor*, *planta*. ϣ enim cum ϫ frequenter commutant. Ita ϣⲁϩ et ϫⲁϩ *flammam* leges, ϣⲟⲃⲧ et ϫⲟⲃⲧ

mutare, ⲡⲁϣⲱⲛⲥ et ⲡⲁⲭⲱⲛⲥ mensis nomen, ⲁⲣϣⲓⲙⲁⲛⲁⲣⲓⲧⲏⲥ et ⲁⲣⲭⲓⲙⲁⲛⲁⲣⲓⲧⲏⲥ. Idem Hebraei per Chaph. Namque ϣⲏⲛ, de quo agimus, scripserunt כנה *Chennah* Psal. LXXX. 16. Enimvero hoc nomen sumptum ex lingua aegyptia, idemque *plantam* notare, vidit Samuel Bochartus *Phaleg.* lib. 1. cap. 15. Psalmi locus sic habet, *O Deus ... aspice de caelo et vide, et visita vitem hanc*, וכנה *et plantam, quam plantavit dextera tua.*

Ⲭⲉⲣⲁ, الشبكة, *craticula* Scal. M. pag. 129. ubi inter instrumenta coqui recensitam lego. Vox arabica quidem significat *rete*, vel *craticulam in modum retis*, qualis describitur Exodi XXVII. 4. ἐσχαρα ἐργῳ δικτυωτῳ χαλκη. Ⲭⲉⲣⲁ autem certe factum ab ἐσχαρα, *crates*, *craticula*, quae vox legitur in graecis interpretibus Exod. XXVII. 4. 5. Levit. II. 7. eademque est in coptica translatione; ubi modo ⲉⲥⲭⲁⲣⲁ, modo ⲉⲥⲭⲉⲣⲁ. Ex quo vitiose ⲭⲉⲣⲁ. In eadem Scala M. pag. 117. est ⲥⲭⲁⲣⲁ, *lorica ex annulis ferri*, *lorica reticulata*; quod itidem ab ἐσχαρα ⲉⲥⲭⲁⲣⲁ. Etiam Graeci recentiores apud Cangium corrupte σχαρη, et σκαρα, *craticula*. Affertur et ⲭⲉⲣⲁ, *vomer* in eodem libro, pag. 126. quod ortum videtur a חרת, حرث, *arare*, *aratio* heb. syr. ar.

Ⲭⲉⲣⲉⲃ, *figura*, *forma* Matth. XVII. 2. ubi sic ⲁϥϣⲟⲃϯϥ ⲛϫⲉⲣⲉⲃ, *figura mutatus est*, graece μετεμορφωθη. Idem est hebr. כרב, כרוב *figura*, *imago*. Theb. ϩⲉⲣⲉⲃ et ϩⲣⲉⲃ et ϩⲣⲃ.

Ⲭⲏⲙⲓ, *Aegyptus*. Ita semper vocatur in sacris Coptorum libris, et apud Plutarchum *de Isid. et Osirid.* Forsitan a *calore* nomen traxit. Hoc enim significant חמם, חם, חום in Oriente, Ϧⲉⲙ, Ϧⲉⲙⲓ, et Ϧⲏⲙ in Aegypto. Vel ita a *nigritie* dicitur, sive regionis, sive incolarum. Siquidem חום Hebraeis, ⲭⲁⲙⲉ Coptis, حم Arabibus *nigrum* sonat. Plutarchus loc. cit. Ετι την Αιγυπτον εν τοις μαλιϛα μελαγγειον ουσαν, ὡσπερ το μελαν του οφθαλμου, Χημιαν καλουσι. Sed etiam commode a Chamo, a quo Aegyptii propagati sunt, haec appellatio duci potest. Itaque *terra Chemi* perinde erit, ac *terra Cham*, quomodo in Psalmis denotari Aegyptus solet. Hieronymus, *Ham, a quo Aegyptus usque hodie lingua Aegyptiorum dicitur Ham.* Quamquam et Chamus, seu Hamus ipse fortasse a calore ac nigredine cognomen divinitus accepit, quod, qui ab eo oriundi forent populi, solis ardore exusti ac infuscati sint. Thebaei Ⲕⲏⲙⲉ dicunt pro Ⲭⲏⲙⲓ.

Ϫⲗⲁⲗ, κλοιὸς, *torquis* Gen. xxxxi. 42. Proverb. i. 9. theb. ⲕⲗⲁⲗ. Videtur a ⲕⲉⲗ, ⲕⲟⲗ, ⲕⲟⲩⲗⲟⲗ, *volvere*, *circumvolvere*, derivatum; vel, quod est idem, a גלל: tenues enim in adspiratas mutantur. Lege Ⲕⲉⲗ, et, quod proxime sequitur, Ϫⲗⲟⲗ.

Ϫⲗⲟⲗ, الابريق, *gutturnium*, *hydria*, *urceus* Scal. M. p. 150. Ab eadem est origine, unde ϫⲗⲁⲗ. Scilicet ista ita vocantur ab eo, quod fere in orbem convoluta sint. Similiter a verbo גלל est גלה *Gulla*, *lecythus*, *phiala*, *orbis* hebr. Pro ϫⲗⲟⲗ alias ⲕⲉⲗⲱⲗ *hydria* in vita Shenuthi, ac in aliis: et ⲕⲟⲩⲗⲱⲗ in *Encom.* Pisentii: item ⲕⲉⲗⲟⲗⲓ in vita Macarii Abb. a quo non differt ⲉⲕⲗⲟⲗⲓ, *hydria*, *situla* in Scal. M. pag. 150. Omnino simile τῷ ϫⲗⲟⲗ et ⲕⲉⲗⲱⲗ seu ⲕⲟⲩⲗⲱⲗ Arabes habent قلل *Kolol*, *hydriae*, et قلّة, *lagenae*, *canthari*. Denique *Gello* seu *Gillo*, vasis genus, *hydria*, uti reor, eodem pertinet. Quae vox reperitur in antiquis epigrammatis. Isidorus *Gillonem*, *baucalem*. Veteres glossae *Gello*, βαυκαλιον. Cassianus *de institut. renunc.* lib. 4. cap. 16. *Si quis gillonem fictilem*, *quem baucalem nuncupant*, *casu aliquo fregerit &c.*

Ϫⲛⲁⲩ, δράγμα, αγκαλις, *manipulus*, *fasciculus* Genes. xxxvii. 7. Iobi xxiiii. 19. Est a ϭⲛⲁⲩϩ, χεῖρες, αγκαλαι, *manus*, *ulnae* Psal. cxviii. 48. Luc. ii. 28. In Scala M. pag. 128. ⲛⲓϫⲛⲁⲩ, التقيع, *manipuli*; et in Scal. El. 555. ⲛⲟⲩϫⲛⲁⲩ, تقيعهم, *manipuli eorum*. Male Kirkerus illic *cucumeretum*, heic *migma eorum*, ambiguitate vocis Arabicae deceptus.

Ϫⲟⲗ, *hiatus*, *foramen*, *caverna*. Ⲏⲓ ϫⲟⲗ ⲛⲧⲉ ⲡⲕⲁϩⲓ, οπαι της γης, *hiatus terrae* ad Hebr. xi. 38. Isai. ii. 19. graece τρωγλαι της γης. Videtur esse a חלל, *perforatum esse*, *perforare*: unde מחלות, *foramina*, *cavernae*. Hinc ⲛϫⲟⲗϫⲟⲗ dicitur, quod habet plura foramina, ut in historia Shenuthi, corpus eius vita functi conditum fertur in capsa, ⲉⲥⲟⲓ ⲛϫⲟⲗϫⲟⲗ, *foraminibus pertusa*, scilicet quo conspici posset. Pro ϫⲟⲗ Thebaei ϣⲕⲟⲗ in elencho codic. Borg. pag. 386. et 569. In quo ϣ praefixam observabis.

Ϫⲣⲉⲙⲣⲉⲙ, γογγυζειν, γογγυσμος, *murmurare*, *murmuratio* Psalm. lviii. 15. Iohan. vii. 12. ϫⲣⲉⲙⲣⲉⲙ mea opinione non differt a رمرم *motitare os ad loquendum*, *murmurare*, *mussitare*. Nam verbum, ut credo, est ⲣⲉⲙⲣⲉⲙ: ϫ autem adspiratio mo-

re Graecorum, qui voces ab *R* incipientes adspirare solent. Sic *Raithu* nomen loci, scriptum ab Aegyptiis ϩⲣⲁⲓⲑⲟⲩ in elencho cod. Borg. pag. 297. et ⲥϩⲣⲟⲙ *dormitatio* Gen. II. 21. pro ⲥⲣⲟⲙ, et ϫⲣⲉⲙⲥ *tenebrae* a רמש, de quo mox. Habent Arabes etiam مرمر *murmurare*, مرمرة *murmuratio*; quae cum graeco μορμυρειν omnino conveniunt, ab eoque facile derivantur, unde Latini quoque *murmurare* ac *murmur*. Quicumque ex istis hoc nomen primum usurparunt, certe voluerunt ipsa voce sonitum murmuris exprimere. Quod a Varrone observatum est lib. 5. *de lingua Lat.* murmur, inquit, *dictum a similitudine sonitus*. Thebaei iuxta consuetudinem mutant adspiratas in tenues. Ideo pro ϫⲣⲉⲙⲣⲉⲙ scribunt ⲕⲣⲙⲣⲙ Matth. XV. II. in codic. Nanian. A ϫⲣⲉⲙⲣⲉⲙ seu ⲕⲣⲙⲣⲙ parum diversum ⲥⲣⲉⲙⲣⲱⲙ, ἐμβριμᾶσθαι, *infremere*; quod etiam ὀνοματοποιΐα videtur.

Ⲭⲣⲉⲙⲥ, σκότος, σκοτία, *tenebrae* epist. Iudae vers. 13. Iohan. XX. I. Ⲭⲣⲉⲙⲥ, vel ⲣⲉⲙⲥ (Nam ϫ adspiratio videtur, qualis in Ⲭⲣⲉⲙⲣⲉⲙ, de quo proxime actum) profecto aliud non est, quam רמש, *advesperascere*, *vesper*, *occasus*, *nox* chald. syr. samarit. Aliquando etiam ϫⲉⲙⲥ legitur, littera *R* usu vocis extrita.

Ⲭⲣⲉⲙⲧⲥ, καπνός, *fumus* Psalm. XVII. 8. ⲉⲣ ϫⲣⲉⲙⲧⲥ, σκοτίζεσθαι, σκοτάζειν, *obscurare*, *obtenebrare*, *obscurari* Psalm. LXVIII. 23. CIIII. 28. Certe ϫⲣⲉⲙⲧⲥ *fumus*, vel idem, ac ϫⲣⲉⲙⲥ σκότος, *obscuritas*, vel ab eo derivatum.

Ⲭⲣⲓⲙ, *desertum*, *solitudo*, *vastitas* Exod. III. I. Origo eius a חרם, *vastare*, *vastitas* in Oriente, a quo etiam ἔρημος graece.

Ⲭⲣⲟϥⲓ, المنجل, *falx* Scal. M. pag. 127. Litteris idem, significatu proximum حربة, *ensis*, *culter*, *novacula*, et id omne, quo secatur ac scinditur. Hebr. est חרב, syr. et chald. חרבא. Invenitur etiam ϫⲣⲟϥⲓ in vita Macarii Abb. ex codic. Borg. ubi sic, ⲁϥⲉⲣⲁⲡⲁⲛⲧⲁⲛ ⲉⲣⲟϥ ⲛϫⲉ ⲡⲓⲇⲓⲁⲃⲟⲗⲟⲥ ϩⲓ ⲡⲓⲙⲱⲓⲧ ⲛⲉⲙ ⲟⲩϫⲣⲟϥⲓ, id est, *occurrit ei diabolus in via cum falce*. Rem narrat Graecus auctor vitae Macarii, quam exhibet Bollandus ad diem 15. Ianuarii. Item in *Apophtegm. Patrum* de Macario num. 11. Ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ διάβολος κατὰ τὴν ὁδὸν μετὰ δρεπάνου. Idem fere et ab eadem origine est ⲕⲟⲣϥⲓ, de quo supra.

Ⲭⲣⲟⲩⲣ, βάτραχος, *rana* Exod. VIII. 3. Apoc. XVI. 13. Ara-

bibus est قر *rana* a verbo قرر. Utrumque ϫροϫρ et قر *ονοματοποιημα* est, quo stridor exprimitur ranarum. Eadem onomatopoeia in קרקור, קורקור, *crocitatio*, *coaxatio* chald. et in *Kurur*, *rana* punice.

Ⲭⲣⲱⲙ, *ignis* Psalm. x. 6. Parum discrepat جمر, *carbo*, *prunae*, *ignis* arab. pers. Idem chaldaeis est גמרא, Samaritis רשפים *carbones*. In Scal. El. pag. 364. legitur ϫⲣⲱⲙ, quod est τῷ جمر propius, immo idem traiectis litteris.

Ⲭⲣⲱϣ, لطس, لطم, *alapa*, *colaphus* Scala M. pag. 161. De *Chros* alapa nihil aliud occurrit, nisi eam fortasse per onomatopoeiam ita fuisse appellatam.

Ⲭⲱⲗⲉⲙ, *accelerare*, *celeritas*, *celeriter*. Vide Crozium. Certe simile ϫⲱⲗⲉⲙ τῷ قلهمة *Kalama*, *festinatio*, *celeritas* arab.

Ⲭⲱⲛⲥ, *foetere* Psalm. xxxvii. 4. Exod. vii. 18. Refero ad צחן *foetere*, *foetor*; unde κατα μεταθεσιν *Chasan*, vel *Chans*, *Chons*. Nam verba saepe Aegyptii sub una vocali enunciant, quae in Oriente duas adscriptas referunt.

Ϣ

ϢⲀⲂⲈⲚ, الشب, *alumen* Scal. M. pag. 204. A شب *Sabbon*, ni fallor, est ϣⲁⲃⲉⲛ, abiecta *S*, ut interdum fieri solet. Vel a ⲤⲞⲂⲈⲚ, ex errore scriptum **ϢⲀⲂⲈⲚ**.

ϢⲀⲂⲦ, *anser* theb. Est in cod. Borgian. de re medic. ubi remedium contra haemorrhoidas ponitur ⲱⲧ ⲛϣⲁⲃⲧ, id est *adeps anseris*. Sic autem ϣⲁⲃⲧ interpretatus sum; quia pariter apud Marcellum Empiricum cap. 31. haemorroides anserino adipe curari dicuntur. Anserem porro Aegyptii vocant ⲕⲉⲛⲉⲥⲱⲟⲩ, cuius nominis ratio iam a nobis explicata est. ϣⲁⲃⲧ autem credo ab Arabibus esse mutuatos, qui anserem اوز nominant, ut etiam Chaldaei אוזא. Etenim اوز *Avz*, *Abz*, Thebaei, quibus *O* placet, ϣⲁⲃⲧ reddunt, Basmyritae ⲁⲃⲧ: quippe, quum Aegyptii littera *Z* non utantur, eam saepius in *T* convertunt.

ϢⲒⲔ, *αρτος*, *panis*. In vita Shenuthi ⲱⲓⲕ. Idem et in lingua Aethiopum vernacula dicitur ኅብ *Ak*, auctore Mariano Victorio, quem citat Waltonus in prolegom. ubi de lingua Aethiopum. ϣⲓⲕ *panis* dicunt Aegyptii communi dialecto. At basmyr. est ⲁⲓⲕ. Ab ϣⲓⲕ fit ⲡⲓ ⲥⲁⲙϣⲓⲕ *pistor*, qui operam in panificio ponit.

ϢⲒⲖⲒ, *κριος*, *aries* Exod. xxv. 5. ⲟⲓⲗⲉ theb. Idem איל hebr.

ϢⲒⲘⲒ, *αγκιστρον*, *hamus* Matth. xvii. 27. ⲟⲓⲙⲉ theb. Iobi xxxxi. 1. Accedit ad *χαμον*, quod ab Hesychio redditum *καμπυλον*, *inflexum*; unde, uti credo, *hamum* Latini.

Ωκεαμη. Nomen est Nili fluminis vetustissimum auctore Diodoro Sic. lib. 1. pag. 22. edit. Wessel. *Τον δε ποταμον αρχαιοτατον μεν ονομα σχειν ωκεαμην*. Ita omnes libri. Unus codex exhibet *ωκεανην*; quam lectionem male Wesselingius amplexus est eam ob caussam, quia *τῳ ωκεανος* propius *ωκεανη* sit. Neque enim vox ex graeco, sed ex aegyptio sermone petenda, quam credo ita scriptam, ⲱϣⲙⲁⲩ, ⲱϣⲉⲙⲁⲩ, id est *aquae multae*, aut *aquarum multitudo*. ⲱϣ enim *multus*, ⲙⲁⲩ basmyr. est *aqua*. Iam ⲱϣⲉⲙⲁⲩ *Osemay*, *Osemai*, Graeci *ωκεαμη* *Oceami* metathesi nonnulla, atque *S*, veluti *C*, enunciantes; quod nemini non fre-

quens ac usitatum videbitur, qui ea tantum, quae in v. Κιχορον posui, legere velit. Inde est ωκεανος, mutata *M* in *N*, quod aeque commune ac vulgatum. Consule Bochartum *Chanaan* lib. 2. cap. 5. pag. 798. et Vossium *de permut. litter.* Ludunt grammatici, qui vocis rationem in Graecia quaerunt. Nilus porro, praesertim qua ostiis propior, recte ⲱϣⲙⲁⲧ, ωκεαμη ob maximam aquarum copiam est appellatus. Quare idem Diodorus lib. 1. Οἱ γαρ Αιγυπτιοι νομιζουσιν ωκεανον ειναι τον παρ᾽ αυτοις ποταμον Νειλον. Ex quo etiam factum, ut eodem vocabulo ⲡⲓ ⲛⲟⲩⲛ, quod Nilo tributum auctor est Horus, αβυσσον pariter, quae est immensa aquarum vis, designarent. Qua de re plura v. Νουν explicavimus. Nihil heic dixi de Iohanne Clerico, qui in adnot. ad Iosuam cap. 13. ωκεαμην vocari ab אכם *Okem*, quod chald. *nigredinem* sonat, existimavit: nihil, inquam, dixi propterea, quod eius opinio, a Diodori mente, atque omnium fere sententia abhorrens, omittenda potius, quam refutanda videatur.

Ⲱⲙⲥ, ⲟⲙⲥ, ⲉⲙⲥ, καταποντιζειν, καταποντισμος, βαπτιζειν, βαπτισμος, καταδυειν, καταπινεσθαι, *mergere*, *submergere*, *immergere*, *demersio*, *submergi*, *deglutiri*. Habes in lexico Croziano. Est idem verbum غمس, *mergere*, *demergere*, *immergere* arab. non habita ratione punctuli primae litterae inscripti. Diversum ab his non videtur ⲱⲙⲕ sive ⲟⲙⲕ, καταπινειν, *deglutire* Matth. XVIII. 24. Exod. VII. 12.

Ⲱⲙⲥ ⲉⲃⲟⲗ, العشى, *caligatio oculorum* Scal. M. pag. 158. Dicitur ⲱⲙⲥ ab عمش, *lippitudine*, *infirmitate oculorum laborare*; unde nomen عمش, *lippitudo*, *caligatio oculi*. Eadem significatio inest in عشى.

Ⲱⲟⲩϣ, *pulmentum*, *polentae genus* lib. de Macar. Alex. et vit. Pachom. in codic. Borg., ⲟⲟⲩϣ theb. in Nanianis pag. 245. in eadem vita Pachom. Graece est αθηρα tom. 3. Maji apud Bolland. in fine pag. 33. ubi eadem res de Pachomio refertur. Est autem αθηρα pultis genus, Aegyptiis valde usitatum, de quo Hesychius, Plinius lib. 22. cap. 25. et Cassianus *collat.* 15. cap. 10. *Pulmentum*, *quod illi Atheram nominant*. Quamquam Hieronymus in Gen. θηραν scribendum defendit: *moris est*, inquit, *Aegyptiorum θηραν etiam far vocare*, *quod nunc corrupte Atheram nuncupant*. Iam ⲟⲟⲩϣ, *Ous*, *Ovs* repeto ab אבס *Avas*, *alere*,

saginare hebr. unde אבוס *Avus*, *saginatus*, et alia huiusmodi. Placet enim Coptis *O* pro *A* communi dialecto.

Ϣⲣⲃⲁⲛ, البقس, *buxus* Scal. M. pag. 175. Opinio est ab ϣⲣⲉⲃ, *odio habere*, *abominari* nomen duxisse. Namque *semen illius cunctis animantibus invisum* ait Plinius lib. 16. sect. 28. et Theophrastus *histor. plant.* lib. 3. cap. 6. πυξος τον καρπον αβρωτον εχει παντι ζωῳ. Et genus eiusdem *in omni usu damnatum*, *gravem praefert odorem*, auctore eodem Plinio loco cit. Igitur ϣⲣⲃⲁⲛ ex ϣⲣⲉⲃ commode dicitur. Verbum autem ϣⲣⲉⲃ, sive ⲟⲣⲉⲃ, *abominari*, fere congruit cum هرب *abominandum facere*, *reprobare* arab. Uti est, ϥⲧϣⲣⲉⲃ, مرذول, *reprobatus* in Scala El. pag. 294.

Ϣⲣⲉⲃ, συγκλειειν, *concludere* theb. Abd. 14. in cod. Borgian. Hoc verbum alibi, hoc quidem sensu, me legisse non memini. Non dissimile tamen ארב, quod hebr. chald. *insidiari*, apud Arabes vero etiam *constringere*. Utraque significatio in hunc Abdiae locum bene cadit. Habent iidem Arabes et كرب *Charab*, *adstringere*, *constringere*, كرب *Chorb*, *adstrictio*. In elencho codicum Borg. nuper edito pag. 320. ⲉⲣⲉ ⲛⲇⲉⲙⲟⲛ ⲟⲣⲃ ⲉⲣⲟϥ, quod explico, *Daemones adstringentes eum*.

Ϣⲣϥ, ἡσυχιος, *placidus*, *tranquillus* in liturg. Cyr. apud Crozium. Idem est ዕረፍ, ערף, *tranquillus* aethiop. a verbo ዐረፈ ערף, quod in quarta coniug. valet *quiescere*, *requiescere*. Huc pertinet ϣⲣϥ, *agere vitam in solitudine ac quiete*. ⲟⲩϣⲣϥ *tranquillitas*, *quies*. ϣⲣϥ ⲉⲃⲟⲗ, αναχωρειν, *secedere*: quae sunt in cod. Borg. Item ⲙⲛⲧϣⲣϥ, *singularitas*, *solitudo* in Scala M. pag. 98.

Ϣⲥⲕ, χρονιζειν, βραδυνειν, *morari*, *tardare* Psalm. xxxviiii. 17. Deuter. vii. 10. Convenit ϣⲥⲕ cum ازج, *cunctari*, *tardare*, quod legas *Azch*, *Asch*: unde *Ask*, *Osk*, commutatis tenuibus cum adspiratis.

Ϣⲧϩ, *nere* theb. in elencho codic. Borg. pag. 592. Suspicio est, ortum a טוה, *nere* hebr. Nam sunt eaedem litterae, quamvis transpositae. Κλωθω etiam assimile; immo idem, si duae priores litterae eximantur.

Ϣϣ, κραζειν, ἠχειν, *clamare*, *sonare* Psalm. xvii. 41. xxxxv. 3. Est etiam אוש in Oriente, significans *sonum edere*, *clamor*, *vociferatio*.

Ϣϣⲉ ἐξερημοῦν, *desolare*, *vastare* theb. Nahum I. 4. Idem plane, atque אשם, *desolari*, *vastari* hebr. Samaritae ࠔࠀࠌ שאם. Frequentius Hebraeis שמם, *devastare*, *devastari*.

Ϣϫⲉⲛ, *cessatio*, *mora* I. ad Thessal. II. 13. basmyr. in cod. Borg. ubi ⲁϫⲉⲛ ϣϫⲉⲛ, *sine cessatione*, *indesinenter*, graece ἀδιαλείπτως, theb. ⲁϫⲛ ϣϫⲛ. Item ϣϫⲛ, *cessare*, *deficere* theb. Isa. XXI. 16. apud Tukium pag. 258. et Iosue v. 12. pag. 502. Hinc ⲁⲧϣϫⲛ, ἀνέκλειπτος in elencho cod. Borg. pag. 511. ex Luc. XII. 33. Est omnino ϣϫⲉⲛ ab עגן, *morari*, *cunctari*, *detineri*, sive ab עגנה, עגינה, *Agana*, *Agina*, *mora*, *detentio*.

Ϣϭⲣ, vel ⲟϭⲣ, *contremiscere* in elencho codic. Borg. pag. 347. 547. Utique a רעש, *tremere*, *tremor* hebr. arab. usitata metathesi derivatum videtur.

ϣ

Post graecas litteras sequuntur aliae in usum scripturae adscitae a Coptis. Quarum prima se nobis offert, quam Scei *vocant, ita expressa* ϣ. *Ea mihi videtur sumpta ab Arabibus, sane illa ipsa, quam ita scribunt* س, *ac impositis punctulis* Schin *denominant. Namque* S *leniter prolata, Coptis perinde, ut Graecis, est* C Sima, *elata durius est* ϣ Scei. *Arabes eidem litterae* س *utrumque sonum adtribuunt. Sed quum enunciant durius, punctula inscribunt hoc modo* ش. *Sicuti hanc ipsam* ש *Iudaei, modo asperius, notato punctulo in dextro cornu* שׁ, *modo mollius, consignato in sinistro* שׂ, *proferunt.*

Ϣⲁⲑⲟⲩⲗ, النمس, *Martes*. Legimus in Scala M. pag. 164. Est autem ipsum חתול, *felis ferus* chald. خيطل arabice. Nam Chet, tamquam Scin, pronunciari solet, ut saepius docui, praesertim in v. Ⲱⲓϣⲓ.

Ϣⲁⲓ, ἀνατέλλειν, *oriri* Psalm. LXXXIIII. 11. Matth. IIII. 16. theb. ϣⲁ: unde ⲙⲁⲛϣⲁⲓ et ⲙⲁⲛϣⲁ, ἀνατολή, *oriens*. Compara hoc verbum cum שוה *oriri* chald. syr. Est etiam ϣⲁⲓ, theb. ϣⲁ, ἑορτή, *festum*, quod refero ad ϣⲁⲓ ἀνατέλλειν. Hinc ⲉⲣϣⲁⲓ, ἑορτάζειν Psalm. XXXXI. v. 4. item in *Precibus Copt.* ms. a Crozio laudatis, et in aliis.

Ϣⲁⲓⲣⲉ, *ovile*, *stabulum*, *caula* theb. in elencho codic. Borg. pag. 491. 649. 581. Fortasse venit a שרה, שרא, שרי, *habitare*, *commorari*, *quiescere*, *stabulari* chald. syr. samarit. Idem ϣⲁⲓⲣⲓ memphit. quod est κοίτη, *cubile*, *lectus* ad Hebr. XIII. 4. et ad Rom. VIIII. 10. Unde ⲙⲉⲧϣⲁⲓⲣⲓ, *concubitus* Scal. M. pag. 103. Simile habent Arabes سرير *lectus*, سر *concubitus*.

Ϣⲁⲗ, σμύρνα, *myrrha* Exod. XXX. 23. et alibi. Idem nomen a Plinio proditum, quod etiam notavit Crozius, lib. 37. cap. 2. ubi ait, succi vel gummi genus quoddam *in Aegypto vocari Sacal*. Nam *Sacal* est ϣⲁⲗ *Scal* vocali interiecta. Sic ܚܡܣܐ *ruta silvestris* apud Syros, Apuleius effert *Bessa*, Dioscorides

Βητατα. Vide v. Βαϣογϣ. At vero aliter Plutarchus *myrrham* ait ab Aegyptiis denominari Βαλ lib. *de Isid. et Osir. pag.* 185. edit. Squirianae his verbis, *την σμυρναν παρ' Αιγυπτιοις Βαλ καλουσι*. Sed hoc fortasse librarii mendum, scriptumque Σαλ a Plutarcho: postea ab Σ factum *B*. Attamen legas velim, quae de hac re in v. Uϫϩϐϫλ a me posita invenies.

Ϣϫλογκι, الزنبور, *crabro*, *vespa* Scal. M. pag. 173. Nomen habere videtur a ϣⲱⲗϩ, *aculeus*, *apex*, *punctum*. Sunt enim vespae et crabrones aculeis armati, quos in adversos defigunt: unde proverbium, *σφηκιαν κινειν*, *σφηκιαν ερεθιζειν*, *σφηκιαν εξεγειρειν*; et in Plauto *noli irritare crabrones*. A ϣⲱⲗϩ autem ϣⲱⲗϩογκι, ϣϫλογκι *vespa*, quomodo a ϫϫρⲱ *silentium*, ϫϫρογκι *crocodilus* mea opinione est appellatus. Quae sunt fortasse composita more Graecorum, apud quos *ασπιδουχος*, *δαδουχος*, *ραβδουχος*, *κληρουχος*, et alia huiusmodi quamplurima sunt in usu. Ita esset ϣϫλογκι *aculeum habens*, ϫϫρογκι *silentium tenens*. Sed hoc lectoris iudicio permitto.

Ϣϫnc, ϣϫnec, ϣϫnογc, *τρεφειν*, *θηλαζειν*, *alere*, *nutrire*. Habes apud Crozium. Theb. cϫϫnϣ Iobi xxxviii. 3. Alias cϫnϣ, cϫneϣ. Simile omnino ሐፀነ חזן *lactare*, *nutrire*, *educare* aethiop. traiectis loquendi consuetudine litteris. Itaque ex *Chasan* facile *Chanas*, *Chans*, vel *Scianes*, *Scians*, quia *Ch* per *Sc* reddi solere, nemo paullo eruditior ignorat. Idem Arabes habent حضن, *educare*, *nutrire*.

Ϣϫρϐϩ, *calor*, *aestus*, *ardor*. Est in vita Macarii et in actis S. Epimii martyr. in cod. Borg. ubi ογϣϫρϐϫ nκϫγⲙϫ, *ardor incendii*. Est a שרב *aestus* hebr. vel שרבא *Sciarba* chald. quae a שרב, *ardere*, *comburi*. Eadem vox legitur in elencho codicum Borg. pag. 477.

Ϣϫρϐⲱτ, *virga*, *baculus* in hist. Didymi martyr. ex cod. Borg. ϫqερκελεγιn nϫ ⲙⲙϫτοι neⲙ. ϩϫnϣϫρϐⲱτ, *iussit quatuor militibus cum virgis &c.* Ita enim hoc nomen videtur interpretandum. Est autem ϣϫρϐⲱτ ipsum שרביט *Sciarbit*, *virga*, *sceptrum* Estheris v. 2. quae vox est chaldaicae vel syriacae originis, fitque a שבט *virga*, inserta littera *R*, quod est in more positum; uti exemplis quamplurimis probat Bochartus *Chanaan* lib. 1. cap. 31. Ubi illud est animadversione dignum, ita

ϣⲁⲣⲃⲱⲧ ad שרביט, quomodo ϣⲃⲱⲧ ad שבט, se habere; ut, sicuti ϣⲃⲱⲧ a שבט ductum, eodem pacto ϣⲁⲣⲃⲱⲧ e שרביט expressum videatur. In elencho codicum Borg. pag. 339. legitur ϩⲣⲃⲱϫ *virga*, *baculus* theb.

Ϣⲁⲣⲓ, *πατάσσειν*, *percutere*, et *πληγη*, *plaga* apud Crozium. Theb. ϣⲁⲁⲣⲉ in codic. Nanian. pag. 123. Sed Amosi cap. VI. v. 12. ϭⲁⲣⲓ. Est apud Arabes جرح *Giarah*, *vulnerare*, *percutere*, item *vulnus*, *plaga*; quod, aspiratione praeterita, est *Giara*, vel *Sciara*. *G* enim cum *Sc* vel *S* commutatur. Ita ⲙⲁϣⲓ et ⲙⲁϫⲓ *ascia*, ⲕⲟⲩϫⲓ et قوش *parvus*, ϣⲱⲓϣ et ϣⲱⲓϫ *pulvis*, ϣⲙⲏⲛ et ϫⲙⲏⲛⲉ *octo*, ϣⲏϥ et ϫⲏϥ *ἔρημος*, ⲥⲁⲗⲱⲥ et גלוש *calvus*, ϫⲉⲙⲛⲟⲩϯ et سمنود, *Sebennytus*, ϫⲉⲣ et שר *observare*, ⲙⲉϣⲧⲟⲗ a מגדול *Migdol*, ϣⲛⲉ et גנה *hortus*, ϣⲟⲩϣⲧ *fenestra* a ϫⲟⲩϣⲧ *adspicere*, ⲟⲩⲟϣϥ et ⲟⲩⲱϫⲡ *conterere*.

Ϣⲁⲣⲓ, *sari*. Pettinet ad genus plantarum, quae in aquis nascuntur; sicuti est *iuncus*, *alga*, *biblus*, *papyrus*. Φⲓⲟⲙ ⲛϣⲁⲣⲓ Psalm. CV. 5. 7. idem atque ים סוף hebr. *mare iunci*, quod Graeci *ἐρυθρὰν θάλασσαν*. Dicitur autem iuncosum mare ab algae ac iunci copia. Nomen, de quo agimus, refert Hesychius, ut a Crozio notatum, *σαρι*, *σάριον· φυτόν τι, γινόμενον ἐν τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἕλεσι*, et Plinius lib. 13. cap. 23. *Frutectosi est generis et Sari circa Nilum nascens*. Meminit eiusdem. Theophrastus *histor. plant.* lib. 4. cap. 9. et recentiorum itineraria. Simile habent Aethiopes סער, *gramen*, *herba*, et *iuncus*. Attamen ab Aegyptiis inventum vocabulum, nemo prudenter inficiari poterit. Quod subinde ab iisdem rubro mari adtributum, Hebraei lingua sua, ut supra notavimus, expresserunt.

Ϣⲁⲣⲕⲉ, قحط, غلا, *penuria*, *fames*, *sterilitas* Scal. M. 234. et Shenuthus in cod. Borg. Venit a ࠎࠓࠊࠍ סרכן, *penuria*, *fames* samar. ࠀࠎࠓࠊ, אסרך, *fame affecit*: et צרך, *indigentia*, *necessitas* hebr. cui similes voces complures apud Chaldaeos et Syros.

Ϣⲁⲧ, *deficere*, *privari*, *indigere*, *deesse*. Vide Crozium. Idem est ኀጠአ חטא *Chata*, vel *Sciata*, *deesse*, *indigere*, *destitui* aethiop. Nam Chet per Scin reddere in usu est. *A* vero persaepe deperit in fine vocis.

Ϣⲁⲩ, القط, الهر, *felis* Scal. M. 165. 257. Credo nomen

impositum a voce, quam edunt feles. Non absimile *Gnao*, quo eandem exprimunt Itali; et نيا, quo Arabes.

ϢⲀⲨϢⲀⲨ, *frusta*, *fragmina* in vita Isaaci Tiphrensis ex cod. Borg. ϯⲚⲀⲒⲢⲒ ⲚⲚⲈⲔⲘⲈⲖⲞⲤ ⲚϢⲀⲨϢⲀⲨ, *faciam*, *concidam membra tua in frusta*. Pariter in *Actis* Eusebii, filii Basilidis, ⲤⲈϨⲰⲔⲒ ⲘⲘⲞϤ ϢⲀⲦⲈϤⲤⲀⲢⲜ ⲚⲈⲘ ⲚⲈϤⲤⲚⲞϤ ϨⲈⲒ ϨⲒϪⲈⲚ ⲠⲔⲀϨⲒ ⲚϢⲀⲨϢⲀⲨ, id est, *Illum eo usque discruciant*, *ut caro eius cum sanguine frustatim in terram caderet*. ϢⲀⲨϢⲀⲨ *Sciavsciav* sine dubio a שבב, *frangere*, *dividere in frusta* derivandum videtur; unde שבבים et שבבין, *frusta*, *fragmina*, שבא, *frustum*, *segmen*. A שבב *Sciavav*, atque aliis eiusdem formae fieri solent verba, quae vocant quadrata grammatici; unde שבשב *Sciavsciav*, copt. ϢⲀⲨϢⲀⲨ.

ϢⲀϢ, πληγη, *plaga*, ϨⲀⲚ ϢⲎϢⲒ, πληγαι, *verbera*. ϯϢⲀϢ, παιειν, *percutere*. Habes apud Crozium. Theb. est ⲤⲀϢ, *plaga*, ⲤⲎϢⲈ *plagae*, *verbera* in cod. Nan. p. 90. 303. et in Borgianis Zach. XIII. 6. Item ⲤⲰϢ, ϢⲤ in elencho eorum nuper edito pag. 389. Certe eodem pertinet خشا *Chascia*, *percutere*, *verberare* arab. Nam Chet ac Scin peraeque se habere, paene infinitis exemplis in hoc libro comprobatum est. Nonnulla collegi v. ⲞⲨϢⲒ.

ϢⲀϢⲚⲒ, επιτυγχανειν, *consequi*, *adipisci* ad Hebr. VI. 15. ad Rom. XI. 7. Est idem, ac חסן, *adipisci*, *haereditare*, *possidere* chald. Idem pariter סחן 𐡀, *acquirere*, *haereditate consequi*, סחנה, *possessio*, *haereditas* samar. Chet, et Scin vel Sin inter se commutantur. Repete v. ϢⲀϢ.

ϢⲀϢϤ ⲠⲒ, الحايك, *textor* Scal. M. 110. Fortasse a خصف *Chasaph*, *Sciasaph*, *compingere*, *consuere*; unde خصاف *Chassaph*, *consutor solearum*, *calceorum*, et alia huiusmodi, ad calceos, vestes ac res varii coloris contexendas pertinentia vocabula derivantur.

ϢⲀϤ, ερημωσις, ϢⲀϤⲈ ὁ ἡ ερημος, *terra deserta*, *solitudo*; item ϢⲰϤ ερημον, ερημωσις, ϢⲎϤ ερημωμενη. Adi lexicon Crozianum. Certe sono ac litteris a ϢⲀϤ et ϢⲀϤⲈ non differunt جف, *aridum* ac *siccum esse*, *siccitas*, جاف *siccus*, *siccum* &c. Etenim Ϣ cum Ϫ commutari consuevit. Vide v. ϢⲀⲢⲒ *percutere*. Eadem significatione affinia sunt. Ita το ανυδρον et ερημος perinde accipi atque usurpari videas a Graecis. Addendum ϪⲎϤ το ερη-

μον ex elencho codic. Borg. pag. 473. quod in Thebaide dicere solent pro ϣⲏϥ, omnino ut Arabes.

Ϣⲁϥⲟϥ, *importare*, *congerere*, Shenuth. in cod. Borg. Vel est a ספה *Sapha*, *addere*, *accumulare*, *colligere*; vel a שפע *Sciapha*, *abundare*, *effluere*, in Hiphil *abundanter afferre*, *aggerere*.

Ϣⲁϥⲧ, *ἀσεβής*, *impius*, *improbus* Genes. XVIII. 23. 25. ϣⲁϥⲧⲉ *improbus* theb. Abdiae 10. ubi ⲙⲉⲧϣⲁϥⲧⲉ, *impietas*, *improbitas*. Ϣⲁϥⲧ et ϣⲁϥⲧ utique a خبث *improbitas*, *pravitas*, *impietas*, *impurus*, *scelestus*, *improbus* arab. Hoc autem a verbo خبث, *improbum*, *malum*, *impurum esse*. Accedit جبت, *Giabt*, *idolum* et *homo impius*. Tenes, Chet et *G* per litteram ϣ in Aegypto exprimi solere. Etiam ϣⲁⲧϥⲉ legitur Mich. I. 5. in cod. Borgian.

Ϣⲁϩ, *φλόξ*, *flamma* Luc. XVI. 24. ϣⲁϩ *Sciah* seu *Scia* (nam ϩ saepius *παρέλκει*) dici reor ab אש *Esc* vel אשא *Escia*, *ignis*, praesertim quia ϣⲁϩ etiam *Asciah* vel *Esciah*, ut mihi est opinio, dici potuit. De quo sermo habitus voc. Ⲁϣⲕⲁⲕ.

Ϣⲁϩϣⲁϩ, ϣⲁϩϣⲉϩ, ϣⲁϩϣⲱ, *curare*, *sollicitum esse*, *cura*, *sollicitudo*, *studium*, *curiosus*, *sedulus* in codic. Borg. Sic in vita Macarii Abb. ⲡϣⲁϩϣⲁϩ ⲛⲧⲟⲩⲧⲣⲟⲫⲏ, *cura nutritionis eorum*. Et in vita Dorothei, ⲉⲡⲓⲇⲏ ⲛⲓⲥⲛⲏⲟⲩ ϣⲁϩϣⲉϩ ϧⲉⲛ ϯⲁⲥⲕⲏⲥⲓⲥ, *quoniam fratres in ascesi studiosi erant*. Idem est verbum in vita Pachomii: Quod ortum puto a חשש, *curare*, *sollicitum*, *anxium*, *curiosum esse*, et a חששה, *cura*, *anxietas*, *sollicitudo*, *studium*. Quam facile a *Hasasa* fiat *Sahsah* ϣⲁϩϣⲁϩ, nemo non intelligit.

Ϣⲁϩϣⲉϩ vel ϣⲁϧϣⲉϧ, *putridum*, *tabidum*, *putredo*, *tabes* Scal. M. pag. 231. Idem fere ܚܫܚܫ ⲕⲛⲛⲟ, *putridum*, *putredo* syr. Lege v. Ϣⲉⲗϣⲏⲗ.

Ϣⲃⲉ, *περίψημα*, *quisquiliae*, *ramenta*, *peripsema* ex graeco I. ad Cor. III. 13. Simile prorsus שבא, שיבא, *fragmen*, *frustum* chald. a שבב *confringere*: hebr. שבבים, *fragmina*, *frustula*. Enim vero *περίψημα*, cui ϣⲃⲉ respondet, ducitur a *ψάω*, ac valet *ramenta*, *scobs*, *quisquiliae*, *minuta frustula*, vel quicquid radendo, ac friando decidit. Consule sacros interpretes, qui ad hunc Paulli locum commentati sunt.

Ϣⲃⲉ, *septuaginta*. Fortasse dicitur a שבע *septem*, cuius

plurale שבעים, שבעין, septuaginta significat in Oriente. Aethiopes septuaginta ሰብዓ שבע dicunt, fere, ut Aegyptii.

Ϣⲃⲓⲛ ⲛⲓ, *species*, *fruges*, *legumina*, *obsonia*. Est in hist. Martyriani ex codic. Borg. ⲛⲉϥϣⲃⲓⲛ ⲛⲉⲙ ⲛⲉϥⲥⲁϧⲟⲩⲛ ⲧⲏⲣϥ, *fruges et omne penus eius*. Et in *Lausiacis*, ⲉⲩⲉⲛⲧ ⲛⲛⲓⲥⲕⲟⲓ ⲛϣⲃⲓⲛ ⲛⲉⲙ ⲱⲓⲕ, *ferentes vasa obsoniorum* seu *leguminum et panem*: et in Shenuth. ⲟⲩϣⲃⲓⲛ ⲉⲧϩⲟⲣⲡ, *legumen madefactum*. Denique in Scal. M. pag. 192. ⲛⲓ ϣⲃⲓⲛ, الحبوب *fruges*, *legumina*. Porro ϣⲃⲓⲛ derivatum puto a זון, *pascere*, *nutrire*, *alere* chald. samarit. quod, remotis punctis vocalibus, legas licet *Zevan*: vel est ipsum זון *Zivan*, *Zivn*, *Zibn*, *obsonium*, *fruges*: namque ϣ saepius τῳ Zeta locum supplet. A זון fit מזונים *Mezavnim* hebr. *ταμεια*, *penus*, *promptuaria* Psalm. CXXXXIII. 13.

Ϣⲃⲱ, ϣⲃⲱⲃ, *σχοινος*, *funiculus* Psalm. CXXXVII. 3. ϣⲃⲱⲃ legit Crozius, ϣⲃⲱ exhibet Tukius in Psalterio. Idem mihi videtur, ac حبل, حبوب, *funis*, *funes* arab. ϣⲃⲱ simile omnino τῳ حبل, ϣⲃⲱⲃ autem τῳ حبوب.

Ϣⲃⲱⲃⲓ ϯ, الحنجرة, *guttur* Scal. M. pag. 76. Fortasse dicitur a ⲃⲉⲃⲓ, *eructare*, *effundere*, de quo superius actum. Pro ϣⲃⲱⲃⲓ theb. ϣⲟⲩⲱⲃⲉ.

Ϣⲃⲱⲧ, *ῥαβδος*, *virga* Psal. II. 9. et alibi. Idem hebr. שבט. In Scala M. pag. 116. ϣⲉⲃⲱⲧ.

Ϣⲉ, *πορευεσθαι*, *ire*, *incedere* Psalm. I. 1. Inde ϣⲉ ⲉⲃⲟⲗ, ϣⲉ ⲉϧⲟⲩⲛ, ϣⲉ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ &c. Consule Crozium. Convenit ϣⲉ cum مشى, مشا, *ire*, *ambulare*, *incedere*; مشي *ambulatio* arab.

Ϣⲉ. Est vox iurisiurandi index Gen. XXXXII. 15. I. ad Cor. XV. 31. Videtur a חי *Che* ortum: ut Gen. loc. cit. חי פרעה *per vitam Pharaonis*. Alibi חי יהוה *per vitam Dei*, vel *vivat Deus*. A חי *Che* fit ϣⲉ. Chet per Scin elatum saepissime occurrit. In *Encom.* Macobii Pshat. ϣⲉⲙⲛⲟⲩϯ, *per Deos*.

Ϣⲉⲃⲓⲉ, ϣⲉⲃⲓⲱ, *αλλαττειν*, *αλλαγμα*, *ανταποδομα* *ανταλλαγμα*, *commutare*, *referre*, *retribuere*, *commutatio*, *retributio*. Vide lexicon Croz. *T* adiecta fit ϣⲟⲃⲧ, ϣⲟⲡⲧ, ϣⲓⲃϯ *mutare*. Similia sunt שב, שוב, השיב, *converti*, *convertere*, *convertit*, *restituit*, *retulit*, *retribuit*, *rependit*. ϣⲉⲃⲓⲱ videtur eodem fere modo se habere ad שב, שוב, השיב, uti ⲧⲱⲃ et ⲧⲱⲱⲃⲉ *reddere*, *rependere* ad תוב. De quo supra. Theb. ϣⲟⲃⲉ et ϣⲓⲃⲉ

apud Georgium in *fragm. liturg.* pag. 318. Plura sunt in elencho cod. Borg. pag. 305. in adnot.

ϢⲉⲃϢⲓ, *θυρεος*, *scutum*, *clypeus* ad Ephes. VI. 16. Psalm. XXXXV. 9. Non est aliud, opinor, a حبس, *claustrum*, *repagulum*. Nam Chet, velut Scin, saepius enunciant. Claustrum chald. et syr. חבושיא. Porro *θυρεος* proprie est *ostium*, *claustrum*, licet frequenter pro scuto ac clypeo accipiatur.

Ϣⲉⲗ, ϣⲱⲗ, *σκυλευειν*, *σκυλον*, *spoliare*, *spolium*, *praeda*. Idem שלל, *spoliare*, *praedari*, *praeda*, *spolium*. Conveniunt cum his *σκυλον* *spolium*, *συλαω* *spolio*, *συλον* et *συλη* item *spolium*. Nam ϣ, ש, modo ut *S*, modo ut *SC*, exprimitur. Legitur etiam ϣⲟⲗⲥ *spolium* in elencho cod. Borg. pag. 473.

Ϣⲉⲗⲉⲧ, *νυμφη*, *sponsa* Hierem. XVI. 9. theb. ϣⲉⲗⲉⲉⲧ. Idem כלתא chald. et syr. *sponsa*. Hebraeis est כלה. A כלתא fit ϣⲉⲗⲉⲧ abiecta *A* finali, quae a Coptis frequenter supprimitur. Lege v. Ϣⲁⲧ. Chaf autem per *S* effertur, ut a כליות ortum ϭⲗⲱⲧ *renes*, a מרכבות ⲃⲉⲣⲉϭⲱⲟⲩⲧⲥ *currus*, ϣⲑⲏⲛ *tunica* a כתן, ϣⲗⲓⲗ *holocaustum* a כליל, ϣⲏⲛⲁⲩ *mercatus* a כנעה, ϭⲣⲟⲧ *fodere* a כרה, a *χηλαι* ϭⲗⲏ *chelae*, vel potius a ϭⲗⲏ *χηλαι*. Vide sis v. ϭⲗⲏ. Profecto ϣⲉⲗⲉⲧ non aliam originem habere illud etiam indicio est, quod, sicut in chaldaea vel hebraea radice, quam vocant, *sponsae* tantum, haud quaquam sponsi significatio inest, idem contingat in aegyptio vocabulo. Quare *sponsum* ita denominant ⲡⲓ ⲡⲁⲧϣⲉⲗⲉⲧ, *qui ad sponsam pertinet*. Eodem modo *thalamum* dicunt ⲡⲓ ⲙⲁⲛϣⲉⲗⲉⲧ.

Ϣⲉⲗⲧⲁⲙ, *σιναπι*, *sinapi* Matth. XIII. 31. Marci IIII. 31. Luc. XVII. 6. Item ϣⲉⲗⲧⲁⲙ, السلجم, *rapa*, *napus* Scal. M. p. 194. سلجم esse *rapum*, vel *napum* rapi genus habes ex antiqua *expositione nominum arabicorum* in calce Avicennae, ubi sic, *Selgem*, *id est napus*. Profecto ϣⲉⲗⲧⲁⲙ *Seltam* idem, ac سلجم *Selgam* fere, uti ⲑⲁⲙⲙⲟⲩⲛ *cuminum* non differt a كمون. Mirum vero non est, eodem nomine a Coptis rapum, vel napum, ac sinapi fuisse appellatum. Sinapi enim, vel certe sinapis species, auctore Plinio lib. 19. cap. 8. rapo similis est foliis, et semine et aliquantum radice protensa. Immo *ναπυ*, unde Latini *napum*, Atticis est, quod aliis *σιναπι* *sinapi* dicitur. Ita Plinius loco cit. et Athenaeus lib. 9. cap. 1. *ναπυ δ' Αττικοι*, inquit, *σιναπι φη*:

ex quo sumpsit Eustathius ; quem citat Casaubonus ad Athenaeum. Moeris, Ναπυ αττικως, σιναπι ελληνικως : et Phrynichus εν τη εκλογη Atticorum verborum, σιναπυ ου λεκτεον. ναπυ δε. Dixi *unde Latinis napus*. Neque enim verum puto etymon Isidori *Origin*. lib. 7. cap. 10. *napum a rapa* dici. Afferam eius verba: *Napus a similitudine rapae vocatus, nisi quod foliis latior, et radicis gustu subacrior est. Nominis autem affinitas in utrisque inde paene communis, quia utrumque semen in alterum vicissim mutatur. Nam rapa in alio solo, ut Aemilianus ait, per biennium mutatur in napum; alio vero napus transit in rapam.* Iam σιναπι eruditi vocatum putant παρα το σινεσθαι τας ωπας, quod oculos laedat et lacrimas cieat; unde Columella *fletum factura sinapis*. Sed ingeniosa haec notatio nominis a recentioribus grammaticis excogitata est, non insitam vocabulo vim atque originem prodit. Multo commodius sinapi, mea quidem sententia, ab Oriente petitur, scilicet a شنف *Sanapha*, quod est, rem *veluti abhorrentem, spectare, odisse, aversari* ac *refugere* aliquid, *invisum quid et acerbum accidere* vel *habere*. Nihil aptius exprimit naturam sinapis, quae maxime acerbitate sua atque acrimonia laedit. Quare βλεπειν ναπυ apud Aristophanem in *Equitibus* est, επιβλεπειν δριμυ και οργιλον. Λαχανα γαρ και τουτο ειδος· εστι δε δριμυ την φυσιν; uti graecus scholiastes ad versum Aristophanis,

Καβλεψε ναπυ, και τα μετωπ' ανεσπασε,

τα μετωπ' ανεσπασεν est, inquit, συνεστειλε τας οφρυς. Quem locum Suidas descripsit v. Ναπυ. A σιναπι ortum σιναπιω *vultum* aut *frontem contraho*. Eustathius, Εκ του σιναπι, και ρημα εστι κωμικον σιναπιω· οιον, το θυγατριον μου σεσιναπικε δια της ξενης. ηγουν εδριμυξατο. Pariter a σιναπι vel σιναπυ, σναπυ Attici ναπυ sine *S*, quae saepissime abiicitur initio dictionis. Consule Vossium *de permut. litter.*

Ϣελϣελ, σινιαζειν, *cribrare* Luc. xxii. 31. Refero ad חלל *perforare, perforatum esse*, quod in cribrum convenit. A חלל est חלחל *commovere, concutere, agitare*, quod in cribrando fit. Hoc idem omnino ac ϣελϣελ. Nam Chet, uti Scin, proferunt. Quid si ϣελϣελ *cribrare* per onomatopoeiam dixerint? Amant enim hac uti Aegyptii, quod in aliis observavimus.

Ϣελϣιλι, حصرم, *succus uvae acerbae, omphacium* Scal. M.

pag. 178. Uti a חלל *perforatum esse* ortum ϣⲉⲗϣⲉⲗ *cribrare*, pariter ab eodem verbo, quod etiam *acidum esse* vel *facere*, *acetum*, *omphacium* in Arabia signat, natum ϣⲉⲗϣⲏⲓⲗⲓ. Nam et Chet, quasi Scin, redditur, et ex verbis, quae secundam duplicant, fieri in Oriente solent, quae dicuntur quadrata. Eodem pacto se habet ⲧⲉⲗⲧⲉⲗ *stillare* ad טלל vel طلّ, ϣⲁϧϣⲉϧ *putridum* ad סחחא, ⲥⲉⲛⲥⲉⲛ *sonare* ad طن, &c.

Ϣⲉⲙⲉⲓ, *cupere* I. ad Thess. II. 8. Vel est a ⲙⲉⲓ *amare*, ut ϣⲉ augendi vim habeat perinde, ac ϣⲟⲩ: vel ortum a צמא seu ظمى aut طمع, *sitire*, *percupere*, *valde desiderare*; ubi צ, vel ظ, seu ط in ϣ vertitur, quod infrequens non est.

Ϣⲉⲙⲏⲣ, ζυμη, *fermentum* Exod. XII. 15. Matth. XIII. 33. Idem est חמיר, חמירא, خمير, *fermentum* chald. samar. syr. arab. Chet per Scei iuxta consuetudinem reddita.

Ϣⲉⲙϣⲓ, διακονειν, λατρευειν, ὑπηρετειν, λειτουργειν, θρησκεια, διακονια, *ministrare*, *servire*, *colere*, *cultus religiosus*, *ministerium*. Adi lexicon Crozianum. Idem שמש, *ministrare*, *servire*, *officio fungi* chald. syr. samar. שמש *minister* praesertim sacrorum. שמוש *ministerium*, *officium*, *cultus Dei*. A ϣⲉⲙϣⲓ fit ϣⲁⲙϣⲉⲓϧ ⲛⲓ, ειδωλολατρης Apoc. XXI. 8. Nam ⲓϧ est κακοδαιμων. ϣⲁⲙ// ϣⲉⲛⲟⲩϯ θεοσεβης, ϯ ⲙⲉⲧϣⲁⲙϣⲉⲛⲟⲩϯ θεοσεβεια.

Ϣⲉⲛⲉⲥⲏⲧ, urbs in Thebaide, quae saepius commemoratur in vita S. Pachomii, et in aliis libris Borgianis. Est autem certe, quam Graeci vocant χηνοβοσκιον aut χηνοβοσκια. Nam quoties in copticis occurrit ϣⲉⲛⲉⲥⲏⲧ, toties χηνοβοσκια legitur in graecis Patrum vitis. ϣⲉⲛⲉⲥⲏⲧ autem utique a ⲕⲉⲛⲉⲥⲱⲟⲥ *anser* appellata est, quemadmodum graece χηνοβοσκια ab anseribus vel ab anserum pastu nomen habet. Quamvis vero scribat Alexander in *Aegyptiacis* apud Stephanum, appellationem nihil ad rem facere propterea, quod nulla ibi anserum pascua reperiantur; nemo tamen dubitaverit, aliter olim fuisse, vel certe accidisse aliquid, quod caussam cognomento dederit, cuius notitiam ab hominum memoria aboleverit vetustas.

Ϣⲉⲛⲛⲟϩ ⲛⲓ, χοινισμα Sophon. II. 5. 7. Profecto ϣⲉⲛⲛⲟϩ idem est nomen, ac χοινος, *schoenus*, mensura aegyptiaca ad deprehendendas locorum distantias, uti scribit Herodotus lib. 2. num. 6. Strabo lib. 11. pag. 518. Artemidorus apud eundem et

alii multi; licet aliqui, ut Plinius lib. 6. cap. 26. persicam vel Persis usitatam dicant fortasse, quod eam ab Aegyptiis acceperint. Enim vero χοινος *schoenus*, vel *Schino Scheno*, sono ac litteris non differt a ϣⲉⲛⲛⲟϩ *Scennoh* seu *Schennoh*, *H* adspiratione neglecta. Inest etiam apta ac valde conveniens significatio. Est enim ϣⲉⲛⲛⲟϩ, si interpretari velis, *mensura funiculi*, id est, quae fit ope funis: ⲛⲟϩ quippe *funiculus*, ⲛ littera coniunctiva, ϣⲉ vel ϣⲓ *mensura*. Aliud porro est ⲛⲟϩ et ⲛⲟϩ ⲛⲣⲁϣϣ a ϣⲉⲛⲛⲟϩ. Nam ⲛⲟϩ tantum valet χοινιον *funiculus* Psalm. LXXVII. 55. hebr. חבל. Ⲛⲟϩ ⲛⲣⲁϣϣ, χοινιον γεωμετρικον, *funis mensorius* Zach. II. 1. hebr. חבל מדה. ⲣⲁϣϣ enim vel ⲣⲁϣ *metiri*. ϣⲉⲛⲛⲟϩ vero proprie est *mensura funiculo* inita, *schoenus* inquam, quantuscumque tandem is fuerit: nam *schoenos*, inquit Plinius loco cit. *alii alia mensura determinant*. Subinde ipsum spatium ita dimensum vocatur *schoenus*: ut heic ⲛⲓϣⲉⲛⲛⲟϩ ⲛⲧⲉ ⲫⲓⲟⲙ proprie sunt *schoeni maris*, generatim tractus, regiones ad mare positae, graece το χοινισμα της θαλασσης. Ex his conficitur, schoenos aegyptios a χοινος *iuncus*, quod etiam pro fune usurpant Graeci, unde χοινισμα, χοινιζειν, omnino secernendos esse, ac viros eruditos, qui inde repetunt, a vero aberrare. Mitto illos (neque enim audiendi sunt) qui vocem derivant ex hebraea lingua apud Vossium in *Etymol.* v. *Parasanga*. In elencho codicum Borg. nuper edito pag. 525. in adnot. lego ⲡⲉⲥⲕⲛⲟⲩϩ theb. ex Zachar. cap. XI. 7. id est *tractus* sive *intentus funiculus*, scilicet ad metiendum, quod interpres memph. in cod. Montfauc. ⲛⲟϩ ⲛⲣⲁϣϣ, *funis mensorius*. In graecis est χοινισμα, quod, licet ex usu communi spatium significet fune dimensum; id tamen heic septuaginta viri pro funiculo mensorio usurparunt, quod iidem alias, Zachar. II. 1. χοινιον γεωμετρικον dixere. Hoc autem Thebaei fere ad litteram ⲛⲟⲩϩ ⲛϣⲓⲉⲓϣⲓϩⲉ. Nam ϣⲓⲉⲓϣⲓϩⲉ est *agrum metiri*, γεωμετρειν.

Ϣⲉⲛⲟⲥⲓ, الطرفا, *tamarice*, *myrice* Scal. M. pag. 175. Vis ac significatio nominis mea sententia est *planta noxia*. Nam ϣⲉ *lignum*, *arbor*, ⲟⲥⲓ *noxa*. Hoc autem in tamaricen apte quadrat. Eam enim veteres ad maleficia adhiberi putabant, ex eaque credebant μιση fieri. Auctor est Hieronymus in caput 17. Isai. *Ex qua etiam arbore maleficis artibus* μιση, *id est odia*

concitari dicuntur. Eadem Isidorus *Origin.* lib. 17. cap. 7. Errat tamen uterque, quod μιϛρα intelligunt *odia*: μιϛρα enim proprie sunt pharmaca odiis concitandis accomodata; sicuti φιλτρα sunt ea, quae in amorem inducunt. Quare nec debuerunt dicere μιϛρα *concitari*, sed fieri, aut componi. Inepte enim Vulcanius in Isidoro legit μισεα *id est odia concitari*. Martinius quoque v. *Myrica*, ridicule pro *Mistra id est odia* scribendum coniecit, *miseriae in aedibus*, aut *mortes in aedibus*, vel *miserae mortes in aedibus*. Nihil mutandum. Namque haec ipsa, scilicet *mistra id est odia concitari*, Hieronymi verba sunt, a quo Isidorus accepit. Placet iam de myrices et tamarices, seu tamaricis etymo pauca subiicere. Salmasius in *Solinum* pag. 597. putat, ex graeco ά μυρικα (pro ἡ μυρικη) Latinos *Tamaricam* vel *Tamaricen* fecisse. Sed hoc videtur verius. Aegyptii, apud quos myrice celebratur, eam graeco vocabulo (nam aegyptium est ⲉϣⲉⲛⲟⲥ) ϯⲙⲩⲣⲓⲕⲏ vel ⲧⲉⲙⲩⲣⲓⲕⲏ denominabant. Inde *tamarice*. Myricen vero Graeci fortassis a מר *amarum*, *amarities*. Nam *gustus eius*, inquit Isidorus *Origin.* lib. 17. cap. 7. *nimis amarus est*. Mitto, quod alii vocem derivant a מרק *abstergere*, quia vim habeat abstergendi. Aliud myrices cognomen prodit Alpinus *de plant. Aegypt.* cap. 9. ubi de tamarice vel tamarisco. Ait vero *Atle* in Aegypto appellari. Quod verum quidem est. Sed arabicum id nomen putandum, uti pleraque sunt plantarum vocabula, ab Alpino memoriae tradita. Arabes quippe ac Persae اثل speciem myricae seu tamaricis vocant.

Ϣⲉⲛⲥ, βυσσος, *byssus* Gen. xxxxi. 42. Ex. xxv. 4. Idem ac שש *byssus* apud Hebraeos, qui fortasse ab Aegyptiis accepere. Byssus enim, quae genus lini est subtilissimi ac praestantissimi, in Aegypto nascitur, autore A. Ezra in Exod. loc. cit. aliisque multis. In Scala M. pag. 121. et in Scal. El. 427. ϣⲉⲛⲥ arabice vertitur الحرير id est, *seta*, *sericum*. Proximum vero est sericum bysso; aliud tamen. Lege Vossium v. *Byssus*, et Salmasium in *exercit. Plin.* Chaldaeis ac Syris byssus בוץ dicitur, quo nomine Hebraei quoque I. Paralip. xv. 27. Esth. viii. 15. sunt usi. Inde Graeci βυσσον fecere.

Ϣⲉⲛⲥⲉⲣⲃⲉⲛⲓ, σκολωψ, *aculeus*, *stimulus* II. ad Cor. xii. 7. Sic etiam in Sc. M. p. 344. Est idem ⲥⲉⲣⲃⲉⲛⲓ, ac hebr. דרבן,

stimulus, *aculeus*. ϣⲉ autem mea opinione *lignum* est, vel *fustis*. Quare ϣⲉⲛⲥⲉⲣⲃⲉⲛⲓ erit *lignum aculei*, seu *baculus aculeatus*. Nam proprie דרבן est *aculeus ferreus stimulo inditus*. Lignum vero seu baculum Thalmudici vocant מלמד. Unde est illud apud eosdem, מלמד שבלע את דרבן, *baculus*, *qui aculeum absorpsit*, id est *habens infixum aculeum*. Una inter דרבן et ⲥⲉⲣⲃⲉⲛⲓ diversitas est primae litterae. Sed *D* cum *S* commutari solet. Lege v. Ⲥⲣⲟϫ. Etiam ⲥⲉⲣⲃⲉⲛⲓ simpliciter, sive ϩⲁⲛ ⲥⲉⲣⲃⲉⲛⲓ, *aculei*, σκόλοπες habes Num. XXXIII. 55.

Ϣⲉⲛⲥⲓϥⲓ, κέδρος Ioh. XVIII. 1. *cedrus*, quod inscite Wilkinsius vertit *plantator*, item Psalm. XXVIII. 5. LXXXXI. 12. Et in Scala M. p. 175. ⲡⲓ ϣⲉⲛⲥⲓϥⲓ, الارز *cedrus*. Ad verbum ϣⲉⲛⲥⲓϥⲓ est *lignum cedrii*. Nam ⲥⲓϥⲓ est قطران *Kitran*, *cedrium* Scal. M. pag. 256. nempe succus aut gummi e cedro stillans, vel pix, quae ex eius ligno exprimitur, graece κεδρία vel κέδριον. Ab Arabibus Hispani acceperunt *Alquitran*, et Itali il *catrame*. Idem apud Thalmudicos est עטרן *Ghitran*, *cedria*, *resina*. Mutant enim in Oriente ע cum ק. Bochartum consule *Hieroz.* part. 2. lib. 3. cap. 12. Ita in re nostra idem עטר, ܥܛܪ, عطر, et קטר, ܩܛܪ, *olere*, *redolere*, *fumare*, *suffire*, et arab. قطر *stillare*. Hinc porro, nempe a עטרן vel قطران Graeci, ut arbitror, κέδριον et κεδρίαν, unde et arbori nomen κέδρος. Nullam enim in Graecia κεδρίω atque κέδρω originem reperias. At vero commode עטרן vel קטראן ab עטר vel קטר deducitur, quod est, ut modo dixi, *odorem spirare*, *redolere*, *stillatim fluere*. Suffragatur Plinius lib. 16. cap. 11. ubi de pice, quae e lignis resinosis exprimitur, *Hoc*, inquit, *in Syria cedrium vocatur*. *Cedrium* ait, id est קטראן *Kitran*. Scio Mazzocchium in *Etymolog.* Ger. Vossii κέδρον a קדרום *Kadros* trahere, quod in Onkeloso Genes. VI. 14. habetur: hoc autem a קדר *nigrescere* derivat. At multo vetius chaldaeam vocem e graeca expressam. Siquidem et alia sunt apud Onkelosum graeca nomina, etiamsi parcius, quam a recentioribus Chaldaeis, adhibita. Quod enim notat, קדרום *Kadros* per *A* efferri, non per *E*, ut a Graecis, id nihili est. Namque et קדרינון, quod e greco κέδρινον sumptum fatetur, quodque est in *Bereschit Rabba* eodem loco Genes. et קדרונין *ligna cedrina* ibid. in paraphrasi Ionathanis, cum vocali *A* subiecta leguntur. Cae-

terum quam haec puncta vocalia, quae vocibus subscribuntur, parvi facienda sint, certe qui harum rerum cognitione instituti sunt, non ignorant. In Scala M. pag. 183. est etiam Ⲡⲓⲧⲓⲛⲕⲓⲛ, ملك صنوبر, *gluten piceae* vel *pinus*, *resina*. ⲡⲓⲧⲓⲛⲕⲓⲛ est mea sententia راتينج *Reting*, vitiose expressum. Arabes efferunt *Retinegi*. Vetus expositio *nomin. arab.* in calce Avicennae, *Retinegi*, *id est Colophonia et gumma pini*. Colophonia autem dicitur resina Colophone proveniens, de qua Dioscorides lib. 1. cap. 93. et Plinius lib. 14. cap. 20. Quamvis Graeci recentiores atque Arabes ita denominent resinam quamvis. Sed Arabes *Calfonia* enunciant. راتينج porro a ῥητίνη ducitur. Hoc autem a צרי, *resina* hebr. derivat Bochartus *Hieroz.* part. 1. lib. 2. cap. 51. Ego a رجن vel رجينة *Ragina* arabice. Denique رجن fortasse ab ארזן *cedrinus*, quod est ab ארז.

Ϣⲉⲛⲧⲱ, σινδών, *sindon* Matth. xxvii. 59. Marc. xv. 46. Ϣⲉⲛⲧⲱ, ut opinor, a ϣⲱⲛⲧ *plectere*, *texere* ducitur. Vicissim a ϣⲉⲛⲧⲱ, quod Copti enunciant *Sendo*, fit *sindon*. Quippe *aegyptiam* esse *sindonem* refert Pollux lib. 7. cap. 16. idemque docti quamplures existimant. Dubium id mihi tamen. Nam etiam Tyriae sindones celebrantur. Itaque Martialis

Non sic in Tyria sindone tutus eris.

Et auctor *Etymolog. M.* sindones a Sidoniis inventas narrat; licet verum non sit, quod ille subiicit, a Sidone nomen ducere. Reapse Iudic. xiiii. 12. סדינים, *Sindones* in Phoenice commemorantur. Et Sindon, Hebraeis, Chaldaeisque סדין *Sadin*, *Sedin* dicitur, Syris ܣܕܘܢ סדון *Sedun*. A ϣⲉⲛⲧⲱ fit ϣⲉⲛⲧⲱⲛⲓⲁⲩ, *linea sindon*, *linteum* Iohan. xviiii. 40. In graecis est ὀθόνιον. Alibi ὀθόνη vel ὀθόνιον redditum ϩⲃⲱⲥⲛⲓⲁⲩ, *linea vestis*, *linteum*, ut Actor. xi. 5. Namque ⲓⲁⲩ *linum* est.

Ϣⲉⲛϣⲓ, λεπίδες, *squamae* piscium Levit. xi. 10. Deut. xiiii. 9. 10. Excepta *N*, quae saepius additur, ϣⲉⲛϣⲓ non discrepat a شفن *squama piscis*. Non alia ratione se habet ϣⲉⲛⲥ *byssus* ad שש, ⲥⲉⲛϯ *fundamentum* ad שת, ⲥϥⲣⲁⲛϣ *interpres* ad פרש.

Ϣⲉⲩⲛⲓ ϯ, *foenile* vit. Isaaci episc. Alexandr. in cod. Borg. ⲁϥϩⲱⲗ ⲉⲛϣⲱⲓ ⲉ̀ϯϣⲉⲩⲛⲓ ⲁϥⲱⲗⲓ ⲛⲟⲩϣⲟⲗ ⲛⲥⲙⲟⲩⲃⲉⲛ, *ascendit in foenile*, *ac foeni fasciculum sumpsit*. ϣⲉⲩⲛⲓ absque dubio a תבן *Theven*, *palea*, *foenum*; ut ⲉⲩⲛⲓ *mola* fit ab אבן *Even*

lapis. ϣ pro *Th* positum etiam in Aegypto occurrit, ut in Oriente ש pro ת.

Ϣⲏⲓ, *fossa*, *caverna* vit. Shenut. et Pachom. in cod. Borg. Theb. ϣⲏⲓⲉ, *λακκος*, *fovea*, *cisterna* Zachar. VIII. 11. Ϣⲏⲓ vel ϣⲏⲓⲉ non aliud a שיחה *Scihah Scehah*, *fovea* in Oriente, quae a שוח, *incurvari*, *deprimi* dicitur. Namque adspiratae litterae saepius omissae. Plena exemplorum vetustas.

Ϣⲏⲓⲃⲓ, ⲓⲥ, *rubigo*, *aerugo* epist. Iac. v. 3. theb. ϣⲏⲃⲉ. Est ܫܘܒܐ שובא, *uredo* apud Syros, et شوب apud Arabes, quae sunt a verbo שב, *arsit*, *inflammavit*. Inde, opinor, ϣⲏⲃⲉ et ϣⲏⲓⲃⲓ, quae Aegyptiis est aerugo, sive uredo frugibus infesta. Etiam ϣⲱϥ in elencho codic. Borg. pag. 472. si frumenti vitium sive aeruginem designat, heic habet locum: quippe quum a شوب parum absit. In eodem loco Iacobi habes ⲉⲣϣⲏⲓⲃⲓ, quod valet *rubiginem trahere*. Inde Graeci, quae mea est opinio, *ἐρυσίβη*: de quo supra verba fecimus. Est etiam in Scala M. pag. 257. ⲟⲩ ϣⲏⲓⲃⲓ, صدا, *aerugo*, *rubigo*, perperam a Kirkero redditum *pica*. Iterum male ⲡⲓ ⲙⲟⲩⲗⲟϫ, الصدا, qui est *bubo*, explicat *pica* in Scala El. pag. 487. Siquidem صدا arabice, modo *aerugo*, modo *bubo* aut *noctua*, modo etiam *pica* intelligitur. Sed coptici nominis erat habenda ratio.

Ϣⲏⲕ, ϣⲟⲕ, ϣⲱⲕ, *βαθυς*; *βαθος*, *profundus*, *profunditas*, *profundum esse*. Etiam ϣⲟⲕ, ϣⲱⲕ, ϣⲱⲕⲓ, *ὀρυσσειν*, *βαθυνειν*, *fodere*, *in profundum fodere*. Et ϣⲓⲕ, *βαθυνος*, *fovea*. Vide Crozium. Pariter ⲟⲩ ϣⲱⲕ, *fossa* Scal. M. pag. 353. In Scala El. 374. ⲱ ⲡϣⲟⲕ, يا لعمق, *o profunditas*. Quae sumpta ex epist. ad Rom. XI. 33. graece *ὦ βαθος*. Perperam Kirkerus *o stulte*, et in fine libri (ubi se corrigit) *in profunditate*. In elencho codic. Borg. pag. 411. ϣⲱⲕϩ et ϣⲟⲕϩ *profundus*, *profunditas* theb. Quamvis autem ista omnia a שקע *profundum esse*, *in profundum deprimi* duci possint, tamen melius fortasse ϣⲓⲕ, ϣⲱⲕ, *fovea* a שיחה, שוחה, *fossa*, uti etiam ϣⲱⲕ *profundum esse* a שוח *deprimi*, petitur. Adspiratae enim in tenues mutantur. Ab eodem fonte ϣⲏⲓ *fovea* supra a nobis derivatum est, in quo neglectae adspiratae, ut heic in tenues conversae. A ϣⲱⲕ factum ϣⲉⲕϣⲱⲕ *fodere*, et ϣⲉⲕϣⲱⲕ ⲉⲃⲟⲗ *effodere*, quod lego in elencho codic. Borg. pag. 373.

Ϣⲏⲗ ⲡⲓ, ϣⲏⲗ ⲉⲃⲟⲗ, παραλυτικος, *paralyticus*. Legitur in *Precibus Copt.* Mss. a Crozio laudatis et Matth. cap. VIII. v. 6. Venit a شل, *luxatus*, *dissolutus fuit* membris; unde اشل, et etiam شل, *luxatus*, *membris dissolutus* arab. et persic. In Scala M. pag. 159. habetur etiam ϭⲁⲗⲉ *paralyticus*, quod nescio, utrum sit a شل, vel a خلع *luxatio* ac *dissolutio artuum* arab. Tamen ϭⲁⲗⲉ plerumque *claudum* vocant; de quo infra sermonem faciam.

Ϣⲏⲙ, *minutus*, *parvus*. ϣⲏⲣⲉϣⲏⲙ, *parvus filius* theb. ⲍⲱⲟⲛϣⲏⲙ, *parvum animal*. Est a ϣⲟⲙ, ϣⲁⲙ, ϣⲙⲁ, *imminui*, *attenuari*. Quo pertinet ϣⲏⲙⲙϣⲏⲙ, *conterere*, *comminuere* theb. Mich. I. 7. Item ϣⲏⲙⲙϣⲏⲙ et ϣⲁⲙϣⲁⲙ, *paullatim*, *minutatim*. Eodem refero ϧⲉⲙϧⲱⲙ, ϧⲟⲙϧⲉⲙ, συντρίβειν, σύντριμμα, θραυσις memph. Sed etiam legitur ϣⲏⲙ *excelsus* sane contrario significatu Scal. El. p. 361. ubi ⲉⲥϣⲏⲙ رفيعة, *excelsa*. Hoc vero ab Oriente adscitum. Arabes enim سما *excelsum esse*, *eminere*, سمو *altitudo*, سام *altus* &c. Inde سما *caelum* dicitur. Pariter שמים, שמיא. *caelum* hebr. chald. syr. ab eodem fonte derivant sapientiores, a verbo, inquam, שמה vel שמא, cui *altitudinis* notionem olim fuisse insitam omnino persuasum habeo. Propterea אנשי השם, quod habemus Genes. cap. VI. v. 4. vocantur gigantes, id est *viri altitudinis* potius, quam *viri nominis*, ut vulgo interpretes explicare consueverunt. Lege sis hac de re disserentem Mazzocchium in adnot. ad Genes. cap. I. v. I. et cap. XI. v. 4.

Ϣⲏⲟⲩⲓ, βωμος, *ara*. Est in Actis cap. XVII. v. 23. Amosi cap. VII. v. 9. Item ϣⲏⲃⲓ in actis Epimii martyr. ϣⲏⲩⲉ theb. In Scala Kirker. pag. 257. 344. ϣⲏⲟⲩⲓ, نصبة الاصنام, *constitutio*, *erectio simulacri*, quod ab *altaris* significatione parum distat. Fortasse ϣⲏⲟⲩⲓ petitur a نصبة, *statua*, *erectus lapis*, *cippus*, *idolum* arabice. Namque *N*, praesertim initio vocis, excidere, saepius observatum est.

Ϣⲏⲣⲓ *filius*, et ϣⲉⲣⲓ *filia*. Ubique in Coptorum libris legenda occurrunt. Non dicam ϣⲏⲣⲓ vel ϣⲉⲣⲓ ab extraneis linguis sumptum. Notabo tantum simile esse جرا *Giri*, *puer*, جارية *Giria*, *puella* apud Arabes. Nam *G* cum *S* commutari, non est heic opus dicere, quum saepius dixerim ac probaverim, maxime

in v. Ϣⲁⲣⲓ. A ϣⲏⲣⲓ vel ϣⲏⲣⲉ theb. fit ϣⲏⲣⲉϣⲏⲙ, παιδίον, παιδία, *puellus*, *puelli* Matth. xviii. 14. in cod. Nanian. id est *parvi filii*, quia ϣⲏⲙ *parvus*. Iidem alias ϣⲏⲣⲉⲕⲟⲩⲓ. A ϣⲏⲣⲉϣⲏⲙ dicitur ⲙⲉⲧϣⲏⲣⲉϣⲏⲙ, *pueritia* Zach. cap. xiii. v. 5. in codic. Borgianis.

Ϣⲑⲉϩ, πλατεῖα, *platea* Apoc. xi. 21. Matth. vi. 5. Est ipsum syriacum nomen ܫܛܚܐ שטחא, *platea*, *extensio*, notatum a Crozio. Hoc autem a verbo שטח, *expandere*, *extendere* hebr. chald. syr. aethiop.

Ϣⲑⲏⲛ, χιτὼν, *tunica*, theb. ϣⲧⲏⲛ, ἱμάτιον Aggei ii. 13. Idem est כתן, unde כתנת *tunica* hebr. כתן *linteum*, כתונא *tunica* chald. כותינא syr. Cum his convenit χιτὼν graece. Caph. ab Aegyptiis per ϣ vel *S* non raro expressa invenitur. Habes aliqua exempla in v. Ϣⲉⲗⲉⲧ.

Ϣⲓⲛⲓ, ἀγγελία, *nuncius*, *nunciare* Ezech. xxi. 7. Item ϣⲉⲛ, unde ϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ *bonus nuncius*. Simile prorsus ዜና ዘ Zen *nuncius*, et ዜነወ ዘነ *nunciare*. Eodem pertinet ϭⲛⲟⲩ *nunciare*, quod est in vita Shenuthi ex codic. Borgianis. Thebaei ϫⲛⲉ, ϫⲛⲟⲩⲓ *interrogare*, *nunciare* Zach. iiii. 12. Ioh. viii. 19. ϣ, *Z*, *G*, ut nosti, inter se commutantur. Hinc ϥⲁⲓ ϣⲓⲛⲓ *tabellarius*, *nuncius*. Ϭⲁⲓϣⲓⲛⲉ πρέσβυς theb.

Ϣⲓϯ, ἐξέραμα, *vomitus* II. Petri ii. 22. Proximum ϣⲓϯ *Sciti Siti* certe τῳ ቂእት *Citi*, *vomitus* aeth. quod a verbo קיא, קוא, *evomere* aethiop. arab. hebr. *S* frequenter τε *K* vel *C* locum subit. De quo plura v. Κιχορον. Etiam ϣⲁⲧ *vomere* habes in codic. Borgianis.

Ϣⲕⲉⲗⲕⲓⲗ, κώδων, *tintinnabulum* Exod. xxviii. 32. 33. Est certe idem, ac צלצל *tintinnabulum*, *cymbalum*, צלצלים *tintinnabula*, *cymbala*; quae sunt a צלל *collidi*, *tinnire*, *concuti*, unde צליל *sonus*, *tinnitus*. Ob litteram Tsade scriptum credo ϣⲕⲉⲗⲕⲓⲗ. Sic enim exhibet Wilkinsius, et Scala M. pag. 113. Contra Crozius ⲕⲉⲗⲕⲓⲗ. Consonat etiam ϣⲕⲉⲗⲕⲓⲗ vel ⲕⲉⲗⲕⲓⲗ cum ܓܠܓܠܐ גלגלא, et جلجل, *tintinnabulum*, *cymbalum*. Quae sane a צלצל minime differunt. Sed a צלל est etiam ψάλλειν, significans *tangere*, *quatere*, *pulsare*, ut ψάλλειν νευρὴν ἢ χορδήν. Sunt autem verba huiusmodi ad exprimendam ipsam tintinnabuli aut cymbali vocem inventa. De quo verbum feci in v. Ⲕⲉⲙⲕⲉⲙ. Subiiciam

heic ⲁⲗⲓⲥⲓⲧⲱⲛ الجلجل, *catenula*, *tintinnabulum* Sc. M. pag. 123. Est autem, quod Graeci dicunt ἁλυσίδιον, corruptum a Coptis aevi deterioris.

Ϣⲕⲱϯ ⲛⲓ, الالطاخ, *gluten*, *linimenta* Scal. M. 126. Arbitror, ϣⲕⲱϯ *Scoti* ortum a שוד *linire*, *calce obducere*, quod ante quam puncta inscriberentur, efferri potuit *Scud*, *Scod*, unde *Scot*. Aegyptii enim quondam littera *D* destituti, ut alias monui, eam in *T* mutare solebant. שיד etiam est *calx* in Oriente. Mitto loqui de ⲕⲟⲗⲗⲁⲛ *gluten* Scal. M. pag. 183. Etenim id a κολλα non diversum.

Ϣⲗⲁϩ ⲛϩⲏⲧ, ϣⲟⲗϩ ⲛϩⲏⲧ, ⲉⲣ ϣⲗⲁϩ ⲛϩⲏⲧ, λυπεῖσθαι, δειλιᾶν, διαπορεῖν, *animi angustia* vel *timor*, *animo angi*, *turbari*, *haerere*, *formidare*. Adi lexicon Crozianum. Idem sane videtur ϣⲗⲁϩ vel ϣⲟⲗϩ cum חלה *Chalah Scialah* (nam Chet, uti Scin, exprimi solet) *aegritudine affici*, *aegrotare*, *infirmari*, *sollicitum esse*, *dolere corpore vel animo*. Addunt ⲛ ϩⲏⲧ, quo significent infirmitatem animi. Quamvis etiam simpliciter ϣⲗⲁϩ sit *tristitia*; ut in Scala M. pag. 255. ⲟⲩ ϣⲗⲁϩ, حزن, *tristitia*, *moeror*; et apud Tukium in *gram. copt.* p. 651. ⲛⲓ ϣⲱⲗϩ, الاحزان, *tristitiae*. Habent Arabes quoque assimile وله *affectio animi*, *angustia*, *sollicitudo*, *cura*. Insuper ⲛⲉϩϣⲗϩ lego in elencho cod. Borg. pag. 493. coniunctum ex ⲛⲉϩ, et ϣⲗϩ *timor*, *tristitia*.

Ϣⲗⲏⲗ, *precari*, *orare*, *deprecatio*, *preces* in lib. *Precum Coptic.* quem citat Crozius. Non differt a צלא vel צלי, quod, maxime in Pahel geminata *L*, valet *orare*, *precari*, *supplicare* chald. syr. aethiop. arab.

Ϣⲗⲓⲧ, *culter* in actis Epimii et Anubi martyr. ex codic. Borg. Idem est صلت *culter*, *spiculum* arab. A quo etiam ϣⲗⲓϫ memphit. et ϣⲗⲓϭ theb. in elencho codicum Borg. pag. 334. non discrepant.

Ϣⲗⲟⲕϣⲓ, *ramus*, *surculus* in actis Epimii martyr. ubi ϩⲁⲛ ϣⲗⲟⲕϣⲓ ⲛϣⲉ ⲛϫⲱⲓⲧ, postea ⲛⲓ ϣⲗⲟⲕϣⲓ ⲛϣⲉ ⲛϫⲱⲓⲧ, *rami oleae*. An vocem acceperint Copti ab Arabibus, ignoro. Sed tamen fieri potuisse arbitror. Hi enim لقم, quod Copti efferant *Lakscio*, *surculum*, *ramusculum* vocant. Iidem لقمة, *germinatio*, *surculus*, a verbo لقم, *germinare*, *fruticare*, *pullulare*. A *Lakscio* autem, si ϣ praefigatur, quod est in aegyptia lingua non infre-

quens, fit *Slakscio*, unde *Sloksci* ϣⲗⲟⲕϣⲓ. Pro ϣⲗⲟⲕϣⲓ Thebaei ϣⲗϩϭⲉ, κλῆμα, *palmes*, *ramus* Iohan. xv. 2.

Ϣⲗⲟⲙⲃⲏϫ, νυκτικόραξ Levit. xi. 17. qui idem Deut. xiiii. 17. dicitur ⲙⲟⲩⲗⲁϫ. Non recte Crozius eum esse putat, quem Graeci appellant καταῤῥάκτην. Hunc enim Copti ⲕⲁⲧⲁⲣⲣⲁⲕⲧⲏⲥ, ut in graecis: in Levitico sic, ⲛⲉⲙ ⲡⲓϣⲗⲟⲙⲃⲏϫ ⲛⲉⲙ ⲕⲁⲧⲁⲣⲁⲕⲧⲏⲥ: in Deuteronomio autem, ⲛⲉⲙ ⲕⲁⲧⲁⲣⲁⲕⲧⲏⲥ ⲛⲉⲙ ⲙⲟⲩⲗⲁϫ, graece καὶ καταῤῥάκτην καὶ νυκτικόρακα. Itaque videtur idem fere a Coptis haberi ⲙⲟⲩⲗⲁϫ et ϣⲗⲟⲙⲃⲏϫ. Enim vero ϣⲗⲟⲙⲃⲏϫ mihi est *niger accipiter*, vel *accipiter nocturnus*. Nam ⲃⲏϫ est *accipiter*; צלם vero aethiop. denotat *tenebrosum ac nigrum esse*, *niger*, *fuscus*, *ater*. Etiam hebr. צלמון ideam *umbrae* ac *obscuritatis* offert; et arab. ظلام est *obtenebrari*, *obscuritas noctis*, *tenebrae*. Hac nominis interpretatione posita, ⲙⲟⲩⲗⲁϫ et ϣⲗⲟⲙⲃⲏϫ belle conveniunt. Est enim hic quidem *niger accipiter*; ⲙⲟⲩⲗⲁϫ vero, quasi املج *Amlag*, *fusco nigrove colore praeditus*, ut supra a nobis v. Ⲙⲟⲩⲗⲁϫ explicatum est.

Ϣⲗⲁⲙⲟⲩϣ, *mancus*, *infirmus* in vita Iohan. Colobi, et *Encom.* Macarii episc. Tkou. in codic. Borg. ubi legitur ϭⲗⲁⲙⲟⲩϣ. Fortasse a חלש, *debilem*, *infirmum esse*, *infirmus*, *debilis*, חלושה *infirmitas*, et חלשא *debilis*, *infirmus*. Chet vel ϫ per ϣ efferri in Aegypto, nemo coptice doctus ignorat.

Ϣⲙⲏⲛ, ϣⲙⲟⲩⲛ, *octo* Scal. M. p. 67. *Liturg. Basil.* p. 5. Est ipsum שמונה *octo* hebr. Idem apud Chaldaeos, Syros, Arabes, qui tamen ש in ת mutare solent. Aethiopes quoque ሰመን שמן *octo*.

Ϣⲛⲁⲧ, *mercatus*, *nundinae*. Leges in vit. Iohan. Colobi et in act. Epimii martyr. Origo eius a כנעה, *Cenaah*, *Cnaah*, *merx*, *mercatura* hebr. Caph enim non raro per ϣ reddita a Coptis. Quaere v. Ϣⲉⲗⲉⲧ.

Ϣⲛⲉ, المبقلة, *hortus*. Est in Scala Kirker. pag. 259. 301. Et ϣⲛⲏ apud Tukium pag. 401. Unde ϯϣⲛⲏ ⲛⲟⲩⲟϯ, *hortus olerum* in Shenutho, et ⲡⲁⲧⲉϣⲛⲏ *olitor* Iohan. cap. xx. 25. theb. apud eundem Tuk. p. 76. qui memph. ⲡⲓ ϭⲙⲉ ⲛϭⲱⲙ, κηπουρός. Iam ϣⲛⲉ seu ϣⲛⲏ idem mihi videtur, ac גנה vel גנא *hortus* hebr. chald. arab. quae a verbo גן derivantur. *G* cum ϣ commutari

frequenter, ostendi in v. Ϣⲁⲣⲓ *percutere*. Sed est etiam ϣⲛⲉ et ϣⲛⲏ, δίκτυον, ἀμφίβληστρον, *rete*, quod pariter a גנן, *tegere*, *obtegere*, *cingere*, *circumclaudere* repetendum puto. Eodem modo Chaldaei a גנן faciunt גנונא, *sagena*, *nassa*. A ϣⲛⲉ *rete* dicitur etiam ⲛⲓ ⲉⲃⲓⲛϣⲛⲉ, الشبابيك, *opus reticulatum*, *cancellatum*, *fenestrae reticulatae* Scal. M. pag. 156. Constat enim vocabulum ex ϣⲛⲉ *rete*, et ⲉⲃⲓ, ⲛⲓ ⲉⲃⲓ, *opus*, *opera*. Ita in Exodo legimus ϩⲱⲃ ⲛϣⲛⲉ, ἔργον δικτυωτὸν, *opus reticulatum* cap. XXVII. vers. 4. At vero ⲛⲉⲃⲓⲛϣⲉ sunt τα ξύλινα Levit. cap. XXVI. v. 30. Nam ϣⲉ *lignum* est.

Ϣⲛⲟⲩϥ, *corbis*, *sporta* Scal. M. p. 151. Multam habet similitudinem, quum sono, tum significatu cum كنف *pera* pastoris, *mantica*, in qua res minutae ac quae frequentem habent usum, reponuntur. Est etiam in Oriente כנף notans *colligere*, *congregare*. Caph porro atque ϣ, alteram fungi vice alterius, paullo ante in v. ϣⲛⲁⲩ observatum est.

Ϣⲟⲃⲉ, *tumere*, *tumens*, *tumor* theb. in libro S. Epiphanii *de duodecim gemmis*: cuius pars ex codic. Borg. ab Georgio est edita in *Actis S. Coluthi* 2. edit. ubi ϩⲛⲙⲁ ⲉⲩϣⲟⲃⲉ, *loca tumentia*, graece οἰδήματα, *tumores*. Ductum puto nomen a צבה *tumere*, צבה *Tsobe* vel *Sobe*, *tumens* hebr.

Ϣⲟⲃⲓ ⲛⲓ, ὑποκριταὶ, *hypocritae* Matth. VI. 2. Nomen repeto a צבועים, homines *fucati*, *hypocritae*, abiecta littera *M*, nota pluralis numeri apud Hebraeos; quod ipsum a צבע *colorare*, *fucare* dicitur.

Ϣⲟⲗ, δέσμη, *fasciculus* Exod. XII. 22. An est a غل *ligare*, *vincire*? aut a غلة *manipulus*? Nam *G* Copti per ϣ repraesentant.

Ϣⲟⲗ ⲛⲓ, ὀδόντες, *dentes* Ioelis I. 6. Non bene Crozius *dentes molares*. Ibi enim *molares* ⲛⲁϩϫⲓ sunt: ⲛⲉϥϣⲟⲗ ϩⲁⲛⲛ ϣⲟⲗ ⲙⲙⲟⲩⲓ ⲛⲉ ⲟⲩⲟϩ ⲛⲉϥⲛⲁϩϫⲓ ⲛϩⲁⲛ ⲙⲁⲥⲙⲟⲩⲓ ⲛⲉ, graece οἱ ὀδόντες αὐτοῦ, ὀδόντες λέοντος· καὶ αἱ μύλαι αὐτοῦ, σκύμνου. Porro ϣⲟⲗ non differt a ملاظ *dens*, proprie *caninus*, apud Arabes: uti ⲛⲁϩϫⲓ non discrepat a نواجذ *molares*. Quare etiam ϣⲗⲟⲗ scriptum in *Encom.* Pisentii.

Ϣⲟⲗⲕ, ϣⲱⲗⲕ, *plectere*. ϣⲟⲗⲕ ⲃⲓⲣ, *sportas plectere* in *Lausiacis* Borg. In Vita Macarii Abb. ⲡⲓⲣⲏϯ ⲛϣⲱⲗⲕ, *modum*

plectendi stoream, graece πῶς ῥάπτειν δεῖ. Assimile est سلك *Salac* (quod Copti *Solc*) *rem inserere in aliam, nectere, vincire,* unde سلك *Selco*; *filum, nexus*, مسالك *funiculus*. A ϣολκ parum dissimile ϩολκ sive ϩωλκ, πλέγμα, ἐμπλοκή, *plexus* I. ad Timoth. II. 9. I. Petri III. 3. ϩωλκ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓϥⲱⲓ, *crinium plexus*. In Scala El. pag. 354. ϩολκ, ظفاير, *cincinni*. Dixi ϣολκ et ϩολκ fere convenire inter se, quia ϩ sive *H*, et *S*, alteram loco alterius subiicere in more positum. Vide v. *Seriphium*.

Ϣολⲙⲉⲥ, κώνωψ, *culex* Matth. XXIII. 24. et in Scal. El. 437. ϯ ϣολⲙⲉⲥ, الناموسة, *culex*; male Kirkerus *legalitas*. In Scal. M. 173. scriptum ϭολⲙⲉⲥ. Puto culicem ϣωλⲙⲉⲥ a ϣωⲛλϩ *aculeus* et ⲙⲉⲥ *nasci, gigni* vel *gignere* denominatam. Nam culici aculeus ingenitus. Plinius lib. 11. cap. 28. *Culici aculeus in ore*.

Ϣⲟⲙ, γαμβρός, *socer* Exod. III. 1. Ioh. XVIII. 13. Idem est חם *socer* hebr. chald. syr. aethiop. arab. Nam Chet per Scin efferre usitatissimum est. Quod piget tam saepe dicere. A ϣⲟⲙ fit ϣⲱⲙⲓ *socrus* Matth. VIII. 14. theb. ϣⲱⲙⲉ Mich. VII. 6. in cod. Borgianis.

Ϣⲟⲛⲃ, συζευγνύναι, συμφώνησις, *coniungere, coniunctio, consensus* theb. Matth. XVIIII. 6. in cod. Nanian. II. ad Cor. VI. 15. apud Tukium 219. Item ϣⲱⲛϥ *coniunctio* in cod. Nan. pag. 318. Ϣⲟⲛⲃ vel ϣⲱⲛϥ (nam *B* et *P* vel *Ph* alteram pro altera sumi nemo ignorat) referas ad סנף *coniungere*, in Oriente. Nec dissimile est שלב, *coniungi, coniungere*; quum litterarum *L* et *N* permutatio sit admodum frequens.

Ϣⲟⲛϩ, στερεῖν, *privare, fraudare* Psalm. XX. 2. Idem est خان, خون, *fraudare, privare, decipere*. Chet in *Sc* de more conversa: ϩ saepius παρέλκει.

Ϣⲟⲛϯ, theb. ϣⲟⲛⲧⲉ, basmyr. ϣⲁⲛϯ, ἄκανθαι, *spinae* Matth. VII. 16. ad Hebr. VI. 8. Hos. VIIII. 6. Idem videtur, ac سنط vel صنط, *acacia, spina aegyptia* vel *arabica*. Alpinus quoque *de plant. Aegypt.* cap. 4. *Sant* acaciam vel aegyptiam spinam ab Aegyptiis denominari memoriae tradit: quae vox Arabibus communis est, et cum ϣⲟⲛϯ plane consonat. Sed, quod acaciae, veluti proprium nomen, putatur, de omnibus spinis usurpatum videmus a Coptis, ut supra Matth. VII. 16. et in aliis locis. Ab

his opinione multorum non discrepat שטים *Sittim* Exod. xxv. 5. ubi *ligna Sittim*. Itaque Arabs vertit *ligna* السنط *Alsant*. Uti Kirkerus in Scala M. ns ϣⲟⲛϯ, السنط, reddit, *ligna Settim*. Qui pag. 492. ϣⲟⲛϯ, شوك, recte *spinae*, *tribuli*. Audiatur de his Hieronymus in caput 41. Isaiae vers. 19. *Setta spinam Theodotio transtulit. Est autem genus arboris nascentis in eremo, spinae albae habens similitudinem: unde omnia lignea arcae et tabernaculi facta sunt instrumenta, quae appellantur Settim &c.* Hinc vero, scilicet a spinis arabicis, *Sittim*, vel *Sittin*, factum nomen campis *Sittim* in Moabitide Numer. xxv. 1. nempe ob spinarum huiusmodi copiam putant, uti Bochartus in *Phaleg* lib. 1. cap. 4. Sed utrum *Setta* vel *Sittim*, acaciam, sive aegyptiam spinam aut arabicam notent, in quaestione est. Negant enim Clericus in Exodum, Vitringa in Isaiam et alii non pauci. Quare hoc quidem praetermittamus. Quod autem ad nos pertinet: quum eadem sit vox Arabum atque Aegyptiorum, ϣⲟⲛϯ nempe atque *Sant*, utri eam dederint, utri acceperint, quaeri potest. Praestat vero, mea certe sententia, Aegyptiis adscribere. Qui mihi videntur ϣⲟⲛϯ primo spinam generatim, tum potissimum *acaciam* denominasse: quod nomen ei postea, tamquam proprium, inhaesit. Vocabulum vero ipsum a ϣⲱⲛⲧ, quod in Aegypto valet *plectere*, fortasse ductum. Adiiciam his latinum *Sentis*, quod fere cum ϣⲟⲛϯ, tum sono, tum etiam significatione consentit. Sed Vossius et Mazzochius in *Etymolog.* aliunde repetunt. A ϣⲟⲛⲧⲉ fit ⲙⲁⲛϣⲱⲛⲧⲉ theb. Nahumi 1. 10. in cod. Borg. quod ego *vepretum* intelligo.

Ϣⲟⲡ, *palma*, *palmus*, *vola manus* et *pedis* Ex. xxv. 24. Scal. M. pag. 78. Etiam πηχυς, *cubitus* Apoc. xxi. 17. Ϣⲟⲡ vero basm. ϣⲁⲡ, *Schop*, *Schap*, non differunt mea sententia a כף *Caph Cap*, *vola manus*, *pedis*, *curvitas quaevis*, *cochleare*, *acerra*, *vas quodvis concavum*, quae a כפף, כף, *incurvare*, *curvum esse* hebr. chald. syr. derivantur. Nam Caph in ϣ vel Scin saepe convertitur. Quaere v. Ϣⲉⲗⲉⲧ. Possem equidem ϣⲟⲡ nomen a verbo ϣⲟⲡ, ϣⲉⲡ, ϣⲏⲡ, basmyr. ϣⲡ, quae *capere*, *suscipere* exprimunt, ducere. Sed haec ipsa a כפף, כף, *incurvare*, *curvitas*, *cavitas* expressa videntur. Cum ϣⲟⲡ conveniunt ϭⲟⲡ et ϭⲱⲡⲓ *capere* apud Crozium.

Ϣοπς, *δοχη*, *convivium* Luc. v. 9. Gen. xxi. 8. Est a ϣοπ *recipere* nuncupatum: quomodo *δοχην* a *δεχομαι* dicunt Graeci.

Ϣορ, ϣϣρ, *εμφρασσειν*, *obstruere*, *obturare* Gen. xxvi. 15. 18. Zach. xiiii. 5. Repeto a סכר, *obstruere*, *obturare*, *claudere* hebr. chald. Syr. samarit. arab. vel a סור. Nam ϣορ si legeris *Scor*, seu *Schor*, fere sonat, ut סכר *Scar*, *Schar*. Quippe pro *A* Copti vulgo *τῳ O* libentius utuntur. Hoseae xiii. 15. ϣορ legitur pro *εξερημοω*, quod est in graecis, ubi pro illis *εξερημώσει τας πηγας αυτε*, ηεϥⲙⲟⲩⲙⲓ εϥεϣορου. Sed sive reddideris *fontes eius obstruet*, sive *fontes eius siccabit*, eadem erit sententia.

Ϣοτ, *durus*, *dura*, ερ ϣοτ *indurare* Exod. iiii. 21. ad Rom. viiii. 18. et ϯϣοτ Exod. vii. 22. An est a קשה *dura* hebr. vel קשיה *durities* chald. Quibus alia similia sunt apud Syros. Abiecta enim prima littera, superest שה. *C* autem vel *K* interdum excidere ostendit Vossius lib. *de permut. litter*. Etiam in copticis libris reperies similia, ρωβη a كريب, ρωϣϩ a חריכה, σηβι a قسب, λακ a חלק &c. Habemus et ϩατ ϣοπτ *dura* Psalm. lviiii. 3.

Ϣοτρεϥ, البازى, *accipiter*. Legitur in Scal. M. 167. Nomen vero habet, ut mihi est opinio, a טרף, *discerpere*, *dilacerare*, *rapina*, *praeda*, unde est טרפית, *avis rapax*, *milvus*. ϣο tamen, quod est in principio vocis, non bene, quid valeat, perspicio. Nisi forte id, veluti ϣοι, particula augendi vi praedita, habendum putemus: quae ipsa rursus a ϣαι vel ϣο *multum* mea conjectura ducitur. Vide Ϣοιⲙεηριτ, quod sequitur paullo post.

Ϣοι, ϣοιιε, ϣοιⲙοι *siccus*, *siccum*, Genes. i. vers. 9. Matth. xii. vers. 10. Exod. xv. vers. 19. Matth. xxiii. vers. 15. Haec refero ad ציה *siccitas*, צחה, צחא *aridum esse*, *arescere*, צחיא *ariditas*. Tsade elatum per ϣ ubivis occurrit. Saepe etiam per τϣ. Itaque dicunt τϣοιιε et τϣοιιο, *siccare*, *arefacere* Nahumi i. 4. Ep. Iacobi i. 11. Quamquam τ vel ϯ praefixum nominibus, frequenter est *dare*, *facere*; unde τϣοιιο *siccum facere*. Theb. est ϣοοιε.

Ϣοιιτ, *connexus*, *complexus*, *implicitus* Exod. xxviii. 22. ϩαιϣταϯ ειϣοιιτ, graece *κρασσες συμπεπλεγμενες*, quod Augustinus *fimbrias complectentes*, alii *catenulas connexas*. Forsitan ϣοιιτ *Sciovit* ortum a شو *Sciavet*, *adhaerere*, *connexum*, *impli-*

tatum esse arab. Wilkinsius ⲉⲩϣⲟⲩⲓⲧ reddit, *cohaerentes*: etiam in vulgata latina editione *invicem cohaerentes*.

Ϣⲟⲩⲙⲉⲛⲣⲓⲧ, *αγαπητος*, *dilectus*, *praecipue carus* Psalm. cxviii. 97. et lxxviii. 1. Ⲙⲉⲛⲣⲓⲧ est *ηγαπημενος* a ⲙⲉⲛⲣⲉ *αγαπαν*. ϣⲟⲩ autem est particula *αυξητικη* apud Aegyptios, quemadmodum *βου* apud Graecos. ϣⲟⲩ tamen forsan a ϣⲱ vel ϣⲟ *multum* significationem trahit. Ita ϣⲟⲩⲙⲟⲥϯ *εχθιςος* a ⲙⲉⲥⲧⲉ, ⲙⲟⲥϯ, *odio habere*, *odium*, *odiosus*; ϣⲟⲩⲧⲁⲓⲟ *valde honorandus* a ⲧⲁⲓⲟ *honor*: quam vocem referunt non semel *Preces Copticae* in lexico Croziano laudatae. Nescio, an huc spectet ϣⲟⲩϣⲱⲟⲩϣⲓ *sacrificare*, *sacrificium*, cuius vocabuli origo atque vis ignoratur. Hoc enim pariter ex eadem part. ϣⲟⲩ ac ⲟⲩⲱϣⲧ *προσκυνειν*, *adorare*, *venerari* coniunctum quis putet. Sacrificium quippe maximum est inter ea, quae Deo tribuere solemus, cultus ac venerationis genus. Sed *επεχειν* satius.

Ϣⲟⲩⲣⲏ, *πυρειον*, *θυμιατηριον*, *thuribulum* Num. xvi. 17. 46. Levit. xvi. 12. ad Hebr. viii. 4. Ϣⲟⲩⲣⲏ *Scioure* mihi est, tamquam ϣⲁϩⲁⲣⲉϩ, vel ϣⲁϩⲟⲩⲣⲏ, *ignis receptaculum*. Nam ϣⲁϩ *flamma*, *ignis*, ⲁⲣⲉϩ *custodia*, et ⲟⲩⲣⲓⲧ *custos*. Eadem *τυ πυρειυ* significatio. Praeterire nolo, locum Levitici vitiose editum a Wilkinsio sic, ⲛϯϣⲟⲩⲣⲏⲥ ⲙⲉϩ ⲛϫⲉⲃⲥ ⲛⲭⲣⲱⲙ. Lege ⲛϯϣⲟⲩⲣⲏ ⲉⲙⲉϩ &c.

Ϣⲟⲩⲱ, *κενυν*, *evacuare* I. ad Cor. viii. 15. Adiecta *T* ϣⲟⲩⲓⲧ, *κενος*, *inanis*, *vacuus* Marc. xii. 3. I. ad Cor. xv. 4. Ϣⲟⲩⲱ, ϣⲟⲩⲓ non est aliud a خلا, *inane*, *vacuitas*, خاري, *vacuus*, *inanis*. Nam Chet Copti per ϣ saepius repraesentant: de quo toties legentes admonui. Theb. est ϣⲟⲩⲟ et ϣⲟⲩⲉ.

Ϣⲟⲩϣⲓⲧⲥ, *συρισμος*, *sibilus* Mich. vi. 16. ⲉⲣ ϣⲟⲩϣⲓⲧⲥ, *συριζειν*, *sibilare* Soph. ii. 15. Exprimit ista vox sibili sonum melius, quam *sibilus* apud Latinos, *συριζειν*, *συρισμος*, *συριγξ* apud Graecos, שרק in Oriente.

Ϣⲟⲩϣⲧ, *θυρις*, *fenestra* Actor. xx. 9. II. ad Cor. xi. 33. Gen. viii. 6. Est certe a ϫⲟⲩϣⲧ *adspicere*, *prospicere*. Nam ϣ in ϫ et vicissim ϫ in ϣ convertitur. Complura exempla habes in v. Ϣⲁⲣⲓ *percutere*. Eodem modo Hebraei חזה, *fenestram* dicunt a חזה *adspicere*. Notandus Kirkerus, qui in Scala M. pag. 256. ⲡⲓ ϣⲟⲩϣⲧ, الطاق, quod *fenestram* designat, *involucrum* reddidit.

Mm

Ϣⲟⲩϣⲧ, *sacellum* in *Encom.* Macarii episc. Fortasse a ϣⲱϣⲧ *prohibere* appellatum. Est enim locus, a quo vulgus arcetur: *adytum* dixeris.

Ϣⲟⲩϣ ϯ, *bubala* in vit. Macarii Alex. Sumpta autem narratio ex *hist. Lausiaca* cap. 20. ubi ἡ βούβαλος. Item Deuter. XIIII. 5. ϣⲟⲩϣ, βούβαλος. Qui locus, mendose editus a Wilkinsio, Ⲛⲉⲙ ϣⲟⲩϣⲧ ⲣⲁⲅⲅⲁⲗⲁⲫⲟⲛⲓ ⲅⲁⲣⲅⲁⲥ ⲟⲩⲣⲏⲅⲁ ⲕⲁⲙⲏⲗⲟⲡⲁⲣⲇⲁⲗⲓⲥ, ita scribendus est, Ⲛⲉⲙ ϣⲟⲩϣ ⲧⲣⲁⲅⲁⲗⲁⲫⲟ ⲡⲓⲅⲁⲣⲅⲁⲥ &c. Graece καὶ βούβαλον καὶ τραγέλαφον καὶ πύγαργον καὶ ὄρυγα καὶ καμηλοπάρδαλιν. Et in vita Beneferi ex cod. Borg. ⲟⲩⲁⲅⲉⲗⲏ ⲛϣⲟⲩϣ, *bubalorum grex* (non *orygum*) Eadem vox legitur in cod. Nanian. pag. 341. ubi sic, ⲁⲓⲛⲁⲩ ⲉϩⲛϣⲟⲩϣ ⲉⲩⲛⲏⲩ, id est *vidi bubalos venientes*. Profecto ⲉϩⲛϣⲟⲩϣ *bubali* sunt, non *pastores*, quemadmodum Mingarellus est interpretatus. *Bubalos* habet etiam Pelagius diaconus *Biblioth. PP.* tom. 9. edit. Bign. qui eandem historiam, quam codex Nanianus exhibet, ex graeco sermone vertit. Erratum Mingarellii notatum ac Pelagii auctoritate convictum est ab Augustino Georgio lib. *de mirac. S. Coluthi* pag. 96. quamvis ipse quoque in eodem verbo explicando longius a vero aberraverit. Neque enim sciens, ϣⲟⲩϣ bubalum vocari, primum existimat, ⲉϩⲛϣⲟⲩϣ mendum esse; itaque corrigit ⲛ̀ⲉϩⲉ̀ⲛϣⲟⲩϣ, idque *boves agrestes*, quales bubali sunt, interpretatur. Quippe ϣⲟⲩϣ derivatum coniicit a ϣⲁϣⲓ *fel*, *amarities*, *amarum*. Quod mihi videtur subridiculum, *boves amaros* dici. Quamvis enim, quam Graeci ἀγριέλαιον, *silvestrem oleam*, Copti denominaverint ϫⲱⲓⲧ ⲛϣⲁϣⲓ, *oleam amaram*; nemo tamen, opinor, vocabit unquam *amaros boves*, quum voluerit *silvestres* ac *feros* significare. Profecto ⲉϩⲛϣⲟⲩϣ recte se habet. ⲉ̀ accusativo deservit, ϩⲛ est pluralis articulus, ϣⲟⲩϣ *bubali*, quam vocem Pelagius ex graeco reddidit; ubi etiam βουβάλους fuisse minime est dubitandum. Aliud omnino est ⲡⲓ ϣⲱϣ, الوبر Scal. M. pag. 165. Quippe الوبر *Alvebro* est *parvum animal fusci coloris, brevi cauda, accedens ad staturam leporis, et mustella maius, quo Arabes pro cibo utuntur*, ut apud Bochartum *Hieroz.* part. 1. lib. 3. cap. 33. ab antiquis describitur. Ubi male a Kirkero ⲡⲓ ϣⲱϣ redditum *pilus*. Nam etsi وبر *pili* quoque cameli, caprae, leporis &c. dicantur: tamen quum

in eo capite Scalae M. tantum bestiarum sint nomina, utique الوبر animal putandum.

Ϣⲟϣⲧ, *clavis* Apoc. xx. 1. Derivatum credo a ϣⲱϣⲧ, ϣⲉϣⲧ, *κωλυειν*, *prohibere*.

Ϣⲟϣϥ, ϣⲉϣϥ, *αθετειν*, *εξουδενειν*, *εξουδενημα*, *destituere*, *abiicere*, *vanum* et *nullum reddere*, item *contemnere*, *contemptus* Psalm. xxxii. 10. xxi. 24. xxi. 6. ad Gal. ii. 21. Refero ad ܣܚܦ שחף *Sechaf*, unde *Sesciaf*, vel *Sosciaf*, *Soscf*, *deiicere*, *abdicare*, *destruere*, *deturbare* syr. et سخف *contemptui esse* arab.

Ϣⲡⲗⲟⲕ, *κυαθος* Exod. xxxviii. 8. Suspicio est, vocem compositam ex ϣⲉⲡ, ϣⲟⲡ, *capere*, *continere* et ⲗⲟⲕ *vas* certae mensurae apud Kirkerum Scal. M. pag. 148. Quo modo Coptus interpres *κυαθον* utcumque expressit, qui non modo vas est ad potandum; sed etiam ad mensurae genera, seu liquidorum, seu aridorum pertinet. Exod. cap. xxv. 29. mendose editum ϣⲗⲟⲕ apud Wilkinsium: pro quo ϣⲡⲟⲗⲕ eodem Exodi loco scriptum in *Euchologio* Tukiano tom. I. pag. ⲫ̄ⲉ̄ⲱ̄. Postea Num. iiii. 7. ϣⲓⲡⲗⲟⲕ legi apud Wilkinsium, ubi graece *κυαθος*. Quo magis id, quod de etymo vocis conieceram, comprobatur.

Ϣⲣⲱ ϯ, *menstruum*, *fluxus*, *cursus menstruus* Scal. M. pag. 103. 259. Fortasse nomen ex arabica lingua sumptum, nempe a جرى *Giara fluxit*, *Giaron fluxus*, *cursus*. Namque a *Giaro* sine Atthenuin fit ϣⲁⲣⲱ, ϣⲣⲱ: quia *G* ϫ in ϣ Copti vertere consueverunt. Relege v. Ϣⲁⲣⲓ *percutere*.

Ϣⲣⲱⲓⲥ, *αγρυπνιαι*, *vigiliae* II. ad Cor. ii. 27. et alibi. Item *vigilare* Sc. El. 408. Minime differt a حرس, *custodire*, *vigilare*, *excubias agere*. Nam Chet, veluti ϣ, a Coptis effertur, quod fere in omni pagina occurrit. Non aliunde petitum ⲣⲱⲓⲥ, pariter *αγρυπνιαι*, *αγρυπνειν*, *γρηγορειν*, *φυλασσειν*, et ⲣⲏⲥ Luc. xii. 37. In quo littera adspirata supprimitur, quod fieri saepissime in usu linguarum docti non nesciunt. Huc etiam spectat ⲟⲩⲉⲣϣⲓ vel ⲉⲣϣⲓ, *φυλακη*, *προφυλακη*, *vigilia*, *custodia* Matth. xiiii. 25. Exod. xii. 42. quod pariter a حرس sine adspiratione derivatum puto. Denique et ⲁⲣⲉϩ vel ϩⲁⲣⲉϩ, *φυλακη*, *φυλασσειν* supra eodem retuli.

Ϣⲥⲛⲉ, *εξαιφνης*, *repente*, *subito* theb. in cod. Nanian. pag. 226. ϩⲛ ⲟⲩⲥϣⲛⲉ, *εξαιφνης*. Item Mich. ii. 3. in Borgianis,

et apud Tukium pag. 153. ubi ἀφνίδιος in graecis. Idem occurrit Iobi I. 19. et in elencho codic. Borg. non semel. Denique apud Georgium ⲟⲩϣⲛⲉ in histor. S. Iacobi interc. pag. 263. ad acta S. Panesnebi, ⲛⲑⲉ ⲛⲟⲩⲏⲓ ⲉⲁϥϩⲉ ϩⲛ ⲟⲩϣⲛⲉ, *sicut domus, quae repente cecidit* : ubi Georgius ϩⲛ ⲟⲩϣⲛⲉ prave explicat *in ruinam*. Forsitan ϣⲥⲛⲉ *Escne* non diversum ab αἴφνης *Ephnes*, *repente*; unde ἐξαίφνης *derepente*, *ex improviso*. Id Thebaei ϩⲛ ⲟⲩϣⲥⲛⲉ, quasi ἐν τῷ αἴφνης. Commutatur autem aliquando Ph cum Scin. Quaere v. Ⲫⲁϧⲣⲓ.

Ϣⲧⲁⲓϯ, κρασπεδον, *fimbria* Luc. VIII. 44. Num. XV. 38. Dubito, an sit hoc nomen a ציצת *cincinnus*, *fimbria*, *peniculamentum*. Numer. loco cit. hebr. est ציצת, graece κρασπεδον, copt. ϣⲧⲁⲓϯ. Tsade, quo caret lingua aegyptia, frequenter in ϣ, alias in ⲧ mutatum videas. Thebaei abiecta prima littera scribunt ⲧⲁϣⲧⲉ et ⲧⲁⲓⲧⲉ in elencho cod. Borg. pag. 510.

Ϣⲧⲟ, καταλυειν, *divertere*, *diversari* Gen. XXXXII. 27. XXXXIII. 21. Idem, ac שטה, סטה, סטא, *divertere*, *declinare* a via hebr. chald. syr. Est etiam ϣⲧⲉ Gen. XXIIII. 11. ubi ⲁϥϣⲧⲉ ⲙⲡⲓϫⲁⲙⲁⲩⲗ, id est *recumbere voluit*. Graeci ἐκοίμισε, Hieronymus *recumbere fecit*. Non bene Wilkinsius *ligavit*. A ϣⲧⲟ *divertere* factum ϣⲧⲟⲛ, *diversorium* in vita Macarii Abb. in codic. Borg. Nisi forte veniat a סתי, סתף, *diversari*, *hospitari* chald.

Ϣⲫⲏⲣ, ὁ πλησιον, φιλος, μετοχος, *proximus*, *amicus*, *socius*. Habes apud Crozium. Theb. ϣⲃⲏⲣ et ϣⲃⲉⲉⲣ Mich. VII. 5. in cod. Borg. et ϣⲃⲣ Matth. VIII. 28. in Nanian. Idem est חבר *socius*, *sodalis*, *coniungi*, *sociari* hebr. chald. syr. ϣ respondet τῷ ח iuxta consuetudinem.

Ϣⲫⲏⲣⲓ, θαυμα, τερατα, *miracula*, *miraculum*, *portenta* Psalm. XIIII. 8. Theb. ϣⲡⲏⲣⲉ Matth. XVIIII. 25. in cod. Nan. et Habac. I. 5. in Borg. Item ϣⲫⲏⲣ, θαυμαστος Isai. III. 3. in *Eucholog.* Tuk. part. 2. pag. ⲝⲍ. Conveniunt ista cum פריש *Pheris*, *mirandum*, *miraculum*. Plural. פרישן *miracula*. Vel coptica vox aucta ab initio littera ϣ, quod non est ab Aegyptiorum consuetudine alienum, vel adhibita μεταθεσις, unde a *Pheris* ϣⲫⲏⲣⲓ *Spheri*. פריש autem est a פרש *Pheras*, *admirabile esse*, in Pahel *mirificum facere*.

Ϣⲱ, *ἄμμος*, *arena* Gen. xxviii. 14. Apoc. vii. 20. A ϣⲱ *multus* duci potest.

Ϣⲱⲓ ϯ, السوة, *pudenda*, *pubes* Sc. M. pag. 78. Copticum nomen ab arabico non differt.

Ϣⲱⲓϫ, *fortis*, *strenuus*, *bellator* in actis Apa Anubi martyr. et in *Encom.* Theodosii ex cod. Borg. Saepe ⲡⲓ ϣⲱⲓϫ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲭ̅ⲥ̅, *athleta* vel *miles Christi*. Ϣⲱⲓϫ a شجاع *strenuus*, *bellicosus* derivatum puto, quod a verbo شجع, *strenuum*, *fortem*, *bellicosum esse*. Ajin finalis adspirata saepe omittitur, ut alias planum feci. In Scala M. pag. 86. Ϭⲱⲓϫ, الشجاع, *strenuus*, *fortis*.

Ϣⲱⲗϩ *cadaver* apud Tukium p. 651. Et ϣⲟⲗϩⲥ Matth. xiii. 12. xxiiii. 28. An a ϣⲟⲗϩ seu ϣⲗⲁϩ *tristitia*, *tristari*, *turbari*, *terreri* apud Tukium loc. cit. et Crozium (nempe adspectu cadaveris) derivandum? Habetur etiam ϯ ϣⲟⲗϩⲥ Exod. xxii. 13. *θηρα*, corpus raptum ac dilaceratum a bestia, sive ossa ac reliquiae corporis. Ubi castigandus Wilkinsius, ϯ ϣⲟⲗϩⲥ *ostium* interpretatus: quam vocem reperit in latina translatione septuaginta senum, ex errore eius, qui graeca in latinum convertit propterea, quod *θυραν* pro *θηραν* fortasse legerit. His adde ⲛⲉϩϣⲗϩ, *tristitia*, *timore concuti* in elencho cod. Borg. p. 493. constans ex ⲛⲉϩ et ϣⲗϩ, item ⲛⲉϩϣⲗϩϥ, *turbatio*, *formido* pag. 607.

Ϣⲱⲙ, *θέρος*, *aestas* Matth. xxiiii. 32. Marc. xiii. 28. Est ipsum חום *calor*, *aestas* hebr. Chet per Scin centies redditum, heic etiam vides.

Ϣⲱⲙⲉ apud Shenuthum in elencho codic. Borgian. pag. 473. *iuncus*, *alga*. Haec enim significatio vocis in loci sententiam congruit. Est autem ϣⲱⲙⲉ a גמא, גומא *Giome*, *iuncus*, *alga*, *scirpus* hebr. chald. Nam ϫ *G* in ϣ, et ϣ in *G*, altera in alteram vertitur. Vide v. Ϣⲁⲣⲓ *percutere*.

Ϣⲱⲛⲓ, *νόσος*, *ἀσθενεῖν*, *morbus*, *aegritudo*, *aegrotare* Psalm. cii. 3. xvii. 36. Idem sane ac ضنى, *aegrotare*, *aegritudo* arab. A ϣⲱⲛⲓ vel ضنى fit facile *νόσον*.

Ϣⲱⲛⲧ, *πλέκειν*, *plectere* Ioh. xviiii. 2. Marc. xv. 17. Non abest a خنث *flectere*, *plicare*, *flexura*, *plexus* arab. Inde enim, si Chet per Scei efferatur, fit *Scent*, *Sciont*.

Ϣωπ, ϣοπ, ϣωπι *esse* in aliquo loco, *habitare*, *conside-re*. Vide Crozium. Simile ϣοπ, basmyr. ϣⲁⲁπ, τῳ ישב *conside-re*, *habitare*, *commorari*, dempta littera Iod, qua saepe haec verba privantur. שב *commorare*, שיבה *habitatio*.

Ϣωπϣεπ, ϣεπϣωπ, ϣεϥϣωϥ, ϣοϥϣεϥ ἀκονᾶν, ἠκονημένος, *acuere*, *acutus* Psalm. LXIII. 3. Zachar. I. 21. Isai. V. 28. Certe convenit cum שפשף, *fricare*, *limare*, *lima radere* vel *polire*. Eadem significatio τῳ שפה et שוף *limare*, *polire*, *fricare*. In Scala El. pag. 397. Ⲁⲩϣωπϣεπ, سنّوا, حدّوا, *acuerunt*. Perperam Kirkerus, *decreverunt*, *determinarunt*.

Ϣωτ, ϣετ, ϣⲁτ, *sacrificare*, *mactare*, *iugulare*, *concidere*, *sacrificium*, *concisio*. Lege Crozium. Theb. ϣωωτ, ϣⲁⲁτ. Idem omnino שחט *Sciahat*, *Sciaht*, *mactare*, *iugulare*, *occidere* in Oriente. Etiam شحط arab. A ϣωτ, ϣετ, fit ϣετϣωτ, *κατακόπτειν*, *concidere* Soph. I. 11. apud Crozium. In codice nostro est ϭετϭωτ. Alibi ϭοτϭετ Zach. XI. 6. Amos I. 5.

Ϣωϣ, ποιμήν, *pastor* theb. Iohan. X. 2. 11. 14. 15. 16. in cod. Nanian. Item ϣωc Zach. XIII. 7. et ϣοοc Iobi I. 16. in Borg. Nomen pastores traxisse reor a ϣωϣ *probrum*, *dedecus*. Quod etymon vocis belle concordat cum loco Geneseos cap. XXXXVI. 34. qui sic habet, תועבת מצרים כל רעה צאן, *odio ac probro sunt Aegyptiis omnes pastores gregis*. Itaque vis ac ratio nominis, rei ipsius, quae sacris litteris commendata est, veritatem comprobat, et vicissim Moysi narratio vocabuli, de quo agimus, originem, ac linguae copticae antiquitatem demonstrat.

Ϣωϣ, ζεῦγος, *par* Luc. II. 24. ουϣωϣ ⲛϭροⲙπϣⲁλ, ζεῦγος τρυγόνων, *par turturum*. Basmyr. ϣⲁϣ Isai. V. 24. Utique ϣωϣ ζεῦγος a ϣηϣ, *aequalis*, *par* nomen habet.

Ϣωϣεⲛ خاتم. Censetur inter flores in Scala M. pag. 179. Certe est ipsum שושן, quod plerique *lilium*, alii *rosam*, quidam *florem* interpretantur. Idem est arabice سوسن *lilium*, graece σοῦσον. Ϣωϣεⲛ Kirkerus *hyacinthum* reddit. Sed lilia veteres, Ovidius, Servius aliique hyacinthis forma omnino similia esse scribunt.

Ϣωϣου, الايّل, *caper silvestris*, *dama* Scal. M. p. 165. Convenit ϣωϣου *Sciosciu* cum خشش *Hsciasciu*, *capreolus*, *hinnulus*, *cervus*, omissa adspirata priore. Vide Ρωⲱϩ.

Ϣⲱϥⲧ, خفنة, *pugnus*, *pugillus* Scal. M. 260. Confer cum ضبط, plur. اضباط *pugilli*, *manus in pugnum compressae* a verbo ضبط, *manu prehendere*, *constringere*, *tenere*. Porro ضبط si legas *Dsabt*, *Dsobt*, fere habes ϣⲱϥⲧ. Nam Tsade vel Dsad per ϣ exprimunt Aegyptii. Lege v. Ⲟⲩⲃⲁϣ.

Ϣⲱϩⲡ, اللهيب, الشواظ, *combustio*, *flamma* Scala El. pag. 400. Non differt a شهاب, شهب, *flamma*. Est etiam ϣⲱϩⲉⲃ *comburere* in actis Cyriaci Hieros. martyr. ex cod. Borg. ubi ⲟⲩⲁϩⲉ ⲙⲡⲉϥϣⲱϩⲉⲃ ⲛⲟⲩϥⲱⲓ ⲛⲧⲁϥ.

Ϣϣⲟⲧ, προσκεφαλαιον, *cervical* Marc. IIII. 38. Et in Scala M. 441. ϣϣⲟⲧ, وساده, مخده, *cervical*. Male Kirkerus *cervical*, *vadum*, deceptus, opinor, Raphelengii lexico, quod consulere solet, ubi pag. 411. est معاده *vadum*, assimile τῷ مخده, aliud tamen. Hoc enim tantum pulvillus est, qui genis ac cervicibus supponitur a خد *mala*, *gena* denominatus. ϣϣⲟⲧ vero, de quo loquimur, differre non videtur ab אסד *Essad* chald. ܐܣܕܐ אסדא *Essodo* syr. *cervical*. Nam littera *D*, qua olim carebant, in *T* conversa ab Aegyptiis; quam postea ex Arabum consuetudine frequenter usurpare coeperunt. Similiter Arabes اساده vel وساده cervical vocant.

Ϣϧⲉⲗⲧ, الخلط, *humor* Scal. M. pag. 159. Eadem profecto vox ϣϧⲉⲗⲧ *Schelt*, atque خلط *Chelt* arab.

Ϣϫⲉ, ακρις, *locusta* Deut. XXVIII. 38. Lev. XI. 22. Amosi VII. 1. Item in Scala El. pag. 300. ⲟⲩ ϣϫⲉ, جراد, *locusta*. Kirkerus perperam, *iratus*, *commotus*. Etiam ϭϫⲉ scribitur in Scala M. 173. Ni fallor, ϣϫⲉ derivatum a שגא, *multum esse*, *multiplicari*, *augeri*. Eodem pacto locusta ab Hebraeis vocatur ארבה, id est auctore Aben Ezra in Levit. מלשון רבוי, *a significatione multitudinis*. Nam רבה *multum esse* seu *multiplicari* denotat. Sane merito ac iure. Locustae enim tanta gignuntur copia, ut ea in proverbio sit. Quare Iudith II. 11. numerus bellatorum fuisse dicitur, ὡς ακρις, και ὡς ἡ αμμος της γης. Et Nahumi III. 15. *Multiplicare*, *ut locusta*, ut etiam Hierem. XXXXVI. 23. *Multiplicati sunt super locustas*, *et non est eis numerus*. Postquam haec scripsi, etiam verbum ϣϫⲟ vel ⲁϣϫⲟ, *multiplicare* apud Coptos inveni: quo in mea sum opinione confirmatus. ⲁϣϫⲟ autem suo loco insertum reperies.

Ϣϭⲏⲣ, الكرا, الاجرة, *merces*, vel *pretium* rei emptae aut locatae vel conductae, item servitii aut laboris, μισθος Scal. M. pag. 264. Ita ex arabicis ϣϭⲏⲣ est interpretandum. Kirkerus *merces*. Crozius non bene *merx mercis*, *merces mercium*. Sane ϣϭⲏⲣ idem, ac שכר, *merces*, *praemium laboris* hebr. Syr. ܣܟܪܐ et ܣܚܪܐ סחרא. Namque ϭ pro Caph non raro usurpatur: quale est ϭⲗⲱⲧ *renes* a כליות, ϭⲗⲓⲗ *holocaustum* a כליל, ϭⲣⲏ *fodere* a כרה. Lege sis voc. Ϭⲗⲓⲗ. Huc pertinet Ϣϭⲟⲣ, μισθωμα, *conductum*, vel *domus mercede conducta* Actor. xxviii. 30. Nam ita hoc in loco μισθωμα sumitur, quod alibi pretium ac mercedem ipsam notat. In Scala El. pag. 404. legitur ϣϭⲟⲩⲣ sic, Ⲡⲉϥϣϭⲟⲩⲣ, كراء, اجرته, *merces eius*. Sunt haec quoque ϣϭⲟⲣ, ϣϭⲟⲩⲣ perinde, ac ϣϭⲏⲣ, a שכר. Aliunde petendum ϣϭⲟⲩⲣ, δακτυλιον, de quo paullo post. Mitto dicere de ϭϣⲏⲣ, quod *navigare*, *iter facere* signat in vitis Patrum, quae sunt in cod. Borgianis, et in *Liturgia Cyr.* Erit enim de hoc inferius agendi locus.

Ϣϭⲓⲛⲓ, ερίζειν, ερις, id est *rixari*, *contendere*, *contentio*, *rixa* Matth. xii. 19. et in epist. ad Rom. i. 21. In Scala M. pag. 268. legitur ϭⲓⲛⲓ *contentiosus*, et ⲣⲉϥϭϣⲓⲛⲓ pag. 87. Convenit profecto ϣϭⲓⲛⲓ cum ሐሰ שנן, vel ተሐሰ חשנן, item *contendere*, *litigare*, *lis*, *contentio*, aethiop. Habes etiam ϭⲓⲛⲓ ερεθισμος Deuter. cap. xxviii. v. 22.

Ϣϭⲟⲩⲣ δακτυλιον, *annulus*. Habes Ex. xxv. 12. Cui simile سوار et سوار *armilla*, *armillae*, id est annulus brachium cingens.

ϥ

Haec littera esse mihi videtur ἐπίσημον Κοππα *(idem, atque* Kuf *in Oriente) quo Graeci perinde, ut Copti τῷ* ϥ*, ad numerum nonagesimum significandum utuntur. Potestas quidem (nam forma fere eadem) litterae* ϥ *hodie differt aliquid a vi ac potestate τῦ* Koppa*, si Graeci olim hanc notam pro littera adhibuerunt. Fuit enim haec sono similis τῦ* Kuf *apud Orientales, a quo nata est, aeque, ac τῦ* Q *apud Latinos, cui ortum dedit. Sed hoc mirari nemo debet. Nam Arabes pariter una eademque nota* ف *(quae a* ϥ *parum diversa) modo* Fe*, modo* Kuf*, exprimunt: ut facile credam, ex Arabum consuetudine Coptos τὸ* ϥ *pro* ف Fe *usurpare, eodemque loco atque ordine collocare coepisse. Ut enim τὸ* ف *littera* ﻉ *sequitur in arabico alphabeto, ita* ϧ Chei *post* ϥ Fei *venit in coptico.*

ϥⲉⲛⲧ, σκώληξ, *vermis* Psalm. xxi. 6. Marc. viiii. 46. Theb. ϥⲛⲧ et ϥⲛⲧ in cod. Borg. Parum abest אתפ *Pheta*, *vermis* chald. syr. *N* indita est, ut in aliis. Relege v. Ϣⲉⲛϥⲓ. A ϥⲛⲧ fit ⲟϥⲛⲧ et ⲣϥⲛⲧ, *verminare*, *vermes gignere* theb. in elencho cod. Borg. pag. 501.

ϥⲱⲓ, ϥⲱⲓ, θρὶξ, κόμη, *capillus*, *coma* Luc. vii. 38. I. ad Cor. xi. 15. Simile omnino τῷ פאה *coma*, *caesaries* hebr. chald. Pro ϥⲱⲓ Thebaei ⲃⲱ, κόμη, Iobi i. 20. in cod. Borg. et Ioh. xi. 2. in Nanianis: ubi etiam videas ⲃⲉⲧ pro ϥⲉⲧ *extergere*. Item in elencho codic. Borg. pag. 618. leges ⲃⲱⲛⲃⲁⲙⲡⲉ, *pilos caprinos*, quia ⲃⲁⲙⲡⲉ *capra*. Memphit. ϩⲁⲛϥⲱⲓ ⲛⲃⲁⲉⲙⲡⲓ, graece τρίχας αἰγείας Ex. xxxv. Male ⲃⲱⲛⲃⲁⲙⲡⲉ explicatum *lignum Settim*, ξύλον ἄσηπτον in adnot. ad elench. pag. cit. A ϥⲱⲓ et ⲣⲏⲧ *plantare*, *inserere* fit ⲣⲏⲧⲙϥⲱⲓ, δασὺς, *pilosus* Gen. xxv. 25. xxvii. 11.

ϥⲟⲣⲓ, Φορί, البوري Scal. M. pag. 170. et 272. κέφαλος, *mugilis* vel *capitonis* genus ex Nilo. Unum est vocabulum ϥⲟⲣⲓ ac بوري. Hoc autem a بورة oppido Aegypti nomen habere notat

Castellus in *lexic. heptagl.* quod certe aliquo auctore, qui fidem mereatur, scripto tradidit.

Ϥⲟⲩⲕⲁⲥⲓ ⲧ̀, راس الحجر, *piscis saxatilis*, vel *inhaerens saxis* Sc. M. 171. Arabica ad verbum *caput petrae*; sic enim pisces huiusmodi vocant Arabes. *Phucasi* vero, quod male ex Kirkero Crozius pro *anguilla* vel *muraena* sumpsit, mihi sane factum videtur ex graeco φυκις. Hoc enim legitur *Phucis*, et *Phucisi* finitum littera *I*, ut a Coptis nomina terminari solent. Revera utrumque vides etiam genere convenire. Est autem *Phycis saxatilium*, uti docet Plinius lib. 32. cap. 11. Et vetus glossarium *Saxatilis*; φυκις, ειδος ιχθυος. Alibi *Saxatiles*; πετραιοι, φυκιδες. Iterum, Φυκις ιχθυς; *saxatilia*. Non debeo praeterire, me duorum vocabulorum, quae sibi proxima sunt, Ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ et Ϥⲟⲩⲕⲁⲥⲓ sedem mutasse certa de caussa, quam exposui verbo Ⲥⲁⲗⲟⲩⲕⲓ. Enim vero plurima in Kirkeriano lexico huiusmodi errata sunt: quae certe non haberentur, si qui illud in lucem protulit, aut diligentior, aut linguae copticae fuisset peritior.

Ϥⲟϫ, *exsilire*, *exsultare*, *saltare*. Vide Crozium. Idem פזז *exsilire*, *saltare* hebr. In Piel. פזז, ορχυμενον, *saltantem* II. Sam. VI. 16. Nec dissimile פזז *exsilire*, *subsilire* chald. ϫ vice τυ Z fungitur in Aegypto. Ϥⲟϫ theb. dialecto scriptum ⲃⲟϭ in elencho cod. Borg. pag. 321. Etiam ⲃⲱϭⲉ Thebaei pro ϥⲱϫⲓ; unde ϭⲓⲛⲃⲱϭⲉ, *insultus* diaboli p. 323. in eodem elencho: quod graece ορμας τυ διαβολυ in vita Syncleticae pag. 219. tom. I. *monum eccles. graec.* Praeposito verbo ϭⲓ fit ϭⲓϥⲟϫ et ϭⲓϥⲟϫⲓ, item ϭⲓϥⲟϫϥ et ϭⲓϥⲟϫⲥ *insilire*, *subsilire* Isai. XXXV. 6. in *Euchology*. Tukiano pag. ⲧ̄ⲕ̄ⲇ̄. Haec eadem verba *fraudare* ac *decipere* notant in utraque dialecto. Qui sensus utrum a priore, id est *salire*, *insilire*, ortum traxerit, inquirendum.

Ϥⲱⲥⲓ, الازميل, *scalprum*, *culter* Scal. M. pag. 123. Editum erat الازمين mendose, nisi forte *N* pro *L* aliquando usurpaverint. Etiam chald. אזמל, *culter*, *scalprum*, *dolabra*: et syr. ܐܙܡܠܐ, ܐܙܡܠ, ܐܙܡܠ. Idem graece σμιλη *scalprum*. Ϥⲱⲥⲓ vero non est, mea sententia, diversum a فاس, *securis*, *dolabra* arab. *A* cum *O* Copti vulgo commutare et nomina in *I* finire amant.

Ϥⲱⲧ̀, ιδρως, *sudor* Luc. XXII. 44. et in Sc. M. pag. 265. ⲡⲓ ϥⲱⲧ̀, العرق, *sudor*. Male Kirkerus *vena*, *arteria*. Est au-

tem ϥⲱϯ *sudor* a ϥⲱⲧ ⲉⲃⲟⲗ, *ἐξαλείφειν*, *ἐκματτειν*, *abstergere*, theb. ϥⲱⲧⲉ, et ⲃⲉⲧ, ⲃⲱⲧ, sine ⲉⲃⲟⲗ, Ioh. xi. 2. in codic. Nanian. Item ⲃⲱⲧⲉ in actis S. Panesnebi pag. 183. apud Georgium, ubi Paphnutius Abbas, et Silbone miles ad martyrem ingressi, eumque amplexati, sanguinem ex eius corpore manantem abstersisse narrantur, ⲁⲩⲃⲱⲧⲉ ⲙⲡⲉⲥⲛⲟϥ, quae prave Georgius, *sanguinem exhorruerunt*. Etiam sudor ⲃⲱⲧⲉ, sudare ϯ ⲃⲱⲧⲉ in reliqu. lib. medici Borg. Idem verbum ϥⲟⲧ valet *ungere* Sc. El. pag. 447. Insuper ϥⲱⲧ et ϥⲱⲧ ⲉⲃⲟⲗ, ἐξολοθρεύειν, quo fere modo ἐξαλείφειν usurpant Graeci, et *delere*, *abolere*, *oblitterare* Latini. Abdiae 13. ⲃⲱⲧⲉ ⲉⲃⲟⲗ, ὄλεθρος in cod. Borg.

ϧ

Littera Chei ϧ *accepta ab Arabibus, forma a* ⟸ Kef *minime diversa. Sed apud Coptos sono adspiratior*, τῷ ⟶ ח, *quam* τῷ ⟸ כ, *propior.*

ϧⲁⲑ, ϧⲑⲁⲓ, *pinguis, crassus, crassities* in Scala Kirker. pag. 73. 345. Conveniunt ista cum verbis خطا, خطى, *crassum, pinguem esse* arab. Etiam ϧⲟⲧ, παχεις, *pingues* habes Psalm. xxxxiii. 14. et ϩⲱⲧ παχυνεσθαι Deut. xxxii. 15. apud Wilkinsium, ϧⲑⲁⲓ apud Tukium.

ϧⲁⲣⲁϭⲱⲟⲩⲧⲥ (non ϧⲁⲣⲁⲥⲱⲟⲩⲧⲥ) λαγωος, *lepus* Psalm. ciii. 18. Scripsi λαγωος propterea, quod ita hebraeam vocem שפן a 70. interpretibus redditam loc. cit. Psalmi ciii. testatur Hieronymus in epist. ad *Suniam*: itaque habet codex Alexandrinus a Grabio vulgatus et Aldina ac Complutensis editio. Sixtina χειρογρυλλιον. Pariter in Scala Kirker. pag. 164. et 420. ϧⲁⲣⲁϭⲱⲟⲩⲧⲥ, الارنب, *lepus*. Ibidem vitiose ⲥⲁⲣⲁϫⲟⲱϥ, الارنب, *lepus*. Iam ϧⲁⲣⲁϭⲱⲟⲩⲧⲥ, et ⲥⲁⲣⲁϫⲱⲟϥ (nam idem certe nomen sunt) habent, ni fallor, Aegyptii a Persis, apud quos est خرگوش *Charagiousc* (non خرخوش, uti Crozius) *lepus*. Quae vox, si de ea licet aliquid coniicere, ficta videtur ex گوش *auris*, et خر *Char asinus* persice, כאר chald. unde ϧⲁⲣⲁϭⲱⲟⲩⲧⲥ sit, tamquam *aures asini* habens, vel grandes perinde, ut asini; quod in leporem bene cadit. Quare eum ωατοεντα θηρα dicit vetus poeta in epigram. et *auritos lepores* Virgilius *georgic.* lib. 1. vers. 308. et *auritum* simpliciter pro lepore Avienus ad *Phoenom. Arati* vers. 788. quemadmodum asini dicuntur *auriti* ab Ovidio, Martiali &c. Quare illud Afranii ex persona Priapi apud Macrobium *Saturnal.* lib. 6. cap. 5.

. . . . . . *Nam quod vulgo praedicant,*
Aurito me parente natum, non ita est,

Macrobius de lepore, alii de asino accipiunt. Crozius quidem ϧⲁⲣⲁϭⲱⲟⲩⲧⲥ putat esse χοιρογρυλλιον, sane eundem, qui

arabice vocatur اليربوع *Aljarbuo*. Hoc ego falsum existimo. Nam etsi שפן hebr. in loco psalmi, de quo loquimur, quid proprie significet, nesciamus; ut hi quidem χοιρογρυλλιον vertant, alii *leporem*, quidam *cuniculum*, aliqui *murem*; illud tamen compertum est, auctore Hieronymo, septuaginta viros λαγωον *leporem* reddidisse: licet postea in aliqua eorum interpretationis exemplaria χοιρογρυλλιον irrepserit, unde vulgata latina editio *erinaceis*. Quum vero coptica translatio ex eorundem 70. interpretum versione expressa sit, pariter dubium esse nequit, ϧⲁⲣⲁϭⲙⲟⲩⲧⲥ Aegyptiis *leporem* esse. Proinde in Scala M. loco cit. ϧⲁⲣⲁϭⲙⲟⲩⲧⲥ explicatur الارنب *lepus*: ⲭⲓⲣⲟⲅⲣⲓⲗⲗⲓⲟⲛ vero paullo post اليربوع *Aljarbuo*. Ⲭⲓⲣⲟⲅⲣⲓⲗⲗⲓⲟⲛ autem ponunt Copti, ubi Graeci χοιρογρυλλιον, Levit. xi. Deuteron. xiiii. Quod etiam indicio est, psalmo saepius citato, in quo hi ϧⲁⲣⲁϭⲙⲟⲩⲧⲥ, non χοιρογρυλλιοις scriptum, sed omnino λαγωοις fuisse. Ⲭⲓⲣⲟⲅⲣⲩⲗⲗⲓⲟⲛ porro iidem graece exhibent, quum forsitan aegyptiace quomodo dicant non habeant; λαγωον vocant ϧⲁⲣⲁϭⲙⲟⲩⲧⲥ; δασυποδα autem, quod est alterum leporis nomen apud Graecos Levit. et Deuter. cit. capite, ⲣⲁⲧϥⲁⲧ. Discrimen vero habent, opinor, inter ϧⲁⲣⲁϭⲙⲟⲩⲧⲥ et ⲣⲁⲧϥⲁⲧ; sicuti inter δασυποδα et λαγωον interesse aliquid putant multi. Et heic quidem ϧⲁⲣⲁϭⲙⲟⲩⲧⲥ unde sit, demonstravi: supra, ⲣⲁⲧϥⲁⲧ quid valeat, explicatum. Subiiciam ex elencho codic. Borgianorum nuper edito pag. 501. idem vocabulum, scriptum paullo aliter, nempe ⲥⲁⲣⲁϭⲙⲟⲩϣ. In quo finalis littera cum finali persicae vocis ad amussim congruit. Prima autem ϧ *Ch* per *S*, quod fieri solet, expressa.

ϧⲉ, κροκη, *subtemen* Levit. xiii. 48. 49. 51. 52. &c. ubi modo ϧⲉⲛ ⲡⲓϧⲉ, modo ϧⲉⲛ ⲟⲩϧⲉ, εν κροκῃ. Quod perperam Woidius et Wilkinsius *in tegmine*. Nam κροκη, unde Copti ϧⲉ, *trama* vel *subtemen* est. Aliud omnino ϧⲉ, *contignatio*, *tabulatum*, *tectum*: quo videtur Woidius referre ϧⲉⲛ ⲟⲩϧⲉ, εν κροκῃ. Hoc enim ponit sub voce ϧⲉ *contignatio* in lexico Croziano. Potuissent quidem ϧⲉⲛ ⲟⲩϧⲉ, εν κροκῃ, interpretari *in subtegmine*. Sed prava scriptura esset *subtegmen*; quum certe a *stamen* Varrone auctore dicatur *subtemen*, quasi *substemen*. Itaque veteres libri fere omnes *subtemen* exhibent, non *subtegmen*. In codice theb. Borg. num. 241. pro ⲡⲓϧⲉ scriptum ⲃⲟⲩⲕⲛ seu

πϐϯκн cum altero articulo. Relege v. Oϯϩϯϩι. De vocis origine non habeo, quid addam, nisi forte ϧε, primum ϧεϧ, a حاك, syr. חך, *texere* fuerit derivatum. Quod si verum est, etiam ϧε *contignatio* eodem referri facile posset. Ut enim in tela vel panno ϧε trama esset seu filorum textura; ita in tabulato asserum seu lignorum contextus ac coagmentatio videretur.

ϧελιϐϣ, θωραξ, *lorica* ad Ephes. VI. 14. Apoc. VIIII. 8. Omnino simile χαλυψ.

ϧελλο, πρεσβυτης, *senex* Luc. I. 18. ϧελλω, γραυς, *anus* I. ad Tim. III. 6. Idem certe cum كهل *Chahlo*, *Chehlo*, *senior* arab. Etiam כלח, *senectus* parum abest. Thebaei ϩλλο.

ϧελλοϯ, κοιλας, φαραγξ, *vallis* Psalm. LVIIII. 6. Luc. III. 5. Idem חילתא *Chelta*, *Chelto*, *vallis* chald. syr. metathesi *Chelot*. Hebraei חל. ϧελλοϯ est etiam *vadum*, *torrens* Scal. M. 214. et 253. Quomodo נחל hebr. *vallem* aeque ac *torrentem* vel *flumen* designat.

ϧελϣιρι, νεανισκος, νεωτερος, *adolescens*, *iunior*, ϧελϣειρι, νεανις, *puella* apud Crozium. Etiam ϧελϣηρι, νεανιας Zach. II. 8. Fortassis haec sunt ab الجرا, الجارية *Elgiri*, *Elgiria*, *puer*, *puella* arab. quomodo ϣηρι atque ϣερι a *Giri* et *Giria* non incommode derivari potest. Quaere v. Ϣηρι. Adspirata autem littera ϧ, quae cernitur in principio vocis, non dissimili ratione apposita, atque ϫ in ϫοϯϣι *cibus* pro οϯϣι, et ϫοϯαϐ *sanctus* pro οϯαϐ, et ϧεν *in* pro εν. Thebaei mutant *L* in *R* ac scribunt ϩερϣιρε sive ϩρϣιρε Matth. XVIIII. 20. in cod. Nanian. Amos VIII. 13. in Borg.

ϧεμ, ϧημ, ζειν, *fervere* Actor. XVIII. 25. ad Rom. XII. 11. ϧεμι *calor* Sc. M. 58. ϧμομ, vel ϩμομ theb. θερμαινειν, θερμη, *calescere*, *calor*, *aestus* Ps. XXXVIII. 3. Act. XXVIII. 3. Sunt haec omnia Hebraeis aliisque Orientis populis communia: apud quos est חמם *calere*, חם *calidus*, חום et חמה *calor*. Praefixo verbo ϯ fit ϯϧμο θερμαινειν, theb. ϯϩμο et ϯμϩο. Apud Wilkinsium Exod. XXII. 6. est ϯϩεμμο *comburere*, quod alias *calefacere*.

ϧεμς, σταχυς, *spica* Deut. XXIII. 25. et alibi. Refero ad כמם *culmus*; unde כמוסות, *spicarum manipulus*.

ϧεν, theb. ϩν, *in*. Idem εν apud Graecos.

ϧⲉⲣϧⲉⲣ, ῥέγχειν, *stertere* Ionae I. 6. ⲡⲓ ϧⲉⲣϧⲉⲣ الشخير, النخير, *rhonchus*, *sonus*, *qui fit naribus* vel *gutture*, *quemque stertentes edunt* Scal. M. p. 160. Nihil differt a خرخر *rhonchos ducere*, *stertere*, خرخرة *rhonchus*. خرخر idem ac خر. Radix autem ac fons est נחר *sonum per nares edere*, *stertere* chald. syr. aethiop. arab. cum quo convenit ῥέγχω *sterto* traiectis litteris. Item hebr. נחר *sonus per nares emissus* Iobi XXXVIII. 23. Arabice est نخير *rhonchus*. At נחיר, נחירא hebr. chald. syr. est *naris*, נחירין נחירים *nares*. Porro a נחר, deficiente Nun, fiet חר, tum חרחר. Theb. est ϩⲣϩⲣ *stertere* in cod. Nan. pag. 297. ubi sic ⲛϣⲁⲛⲧⲛⲧⲁⲁⲣ ⲅⲁⲣ ⲉϩⲣⲁⲓ ⲉⲡϩⲓⲛⲏⲃ, ⲁⲩⲱ ⲛⲧⲛⲛⲕⲟⲧⲕ ⲛⲧⲛⲛ ϩⲣϩⲣ &c. id est, *nam si nos somno demus*, *et dormiamus*, *et stertamus* &c. Male ϩⲣϩⲣ Mingarellus interpretatur *cessare*, verbum referens ad ϩⲉⲣⲓ, *sedari*, *quiescere*.

ϧⲉⲧϧⲉⲧ, ϧⲉⲧϧⲱⲧ, ϧⲟⲧϧⲉⲧ, ἐξερευνᾷν, ἐκζητεῖν, ἐξιχνιάζειν, ἐτάζειν, ἀνακρίνειν, *scrutari*, *exquirere*, *investigare*, *examinare*, *inquirere*. Vide Crozium. Idem ሐተተ חתת aethiop. *quaerere*, *scrutari*, *examinare*, unde verbum quadratum חתחת, Theb. ϩⲉⲧϩⲱⲧ. Etiam ⲕⲱϯ *quaerere*, *inquirere*, eodem pertinet.

ϧⲏⲃⲥ, λύχνον, *lucerna* Ps. XVII. 28. Num. III. 9. VIII. 2. Simile قبس *Kebs* neglectis vocalibus, *ignis*, *flamma*, *ex qua alii accenduntur ignes*. Invenitur etiam ϩⲏⲃⲥ Exod. XXVII. 20.

ϧⲏⲓⲃⲓ, σκιά, σκηνή, *umbra*, *protectio*. Consule Crozium. Duci potest a חבא vel חבה, خبا, *tegere*, *occultare*, *protegi*, *abscondi*; خبا *velum*, *tabernaculum*, *tentorium*. Eidem simile [illegible] *caligo*, *umbra*, *tenebrae* syr. Thebaei ϩⲁⲓⲃⲉⲥ Hierem. XIIII. 6. in codic. Nanian. Alias ϩⲃⲁ in elencho cod. Borg. pag. 400.

ϧⲓⲣ, ἄμφοδος, ῥύμη, *via*, *compitum*, *semita* Marc. XI. 4. Luc. XIIII. 21. theb. ϩⲓⲣ. Est חוּר, חר, *ire*, *incedere*, *ingredi*, *incessit*, *ambulavit* aethiop. a quo ϧⲓⲣ *via*, *semita* dici posset.

ϧⲓⲣϧⲓⲣ in vita Macarii M. ex codic. Borg. Suspicio est esse *irin*. Locus sic habet in elencho cod. Borg. pag. 46. ϧⲉⲛ ⲟⲩϩⲉⲃⲥⲱ ⲉⲥϩⲓ ⲉⲩⲣⲏϫ ⲉⲃⲟⲗ ⲟⲩⲟϩ ⲉⲥⲟⲓ ⲛⲁⲓⲁⲟⲩⲁⲛ ⲛⲥⲙⲟⲧ ⲛϧⲓⲣϧⲓⲣ, id est, visus Macario angelus *indutus veste fulgenti ac versicolori instar iridis*. Si ita est, videri potest *Iris*, cuius ratio probabilis, ut equidem puto, non profertur a Graecis, hinc

nomen accepisse. Nisi tamen potius ab *iris*, ϧιρϧιρ fecerint Aegyptii. Unde enim vox ista venerit, me latet.

ϧιcι, ϧocι, κοπιᾳν, κακων, κοπος, πονος, *fatigari*, *laborare*, *affligi*, *affligere*, *labor*, *passio* Ioh. IIII. 6. XXXVII. 8. VII. 15. Non dissimile חשש, חש, *anxium* ac *sollicitum esse*, *curare*, *pati*, *laborare*, *dolere* chald. syr. ܚܫܐ *passio*. Voces autem copticae in *I* frequenter exeunt. Thebaei dicunt ϩocε lib. *de mirac. S. Coluthi* apud Georgium pag. 28. et ϩιcε Aggaei II. 15.

ϧιϯ, *impellere*, *cum impetu reiicere*. Est in vita Pachom. ex cod. Borg. Graece καταρρασσειν in eadem vita a Bollando edita 3. Maji in fine. Quis dubitet ϧιϯ *Chiti* a حطر, vel حطا *Chata* ducere? quod est *impellere*, *vi repellere*, *deturbare*, *reiicere*. Vocalium diversitas nihil obest. Sciunt id eruditi. Indoctos non moror.

ϧιϯ, κατατριβειν, *conterere*, *deterere* Deut. XXVIIII. 5. Hεn τεnθωοϒι ꙍnοϒϧιϯ, τα ὑποδηματα ὑμων ȣ κατετριβη, *calcei vestri non sunt contriti*. Forsitan ϧιϯ ortum a חתת, *conterere*, *atterere*, aut a حت *decidere*, et *abradere*, *deterere* arab. ϩιτε *terere* theb. in elencho codic. Borg. pag. 596.

ϧολϧελ, ϧελϧελ, ϧελϧωλ, *vulnerare*, *confodere*, *caedere* Ezech. XXI. 10. Apoc. V. 6. Item *cornu ferire* Exod. XXI. 28. 31. Ps. XXXIII. 6. Et *compungere* Soph. I. 10. Est, credo, a חלל *vulnerare*, *confodere*, *caedere* hebr. unde chald. חלחל, memphit. ϧολϧελ theb. ϩελϩωλ.

ϧορπc, δραξ, *pugnus* Isai. XXXX. 12. seu ϧορπ Lev. II. 2. Non aliud origine videtur a جرفة *pugnus*, جراف *pugni* arab. vel אגרוף *pugnus* hebr. Nam eaedem vel omino similes sunt in utroque, ϧορπ et جرف, consonantes litterae.

ϧραϫρεϫ, βρυχειν, τριζειν, διαπριεσθαι, *frendere*, *stridere dentibus*, *serra findere* vel *findi*, *dissecari*. Vide Crozium. Theb. ροϫρεϫ apud Georgium ad acta S. Panesnebi pag. 252. et ϩροϫρϫ in elencho cod. Borg. p. 325. Ortum credo ϧραϫρεϫ a חרק *frendere*, *stridere* dentibus hebr. chald. syr. Quod verbum etiam *scindere*, *disrumpere* signat. Namque a *Chrak* facile *Chrag* ϧραϫ, et *Chragreg* ϧραϫρεϫ. Mutatur enim frequenter ob affinitatem *C* vel *K* in *G* (v. Cετεβρнϫ) et verba vel syllabas duplicare mos est linguae aegyptiae, sive ad au-

gendam vim, sive ad actionis frequentiam demonstrandam. Quamvis etiam ϧⲣⲓϫ inveniatur Amos IIII. 6. de quo mox. Verumtamen τῷ ϧⲣⲁϫⲣⲉϫ seu ⲣⲟϫⲣⲉϫ sono ac litteris similius est τὸ نخر *fremere*, *tremere*, *fremitus* arab. Locum heic habet ϧⲣⲓϫ ⲛⲛⲁϫϩⲓ Amosi IIII. 6. quod theb. dicitur ϩⲣⲟϫⲣϫ ⲛⲛⲟⲃϩⲉ, vel ϩⲣⲟϫⲣⲉϫ ⲛⲛⲁϫⲉ in elencho cod. Borg. pag. 325. Graeci quidem in eodem Amosi loco habent *γομφιασμὸν τῶν ὀδόντων*. Sed coptica certe sive dentium *stuporem* sive *horrorem*, id est eum sensum, quem hi capiunt, postquam acria gustu commanducata sunt, seu potius *dentium*, *frendorem*, ut cum Tertulliano loquar, designant. Neque enim aliud ϧⲣⲓϫ, ϧⲣⲁϫ, quam ϧⲣⲁϫⲣⲉϫ, habendum est. Caeterum cogita, an non potius haec omnia, ϧⲣⲓϫ, inquam, חרק, ϧⲣⲁϫⲣⲉϫ et ⲣⲟϫⲣⲉϫ *ὀνοματοποιήματα* sint, sive a sensu, quem qui horrent dentibus, percipiunt, sive a sono, quem frendentes edunt, efficta. Corrigenda heic Scala El. pag. 485. ubi ⲉϥϧⲣⲁϫⲣⲉϫ, نمر. Legendum enim ينخر, ac *frendet* interpretandum. Perperam Kirkerus *adiuvit*, *auxiliatus est*, vim copticae vocis ignorans.

Ϧⲣⲉ, *βρῶσις*, *τροφή*, *cibus*, *esca* Psalm. CIII. 27. XIIII. 4. ϩⲣⲉ theb. Iobi XXXVIII. 39. Idem hebr. ברה, *convivium*, *cibus*. Plur. ϧⲣⲏⲟⲩⲓ Scal. El. 345. ubi ϧⲣⲏⲟⲩⲓ, اطعمة, *cibi*; quae sumpta ex Psalmo LIIII. 13. Quum Kirkerus non bene copticam linguam teneat, saepe in errorem labitur, quando ambigua est vox arabica. Quapropter male hoc loco *sustenta illum*.

Ϧⲣⲉⲃ Π, *diruta* ac *deserta domus* seu *locus* in vit. Macarii Abb. ex cod. Borg. Non differt a خرب vel خراب, quae idem significant arab. Haec autem a خرب, *vastum*, *desertum*, *eversum esse*.

Ϧⲣⲟϯ ⲛⲓ, *pulli camelorum* Gen. XXXII. 15. (Vide ϭⲓⲛⲧⲟⲧ) Est, uti reor, a بكرة *Bichrat*, *camela iunior*, *pullus cameli*, vel بكرات *Bichrat*, *Bichrato*, *camelae iuniores*, *pulli camelorum* arab. Masculini generis est بكر *pullus cameli*, بكار *iuniores cameli*, *camelorum pulli*. Idem est בכרה *iunior camela* hebr. בכרים *cameli iuniores*, *lactentes cameli* apud Kimchium. Abiecta est autem in ϧⲣⲟϯ prima littera, quod in aliis Aegyptii saepe facere consueverunt. Etiamsi enim hoc in omnibus linguis evenit, ut litteras interdum, qui illis utuntur, vel addant, vel de-

mant, hoc tamen in nulla frequentius accidit, quam in coptica. Quod ii certe, qui eam callent, unaque cum aliis comparare possunt, mihi facile concedent. ϧⲣⲟϯ, quod est camelorum pulli speciale nomen, aliquando, ut in aliis evenit, acceptum generatim. Nam Deut. xxviii. 54. ⲛⲓ ϧⲣⲟϯ sunt *τα τεκνα*, xxxi. 12. *τα εκγονα*.

ϧⲣⲱⲟⲩ, *φωνη*, *κραυγη*, *φθογγος*, *vox*, *clamor*, *sonus* Ps. iii. 4. v. 1. xviii. 4. item *clamare* in *Encom.* Theodori Abb. ex cod. Borg. Thebaei ϩⲣⲟⲟⲩ. Forsitan *Chrou* a קרא *clamare*, *vocare* ducitur, tenui littera ק ⲕ, quod vulgo fieri solet, in adspiratam conversa.

ϧⲱⲧⲉⲃ, *θανατουν*, *αποκτεινειν*, *αναιρεσις*, *φονος*, *occidere*, *interficere*, *nex*, *caedes*. Habes apud Crozium. Idem vero est حطب *Hateb*, seu *Gateb* arab. *perire*, *cadere*, *mori*, in Aphel *interficere*, *perimere*. Dicitur etiam ϧⲁⲧⲉⲃ; unde ϧⲁⲧⲉⲃⲓⲱⲧ *parricida*, ϧⲁⲧⲉⲃⲙⲁⲩ *matricida*, ϧⲁⲧⲉⲃⲣⲱⲙⲓ *homicida* in codic. Borg. Thebaei ϩⲱⲧⲃ pro ϧⲱⲧⲉⲃ; unde ⲣⲉϥϩⲱⲧⲃ *carnifex* apud Georgium ad acta S. Panesnebi pag. 257. memphit. ⲣⲉϥϧⲱⲧⲉⲃ. Iidem ϩⲟⲧⲃⲉⲥ et ϩⲁⲧⲃⲉⲥ, *homicidium*, *caedes*.

ϧⲱϧ, *κνηθειν*, *κνηθεσθαι*, *fricare*, *prurire*, ϧⲁϧⲟⲩ· *κνηφη*, *pruritus* II. ad Tim. iiii. 3. Deut. xxviii. 27. Convenit omnino ϧⲱϧ cum חכך, حك, *scabere*, *fricare*, *scalpere*, *radere*; unde חיכוך, حكك, *scabies*, *pruritus*, et حكاكة, *limatura*, *scobs*. Etiam aethiop. ሐከከ, ሐከከ חכך, *prurire*, *pruritus*. Eodem pertinet ϧⲁϧ, *αποξυειν*, *radere*, *tondere* Levit. xiiii. 42. 43. Et ⲕⲟⲕϩ, ϧⲟⲕϩ, ϧⲉⲕϩ, ϧⲱⲕ, ϧⲉⲕ memphit. uti ϩⲱⲕ, ϩⲉⲕ, ϩⲱⲕⲉ, ϩⲉⲉⲕⲉ, ϩⲱⲱⲕⲉ theb. in cod. Borg. quae pariter, *radere*, *scalpere*, *tondere* adsignificant. His adde ϩⲱⲕⲉ, et ϩⲱϩ *prurire*. Sic enim recte explicat Mingarellus in adnot. ad Nan. codices pag. 67. Contra Georgius prave, sive in actis S. Coluthi edit. 1. *defluere*, sive in iisdem edit. 2. *multiplicare*. A ϧⲉⲕ et ϫⲱ *caput* factum ϧⲉⲕϫⲱ, *radere* vel *scalpere caput* Numer. vi. 9. et ϩⲉⲉⲕⲉϫⲱ theb. Mich. i. 16. in cod. Borg.

ϩ

Ϩⲁⲗ, ϩⲁⲗⲓ, ⲉⲣϩⲁⲗ, *ἀπατᾶν*, *deceptio*, *decipere* Psalm. LXXVI. 2. et in actis Iohan. martyr. Idem est حال, *fraude uti*, *insidias struere*, ex quo alia multa *versutiam*, *dolum*, *deceptionem* significantia derivantur. Ab ϩⲁⲗ est ϩⲁⲗⲗⲁ *fraus* in *Encom.* Pisentii ex cod. Borg.

Ϩⲁⲗⲁⲓ, *πετᾶσθαι*, *volare* Psalm. XVII. 10. Ducitur ab ϩⲉⲗ sive ϩⲱⲗ. Inde ϩⲁⲗⲏⲧ *ὄρνεον*, plur. ϩⲁⲗⲁⲧ. Similia sunt his *ala*, *ales*, *alites* apud Latinos.

Ϩⲁⲙⲕⲉⲗⲓ ⲡⲓ, الحداد, *faber ferrarius*, *χαλκεύς* in Scala M. pag. 110. theb. ϩⲁⲙⲕⲗⲗⲉ in codicibus Nanian. pag. 323. Opinio est, vocem constitutam ex ϩⲁ *ad*, *circa*, et ⲕⲉⲗⲓ, seu ⲕⲏⲗⲓ, vel ⲕⲉⲗⲗⲓ, *vectis*, *sera*, *pessulus*, quae ex ferro fiunt ad occludendam ianuam, quasi *serarum* ac *pessulorum faber*, vel qui in iis elaborandis versatur. Eadem ratione se habet ⲡⲓ ϩⲁⲙϣⲉ *τέκτων*, *faber lignarius* Hos. cap. VIII. v. 6. qui alias ϩⲁⲙⲡϣⲉ in codic. Borg. unde est ⲉⲣϩⲁⲙϣⲉ *fabricari* in *Encom.* Theodori Abbatis. Sic etiam ⲡⲓ ϩⲁⲙⲛⲟⲩⲃ *aurifex*, qui in elencho codicum aegypt. Borg. ϩⲁⲩⲛⲟⲩⲃ theb. dicitur pro ϩⲁⲙⲛⲟⲩⲃ. In eodem elencho pag. 575. scriptum leges ϩⲁⲙⲛⲟⲩⲃ, sane rectius, quam ϩⲁⲙⲛⲟⲩⲃ. Quamvis eiusmodi scripturae non pauca exempla sint in libris coplicis. Quale est in elencho, quem saepius laudo, pag. 632. in adnot. ⲃⲁⲓϣⲉⲙ ⲛⲟⲩϥⲉ theb. pro ϥⲁⲓϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ, ut alias ϣⲉⲙⲛⲟⲩϥⲉ pro ϣⲉⲛⲛⲟⲩϥⲓ. His addi potest ⲁⲙⲃⲣⲉ, melius ϩⲁⲙⲃⲣⲉ, *σιτοποιός*. In quo tamen dubium est, quid ⲃⲣⲉ sibi velit. Videtur mihi positum id pro ⲃⲉⲣⲓ *cibus*. Unde esset ⲡⲓ ⲁⲙⲃⲣⲉ, aut ⲡⲓ ϩⲁⲙⲃⲣⲉ, proprie *σιτοποιός*, vel is, qui operam in frumento ponit ad panem conficiendum. Verum de hoc legentis iudicium esto. Ex ⲁⲙⲃⲣⲉ, elisa *B*, fit ⲁⲙⲣⲉ, ex quo ⲙⲉⲧⲁⲙⲣⲉ et ⲙⲛⲧⲁⲙⲣⲉ, *ars pistoria*. Vide voc. Ⲁⲡⲣⲟ sive ϩⲁⲡⲣⲟ *labium*.

Ϩⲁⲡⲥ, *conveniens*, *decorum est*, *oportet* theb. Luc. XXIIII. 26. apud Tukium pag. 104. Ⲙⲏ ⲛϩⲁⲡⲥ ⲁⲛ &c. *Nonne conveniens erat* &c. graece *οὐκ ἔδει* &c. Idem arab. حبس *Habs*, *conveniens*,

rectum, *decorum*. In codicibus thebaicis Borg. saepe ϩⲁⲡⲥ et ϩⲁⲡⲥ ⲡⲉ.

Ϩⲁⲣϣ ϩⲏⲧ, *μακρόθυμος*, *longanimis* theb. Nahumi cap. i. v. 8. Item ϩⲣⲟϣ ⲛϩⲏⲧ, *μακροθυμεῖν* in codic. Nanian. Ϩⲏⲧ est *cor*, *animus*, ϩⲟⲣϣ autem sive ϩⲣⲟϣ, *βραδύς*. Hebraei, a quibus Graeci sacrorum librorum scriptores *μακρόθυμον* fecerunt, dicunt ארך רוח Eccles. vii. 9. id est *spiritu* sive *animo* aut *ira longus*, *tardus*, *βραδὺς εἰς ὀργήν*, ut in epist. Iacobi i. 19. Quippe רוח proprie significat *τὸ θυμοειδές*, id est eam animi partem, in quam ira cadit. Iidem alias ארך אפים, *longus ira*, *μακρόθυμος* Exod. xxxiv. 6. In elencho codic. Borg. nuper edito pag. 300. legitur ϩⲁⲣⲉϣϩⲏⲧ. Dixi, quid valeat et unde sit ϩⲁⲣϣ ϩⲏⲧ. Vox autem ϩⲁⲣϣ aut ϩⲟⲣϣ sive ϩⲣⲟϣ, seorsim sumpta, etiam *βαρὺν gravem*, et *ψυχρὸν frigidum* demonstrat. Quam *τὸ ψυχρὸς*, et *ψυχεῖν*, *ψυχος* principem credo verbi significationem, unde caeterae *gravis* ac *tardi* facile dimanant. Verum de ϩⲟⲣϣ iterum sermo fiet.

Ϩⲃⲟⲥ, ϩⲃⲱⲥ, *ἱμάτιον*, *vestis* Ps. xxi. 18. ciii. 2. 6. Theb. ϩⲃⲃⲟⲥ, ϩⲏⲃⲥ, ϩⲃⲥ. A tegendo atque operiendo mea sententia dicitur, scilicet ab ϩⲟⲃⲥ vel ϩⲱⲃⲥ *tegere*, *operire*, *cingere* Ps. xxxi. 1. xxxxiii. 15. Iobi ii. 6. Alibi ϩⲟⲡⲥ. Ϩⲟⲃⲥ vero aut ϩⲟⲡⲥ non differt origine ab ϩⲟⲡ sive ϩⲱⲡ. Nam voces copticae littera S a fine saepius augentur. Paria his vel similia in Oriente, ut infra edocebo.

Ϩⲉⲃⲓ, *aratrum*, *iugum boum* Luc. viiii. 62. ⲡⲓ ϩⲉⲃⲓ الفدان, *par boum* Sc. M. pag. 108. Suspicio est, ϩⲉⲃⲓ ortum ab ⲉϩⲉⲃ. Nam ita scriptum boves bini vel *boum par*. Postea ϩⲉⲃⲓ sumptum pro *aratro* vel *iugo* simpliciter, itaque additum aliquando ⲉϩⲉ; ut Luc. xiiii. 19. ⲉ̄ ⲛϩⲉⲃⲓ ⲛⲉϩⲉ, *ζεύγη βοῶν πέντε*. Idem accidit in ⲙⲁⲛⲉⲥⲱⲟⲩ, quo primum opilio, id est ovium pastor significatus, voce composita ex ⲉⲥⲱⲟⲩ *ovis* et ⲙⲁⲛ *pascere*; deinde *pastor* generatim: ex quo factum ⲟⲩ ⲙⲁⲛⲉⲥⲱⲟⲩ ⲛⲧⲉ ϩⲁⲛ ⲉⲥⲱⲟⲩ Gen. iiii. 2. Vide v. Ⲁⲙⲟⲛⲓ.

Ϩⲉⲓ, *πτῶσις*, *ἀποπίπτειν*, *lapsus*, *ruina*, *cadere*, *decidere* Matth. vii. 27. Psalm. xv. 6. v. 10. Theb. ϩⲉ. Simile est هوى, *decidere*, *labi*, *ruina*, *lapsus* arab. Idem verbum est *invenire* Matth. xviii. 28. in cod. Nan. Amosi viii. 12. in Borgian.

et apud Georgium in adnotatis ad *acta S. Coluthi* pag. 33. ubi plura huius significationis exempla profert. Forsitan ϩⲉ *invenire* ita dictum, quasi *cadere* vel *incidere* in aliquem, sive aliquid. Revera in omnibus locis, ubi est ϩⲉ *invenire*, semper ⲉ *in*, accusativo praepositum reperi. Ita loc. cit. Matth. ⲁϥϩⲉ ⲉⲟⲩⲁ ⲛ̄ⲧⲁ ⲛⲛⲉϥϣⲃⲣ, *invenit unum sodalium suorum*, quasi *incidit in unum &c.* et apud Georgium pag. cit. ⲉϩⲉ ⲉⲧⲉⲥϩⲓⲙⲉ, *invenire mulierem*, ⲁϥϩⲉ ⲉⲡⲉϥⲥⲟⲛ, *invenit fratrem suum*. Sic etiam in caeteris.

Ϩⲉⲗⲓ, ϯ ϩⲉⲗⲓ, ἐκφοβεῖν, *terrere* II. ad Cor. x. 9. Idem videtur هال, pariter *terrere* arab. Desinunt in *I* saepissime verba aegyptia, quod nemo ignorat.

Ϩⲉⲗⲟⲗⲓ, vel ϩⲁⲗⲟⲗⲓ in mss. codice, Scal. M. pag. 231. ubi ⲉϥϩⲉⲗⲟⲗⲓ, طايش, *mente captus*, *stultus*, *levis*. Est ϩⲉⲗⲟⲗⲓ vel ϩⲁⲗⲱⲗⲓ ab הלל *Halal*, *insanire*, הולל *Holel*, *insanum ac stultum reddere*, הוללה *Holela*, *insania*, *fatuitas*. Simile etiam ללל *Lelol*, *fatuus* syr.

Ϩⲉⲙⲛⲉ, *octoginta* Psalm. LXXXVIIII. 10. et in Scal. M. p. 67. Profecto convenit quoad naturam nominis cum ϣⲙⲏⲛ *octo*: itaque congruit pariter cum שמונים, et תמנן, ac ثمانون *octoginta* hebr. chald. arab. ϣ vel *S* mutata in ϩ, uti ϩ vicissim in *S* vertitur. Tale est *Seriphion* ab ϩⲣⲓⲙⲫⲓⲟⲙ, de quo supra sermonem feci. Sic etiam in aliis.

Ϩⲉⲙϫ, ὄξος, *acetum*, theb. ϩⲙϫ. Idem fere hebr. חמץ *acetum*, notatum a Crozio. Plura sunt huiusmodi in lingua hebraea aliisque affinibus, quae *acidum* et *acescere* designant. Tsade per ϫ de more expressum. At Thargum Hierosolym. *acetum* חמע, quod a verbo חמע *fermentari*, *acescere* ducitur, conversa, ut a Chaldaeis fieri solet, littera Tsade in Ajin. Hoc quoque simile τῷ ϩⲉⲙϫ. Namque Ajin persaepe, velut *G*, proferebant veteres.

Ϩⲉⲛⲉⲉⲧⲉ, ⲑⲉⲛⲉⲉⲧⲉ, κέλλαι, κελλία, κελλίον, *contubernium*, *habitaculum*, *cellae* theb. in cod. Nanian. pag. 214. 215. Saepius in Borgianis ⲑⲉⲛⲉⲉⲧⲉ pro ⲧϩⲉⲛⲉⲉⲧⲉ. Fortassis ϩⲉⲛⲉⲉⲧⲉ originem habet a נוות, נאות, vel הנאות *Hanneoth*, *habitacula*, *caulae*, *casae*: quae sunt a נוה *habitare*, *considere*. Idem memphit. ϩⲁⲛ ⲟⲩⲉⲛⲉⲧ in vita Theodori ex cod. Borgianis. Cae-

terum haec, licet origine pluralia, tamen etiam singulariter interdum ab Aegyptiis usurpantur.

Ϩⲉⲛⲟⲩϥⲓ, *εὐθηνία*, *ubertas*, *copia*, *bonus frugum proventus* Gen. xxxxi. 29. 31. 34. 47. Item ϩⲓⲛⲟⲩϥⲓ in vita Pachom. ex cod. Borg. Expressam puro a Coptis vim graeci vocabuli (nisi tamen coptici a Graecis) Quippe *εὐθηνία*, latine redditum, est *bonus cumulus* frugum ab *εὐ*, et *θὶν* seu *θὴν cumulus*, *acervus* frumenti. Eadem fere potestas τῷ ϩⲉⲛⲟⲩϥⲓ; ⲛⲟⲩϥⲓ enim *bonus*, et ϩⲓ vel ϩⲉ est *ἀλοᾶν triturare*, *tritura*, quasi *bona tritura*, id est magnus frugum proventus, quomodo Virgilius *Georg.* I. v. 190.

Magnaque cum magno veniet tritura calore.

Τῷ ϩⲉⲛⲟⲩϥⲓ, theb. ϩⲉⲛⲟⲩϥⲉ, vel ϩⲉⲛⲟⲩⲃⲉ, aut ϩⲓⲛⲟⲩⲃⲉ, opponitur ϩⲃⲱⲛ, λιμὸς, *fames*, *penuria* Luc. iiii. 25. Act. vii. 11. aut ϩⲉⲃⲱⲛ in vita Pachomii, theb. ϩⲉⲃⲱⲱⲛ in elencho cod. Borg. pag. 524. ad litteram *turpis*, id est exigua, *tritura*.

Ϩⲉϭⲗⲙ, φρύγανον, *sarmentum*, *quisquiliae* theb. Hier. xiii. 24. in cod. Nan. Proximum significatu حسل *Hasalon*, *gluma tritici*, *stipula*, *quisquiliae*, quod a verbo حسل *residuum fuit*, *superfuit* arab.

Ϩⲏⲃⲓ, πένθος, *luctus* Apoc. xviii. 7. ⲉⲣ ϩⲉⲃⲓ πενθεῖν, θρηνεῖν Matth. v. 4. Ioel. i. 5. Non est aliud a כאב *dolere*, *dolor*, *moeror* hebr. chald. syr. et كيب, كاب, كابة, *moerere*, *dolere*, *luctus*, *moeror* arab. Nam Chaph per ϩ reddere Coptis usitatissimum est. Ex ϩⲏⲃⲓ ducam ⲛⲉϩⲡ, ⲛⲉϩⲡⲓ, κεπτεῖσθαι, κοπετὸς, θρῆνος, *plangere*, *planctus*, *luctus*.

Ϩⲏⲕⲓ, πένης, *pauper* Psalm. viiii. 9. ϩⲏⲕⲉ theb. Ps. lxxxv. 1. Derivatum ab ϩⲕⲟ λιμὸς, πεινᾷν, λιμώζειν, *fames*, *esurire*. Cui simile habent Arabes مقع *fame languere*, vel مقع *esurire* in 7. coniug. Ab ϩⲏⲕⲓ fit ⲉⲣϩⲏⲕⲓ πτωχεύειν Ps. xxxiii. 10. Ab ϩⲕⲟ autem ϩⲟⲕⲉⲣ, πεινᾷν, *esurire* Ps. cvi. 5. Hos. v. 14. addito verbo ⲉⲣ, illic ab initio, heic a fine.

Ϩⲏⲛϣⲱⲙ, ἔαρ, *ver* Gen. viii. 22. Ita ver appellatum est ab Aegyptiis, quasi *aestus initium*: nam ϩⲏ *principium* est, ϣⲱⲙ *aestus*. In Scala M. pag. 63. legitur ϩⲓⲛϣⲱⲙ errore consueto sed in codice ms. ϩⲏⲛϣⲱⲙ. Emendandus tamen Kirkerus, quod ϩⲏⲛϣⲱⲙ *autumnum* interpretetur; vicissim ⲡⲉⲛⲟⲡⲟⲣⲟⲛ

proxime antecedens, *ver*. Hoc enim autumnus ex graeco φθινοπωρον, illud est ver. In vocibus turbatus est ordo: quae sic collocandae ac copulandae sunt, ϩⲛⲧⲥⲱⲙ, الربيع *ver*: ⲫⲑⲓⲛⲟⲡⲟⲣⲟⲛ, الخريف *autumnus*.

Ϩⲏⲡⲓ ϯ, مطمورة, *fovea* Scal. M. pag. 153. ϩⲁⲛ ϩⲏⲡⲓ, καταγαια Gen. VI. 16. In hebraeo est תחתים, id est *infima contignatio* arcae; quae nonnisi improprie καταγαια, *subterranea* dici possunt. Rectius Symmachus τα κατω. Corrigendus Wilkinsius, qui ϩⲁⲛ ϩⲏⲡⲓ vertit *mansiones* loco cit. Gen. ubi ϩⲁⲛ ϩⲏⲡⲓ ⲛⲏⲉ ⲃ̅ ⲛⲉⲙ ⲅ̅ ⲛⲏⲉ, sic ille, *mansiones bicameratas et tricameratas*. Prave omnino. Nam ϩⲁⲛ ϩⲏⲡⲓ sunt *humiliores* atque *abditiores partes* arcae, ⲛⲏⲉ ⲃ̅ *secunda contignatio*, ⲅ̅ ⲛⲏⲉ *contignatio tertia* vel summa. Quae ita septuaginta interpretes, καταγαια, διωροφα, και τριωροφα: Symmachus τα κατω, διστεγα, και τριστεγα, ex hebr. ושלישים, שנים, תחתים. Iam ϩⲏⲡⲓ est certe ab ϩⲏⲡ *abdere*, de quo dicam aliquid v. Ϩⲱⲡ.

Ϩⲏⲧϫⲏ, *confidere*. Locum non memini. Fortasse a me lectum in codic. Borgianis, aut in elencho eorundem nuper edito. Verbum autem constare puto ex ϩⲏⲧ *cor*, et ϫⲏ *ponere* vel *apponere*, idemque factum ex graeco προστιθεσθαι καρδιαν Ps. LXII. 10. latine *cor apponere*. In quo vides, non observatum a Coptis naturalem ordinem dictionis, ut verbo, a quo regitur, nomen postponatur. Hoc enim, uti a Graecis ac Latinis vulgo frequentatum, sic etiam factum non raro ab Aegyptiis; quamvis isti, dum verba componunt, plerumque eum ordinem teneant. Tale est Μωυσης, ⲙⲱⲟⲩϫⲁⲓ, id est *ex aquis servatus* aut *genitus*, ⲁⲣⲱⲙⲧⲱⲙ *obmutuit*, ad litteram *os obturavit*, ϫⲱⲟⲩⲛⲥⲉⲛ ϫⲓ *genealogia*, quae alias ⲥⲁϫⲓⲉϫⲱⲟⲩ, ⲙⲡⲏⲱⲓⲕ διωρυγη, ϫⲟⲛ ⲕⲉⲣ *perficere* pro ⲉⲣϫⲟⲕ, ⲧⲱⲙⲉⲣ *claudere* a ⲧⲱⲙ, ϩⲟⲕⲉⲣ *esurire* ab ϩⲕⲟ, ϭⲟⲩϩⲉⲣ *maledicere* a ⲥⲁϩⲟⲩ, ⲱⲡϫⲉⲣ *claudere* ab ⲱⲡϫ, ⲥⲁϥⲉⲣ *colare* a ⲥⲁϥ, ϣⲧⲁⲙⲉⲣ *obstruere* a ϣⲧⲁⲙ &c. Alia plura huiusmodi exempla in hoc Etymologico occurrent.

Ϩⲓⲑⲣⲏⲃ, απολακτιζειν, *calcitrare* Deut. XXXII. 15. apud Tukium in Psalterio. Mendose, ut credo, Wilkinsius ϩⲓⲏⲣⲏⲃ. Suspicio est ϩⲓⲑⲣⲏⲃ constare ex ϩⲓ *iniicere*, ac ترايب seu تارب *pedes* in libro *Camus* apud Golium. A *Tharib* fortasse ⲑⲣⲏⲃ *Thrib*, *Threb* Aegyptii. Eadem fere in verbo ϣⲉⲛϥⲁⲧ, *calci-*

trare vis est, de quo v. Τοτc loquar. Sic etiam se habet ϩⲧⲛ ⲗⲁⲝ *pullus*, id est *calce petens*, quod infra explicabo.

Ϩⲓⲛⲓⲙ, νυςάζειν, *dormitare*, *dormitatio*, Matth. xxv. 5. et ϩⲛⲓⲙ in cod. Borg. Videtur originem ducere a נום, נאם, *dormitare* hebr. chald. syr. aeth. arab. quod in Hiphil est הנים omnino simile τῷ ϩⲓⲛⲓⲙ. In Scala Kirker. pag. 90. et 364. ⲡⲓ ϩⲓⲛⲓⲙ, النوم, *dormitatio*. Huc refero ϩⲓⲛⲏⲃ *Hinib*, *somnus*, *dormitatio* theb. Zach. IIII. 1. Saepe enim *B* cum *M* commutatur. Vide v. Βⲁϣⲟⲩⲣ *serra*.

Ϩⲓⲡ, ἶβις, *Ibis* Lev. xi. 17. Deut. xiiii. 16. Ita Crozius. Syri ܐܝܒܝܣ איבי. Quoniam Ibis avis est *Aegypti peculiaris*, ut ait Plinius lib. 10. cap. 48. etiam nomen aegyptiacum putandum. Tychsenus in *Physiologo Syro* ϩⲓⲡ factum putat a sono vocis. Pro ϩⲓⲡ Wilkinsius ϩⲓⲡⲡⲉⲛ locis cit.

Ϩⲓⲡϩⲟ, ὑπεριδεῖν, *despicere*, *contemnere* Lev. xx. 4. Ps. lxxvii. 59. xxvi. 9. Zach. i. 12. Ϩⲓⲡϩⲟ mea sententia eandem vim habet, ac τὸ ὑπεριδεῖν. Nam ϩⲓ *supra*, ϩⲟ *facies*. Inde ⲣⲉϥϩⲓⲡϩⲟ, ὑπερήφανος Psalm. xii. 27.

Ϩⲓϭⲗⲁ, *assiduum* ac *firmum* in aliquo esse ex lib. *de Hieraca* in cod. Borg. ⲡⲓ ϩⲓϭⲗⲁ, *assiduitas* Scal. M. pag. 99. Origo huius, ni fallor, ab أصل *Asala*, *firmum*, *constantem esse*; unde اصالة *Asala*, *stabilitas*, *constantia*.

Ϩⲗⲓ, οὐδέν, οὐδείς, *nemo*, *nihil*. Item τις, τι, *aliquis*, *aliquid*. Idem fere est hebr. אליל, *nihil*, *nullus*. Saepe etiam ⲉϩⲗⲓ scriptum in vita Isaaci Episc. Alex. ex cod. Borg.

Ϩⲗⲓϫⲓ ⲡⲓ, الاسهال, *solutio ventris* Sc. M. pag. 160. Est ab ϩⲉⲗϫ aut ϩⲗⲟϫ *dulcis*, *dulcedo*. Nam saepius provenit ex esu vel potu dulcium.

Ϩⲗⲟⲗ, *nebula*, *caligo* Ps. cxxxxvii. 5. Act. xiii. 4. et ⲉϩⲗⲟⲗ in *Encom.* Theodori ex cod. Borg. Thebaei ⲕⲗⲟⲟⲗⲉ et ⲕⲗⲟⲗⲉ Soph. i. 15. apud Tukium pag. 338. et Matth. xxvi. 64. apud eundem 357. Ⲉϩⲗⲟⲗ et ⲕⲗⲟⲗⲉ cum ἀχλύς et ὁμίχλη comparanda. Ab ϩⲗⲟⲗ fit ⲉⲣϩⲗⲟⲗ *caligare* Gen. xxvii. 1.

Ϩⲗⲟⲟⲗⲉ, *parere* vel *parturire* theb. in elencho cod. Borg. pag. 492. ubi ϫⲡⲟ ϩⲉⲛϣⲏⲣⲉ ⲏ ϩⲗⲟⲟⲗⲉ ⲙⲙⲟⲟⲩ, *filios generare seu parturire*. Venit ϩⲗⲟⲟⲗⲉ a הוליל *Holel*, *peperit*, *parturivit* hebr.

ϩⲙⲉ, اربعين, *quadraginta* Scal. M. pag. 67. et apud Crozium. Factum nomen videtur ab appellatione litterae ϩⲙ, qua Copti numerum quadragenarium designant, ut Graeci. Adde, in vita Macarii Alex. eundem numerum, quoties nominandus erat, ita expressum, ϩⲙ. *Hem*.

ϩⲙⲟⲧ, χαρις, *gratia* Exod. III. 21. ϯ ⲛϩⲙⲟⲧ, χαριζεσθαι. Lege Crozium. An ita dicitur a نعمة *Nehmat*, *gratia*, *beneficentia*? quod a verbo نعم, *bonum* ac *beneficum esse*. *N* aliquando abiectam in principio dictionis, plures in hoc libro voces commonstrant. Corrige Scalam El. pag. 442. ubi sic ⲡⲓ ϩⲙⲟⲧ, العمة, *amita*. Legas vero النعمة, ac reddas *gratia*. Potuit sane Kirkerus, ϩⲙⲟⲧ non esse amitam ex solo artic. masculino ⲡⲓ facile agnoscere.

ϩⲙϩⲁⲗ, δουλος, παις, *servus* theb. Matth. XVIII. 28. in cod. Nan. et Iobi I. 17. in Borgian. Se habet, opinione mea, velut עמל *laborans* ab עמל *laborare* hebr. chald. syr. Idem verbum sam. *operari*, et *opus mercede praestitum* significat. Item arab. عمل, *laborare*, *operari*, *servitium praestare*; et *mercede opus faciens*, et *ministerium*, *opus*, *servitium*. Etiam memphit. ϩⲉⲙϩⲁⲗ *servus* est in hist. mart. Ioh. iun. Ab ϩⲙϩⲁⲗ fit ⲉⲣϩⲙϩⲁⲗ δουλευειν Iobi XXXVIIII. 9.

ϩⲙϩⲙ, χρεμετιζειν, χρεμετισμος, *hinnire*, *hinnitus* theb. Hier. XIII. 27. in cod. Nanian. Est idem plane ac حمحم *hinnire*, *hinnitus* arab. Inde ϩⲉⲙϩⲉⲙ memphit. transfertur ad significandum rugitum leonis Ps. XXXVII. 8. Apoc. X. 3.

ϩⲛⲁⲁⲩ, αγγος, αγγειον, *vas*, *hydria* theb. Amosi VIII. 1. in cod. Borg. Ps. II. 9. Isai. XXX. 14. apud Tukium pag. 210. 205. Simile اناء, quod legunt *Enau*, *vas*, *hydria*, *ampulla* apud Arabes. Namque ϩ in Aegypto, modo abundat, modo vocalium *A* vel *E* locum supplet. ϩⲛⲁⲁⲩ etiam legitur in elencho cod. Borg. pag. 317. *ampulla*, *vasculum*, non *edulium*, ut in adnot. Habes quoque ϩⲛⲟ αγγειον non semel in iisdem codicibus, eodem pertinens. انا enim, *Eno* etiam vel *Ano* licet efferre. Quod si ϩⲛⲟ esset origine aegyptium, ipsum quidem singulare, ϩⲛⲁⲁⲩ plurale videri posset. Hinc factum videtur ⲛⲟⲩⲛ ⲧⲁϣⲏ, κυψελην theb. Hagg. II. 17. in cod. Borg. ubi ⲉⲛⲟⲩⲧⲁϣⲏ, εις κυψελην, quod fort. scriptum ⲉϩⲛⲟⲩⲧⲁϣⲏ. Etenim vim aegy-

Pp

ptiacae vocis hanc esse puto *vas latum*, *capax*: quippe quum ex ϩⲱⲟ vel ϩⲛⲁⲁⲩ et ⲟⲩⲉϣⲥ aut ⲟⲩⲱϣⲥ, *dilatare*, *latum esse* constare videatur. Suidas, Κυψελη· σκευος δεκτικον πυρων η κριθων. Hesychius, Κυψελαι· τα σιτηρα αγγεια, και τα κενα σκευη. Coelius lib. 9. *Graeci*, inquit, *definiunt esse* (*Kypselen*) *vasis speciem ex testa vel vimine*, *quae tritici aut hordei certam mensuram capiat*.

ϩⲟⲓ, *tumulus*, *acervus*, *agger* in elencho cod. Borg. pag. 537. Hoc idem nomen ϩⲟⲓ *acervus*, est in vita Macarii M. ex iisdem cod. Videtur ϩⲟⲓ non differens ab עי, *acervus*, *cumulus* hebr. quod *Oi* vel *Hoi* pariter enunciare potes.

Ϩⲟⲓⲧⲉ, ἱματιον, *vestimentum* theb. Matth. XXI. 7. 8. in cod. Nan. Iobi I. 20. in Borg. Derivatum credo ab עטה *vestire*, *amicire* hebr. Simile etiam גוּטְיָא *pallium* chald. a verbo חוט *consuere* ductum. Tamen est ϩⲓⲱⲧ *supra*; unde ϯϩⲓⲱⲧ *induere* memph.

Ϩⲟⲕⲗⲉϥ, *clitellae camelorum* in Scal. M. pag. 137. Convenit ϩⲟⲕⲗⲉϥ cum אוכף *ephippium*, seu quod equo atque asino vel bestiae imponitur, ab אכף *curvare*, *flectere se*; et cum اكاف, وكاف, اكف, *clitellae asini*, *muli*, *equi* &c. Ex his Copti, ni fallor, ϩⲟⲕⲗⲉϥ, indita *L*, quo etiam cameli *clitellas* adsignificant.

Ϩⲟⲗⲕⲓ, *aries* machina bellica Scal. Kirker. pag. 117. Ducitur a ϭⲟⲗⲕ, ϭⲱⲗⲕ *tendere*, *intendere*, *immittere*, theb. ϫⲟⲗⲕ Zach. VIIII. 13. ϩ enim cum ϭ vel *S* saepius commutant (vide *Seriphium*) Vel dicitur ab ⲱⲗⲕ *trahere*, *torquere*, cui simile ελκειν, ολκη; unde etiam ϩⲱⲗⲕ, et ϩⲱⲗⲕ ⲛⲧⲉ ⲛⲓϥⲱⲓ *cincinnus* derivari posset, de quo v. Ϣⲟⲗⲕ. Ab eodem fonte, ex quo venit ϩⲟⲗⲕⲓ, etiam ϩⲗⲕⲟⲩ *falx* in elencho cod. Borg. pag. 458. petendum.

Ϩⲟⲗⲥ, *dulcis*, theb. ϩⲟⲗϭ, basmyr. ϩⲁⲗⲥ, ϩⲁⲗⲉⲥ Isai. V. 20. Fortasse a حلا *dulcis fuit*, *dulcem reddidit*, حلو, حلوى *dulcis*, *res dulcis*, chald. חלי *dulcis*, חולי *dulcedo*. *S* in fine non raro adiunctum videas. Ita ⲕⲟⲗⲡⲥ *furtum* a ⲕⲟⲗⲡ, ⲕⲟⲣϫⲥ *laqueus* a ϫⲱⲣϫ, ⲥⲟⲣⲥ *dimittere* a ⲥⲣ, ⲙⲟⲕϩ *labor*, theb. ⲙⲟϩⲥ. Frequentius dulcis ϩⲟⲗϫ dicitur et ϩⲗⲟϫ.

Ϩⲟⲙⲧ, χαλκος, *aes* Exod. XXV. 3. theb. ϩⲟⲙⲛⲧ et ϩⲟⲙⲉⲧ. Inde ortum credo το Ιμουθ, de quo opus edidit Zosimus Panopolita, rerum chemicarum scriptor, uti refert Syncel-

lus pag. 13. En verba Syncelli, quae recitat Fabricius, tom. 12. *bibliothec. Graec.* pag. 755. Αξιον δε και Ζωσιμȣ Πανοπολιτȣ φιλοσοφȣ χρησιν τινα παραθεσθαι εκ των γεγραμμενων αυτῳ προς Θεοσεβειαν εν τῳ εννατῳ της Ιμȣθ βιβλῳ. Porro ἡ Ιμȣθ mihi videtur esse ἡ χαλκιδικη, quam scientiam profitebantur chemici, quaeque de virtutibus metallorum, deque iis dissolvendis, perficiendis, transmutandis, variosque in usus convertendis agit. Περι της χαλκιδικης scriptus liber est a Perigene, uti legitur in scholiis ad Apollonium Rhodium lib. 3. vers. 1376. Iuvat heic scholiastis locum proferre: Ει δε τις λεγει τῳ πυροεντι αυτον ωμοιωκεναι, περι ȣ Περιγενης εν τῳ περι της χαλκιδικης των μαθηματικων, προειπων περι των πλανητων, λεγων ὑφ' ἑν ειναι τον πυροεντα, προσαγορευομενον δε ὑπο Ελληνων Αρεως, ὑπο δε Χαλδαιων Ηρακλεως &c. Editum vero in his erat Χαλκιδεων; pro quo Rutgersius *variar. lect.* lib. 5. cap. 6. bene substituit Χαλδαιων: quam lectionem confirmat Macrobius lib. 3. *Saturnal.* cap. 12. *Chaldaei stellam Herculis vocant, quam reliqui omnes Martis appellant*. Idem vero perperam tollit χαλκιδικην, legitque ex ingenio χαλδαϊκην. Namque ea voce, etiamsi in vulgatis lexicis non reperiatur; tamen perbelle exprimitur illa ars atque scientia, quam supra descripsi: recteque dicitur χαλκιδικη των μαθηματικων, quae naturae metallorum virtutisque siderum cognitione continetur; itaque secernitur ab ea, quam χαλκȣργικην vocant Graeci, quae pariter aera tractat ac elaborat, ac fabrorum aerariorum propria est. Igitur de eadem materia, ut videtur, Zosimus Panopolites ac Perigenes scripsere. Sed hic graeco usus vocabulo a χαλκος χαλκιδικην appellavit. Aegyptius autem Zosimus, ut mea quidem opinio est, ab ϩⲟⲙⲧ vel ϩⲙⲟⲧ *Hemot, aes* librum περι της Ιμουθ aegyptio nomine inscripsit. Zosimi Panopolitae chemicos libros complures a Fabricio recensitos reperies *biblioth. graecae* lib. 6. cap. 8. Ab ιμȣθ repeto cognomen ιμȣθης, quod Aesculapio tributum legimus in *Eclogis physicis* Stobaei lib. 1. ubi non semel Ασκληπιος ὁ ιμȣθης. Hoc enim is, quia την ιμȣθ seu χαλκιδικην fortasse primus invenerit atque homines edocuerit, vel certe plurimam in illa operam ac studium locaverit, videtur adeptus.

Ⲑⲟⲏⲃⲉ, *fons, fontes* theb. Vox, quam in aliis legisse non memini, habetur Ps. xxxxi. 1. apud Tuk. in *gram. copt.* pag. 235.

Origo eius a נבע, *scaturire*, *manare* hebr. chald. syr. arab. sive a נבועא, ينبوع, *fons*, *scatebrae*.

ϩⲟⲡ, γάμος, *nuptiae* Matth. xxii. 2. 3. 4. Οⲩ ϩⲟⲡ, عرس, *nuptiae*, *thalamus* Scal. El. pag. 399. Videtur ab ϩⲱⲡ *abscondere*, *latere* deductum. Sic etiam in Oriente חפה *thalamus nuptialis*, *nuptiae*, conveniens cum ϩⲟⲡ; a חפה vel חפי *tegere*, *occultare*, quod pariter ab ϩⲱⲡ *latere* non discrepat, derivatum.

ϩⲟⲡⲧ ϩⲁⲛ, κυμάτια, *cymatia* Exod. xxv. 11. Est ab עבות *Habot*, *contextum*, *tortile* hebr. unde *Hobt* vel *Hopt*. עבות autem ab עבת *complicare*, *contorquere*.

ϩⲟⲣϣ, ϩⲣⲟϣ, ψύχειν, *frigidum esse*, *frigescere* Matth. xxiiii. 12. ψυχρὸς *frigidus* Apoc. cap. iii. 15. Idem profecto videtur ac קורשא, קריש, *frigus*, *gelu* syr. et קרושא chald. Caput istorum est verbum קרש *congelare*, *coagulare*, *frigefacere*. Porro ק versa est in ϩ; nam tenues mutari solent in adspiratas. Ita ϩλολ dicitur et κλολ *caligo*. Alia habes in v. ϩⲣⲱ collecta. Legitur etiam ⲁⲣⲟϣ *frigus* Gen. viii. 22. Deut. xxviii. 22. ab ϩⲟⲣϣ vel ϩⲣⲟϣ; ubi ⲁ pro ϩ. Habes et ⲟⲣϣ, ⲱⲣϣ et ϩⲣⲏⲥ theb. in elencho cod. Borg.

ϩⲟⲧ, الزق, *uter* Scal. M. 231. 260. Idem apud Chaldaeos חמת *uter*.

ϩⲟⲧϥ ⲛⲓ, الهلبان, *cicercula* Scal. M. pag. 193. Simile τῷ ϩⲟⲧϥ *Huph* habent Syri ܚܦܘܦܐ *Hphupho*, *cicer*, *cicercula*. Commodius ϩⲟⲧϥ ab אפה *Apha*, *coquere*, *pinsere* petitur. Reapse in eadem Scala p. 259. ⲛⲓ ϩⲟⲧϥ *coctum* notat. Ibi enim ⲛⲓ ϩⲟⲧϥ, الهلبان, المطبوخ *cicercula*, *decoctum*.

ϩⲟϥ ⲛⲓ, ἀσπὶς, ὄφις Psalm. xiii. 3. lvii. 4. Item ϩϥⲱ Ps. lvii. 4. generis fem. ubi ϩϥⲱ ⲛⲕⲁⲩⲣⲥ, ἀσπὶς κωφὴ. Non differunt ab ϩⲟϥ et ϩϥⲱ, ὄφις graece, אפא vel אפה *serpens*, *basiliscus* chald. et אפע, אפעה hebr. Iobi xx. 16. quod septuaginta viri et Chaldaeus interpres reddunt *serpentem*, Hieronymus *viperam*. Sed qui primum hoc nomine serpentem nuncupare coeperint, nequeo definire. Pro ϩϥⲱ etiam ϩⲃⲱ in elencho cod. Borg. pag. 643. sed in Scal. M. p. 172. ⲟⲃⲓⲟⲛ graece declinatum, et οὐβαῖον in Horo Apolline lib. 1. cap. 1. si vera est Merceri lectio.

ϩⲟϯ, φόβος, *timor*, *timere* Ps. II. 11. III. 6. Fortasse ab חת *Hat*, *terror*, *timor* hebr. Inde *Hot*, *Hoti*; quia *O* pro *A* amat communis dialectus, et *I* in fine vocum. חת autem et חתת a חתת *conteri*, *terreri*. Thebaeis ϩⲟⲧⲉ *timor*. Ab eodem verbo trahere licet ⲥⲧⲱⲧ *terror* theb. in elencho codic. Borg. pag. 289. nempe a חתת *terror*, *consternatio* hebr. Nam ח per *S* seu ϣ reddi vulgatum est. Itaque a *Chtat Chtot* factum ⲥⲧⲱⲧ.

ϩⲣⲁ, πρόσωπον, *facies*. Hinc ϩⲣⲁⲓ *coram me &c.* Quaere haec et caetera apud Crozium. Derivanda vox a ראה *videre*; unde ראי *visio*, *visus*, *adspectus* hebr. et רוא רו *adspectus*, *facies* chald. et رؤ *vultus*, *facies* arab. Huc etiam spectat ⲣⲟ. ϩ vero adspiratio videtur more Graecorum. Tale est etiam ϲϩⲣⲟⲙ a ⲥⲣⲟⲙ *somnus*, ϩⲣⲏⲧⲟⲛ pro ῥητὸν, ϩⲣⲱⲙⲁⲓⲟⲥ pro ῥωμαῖος, ϩⲣⲟⲩⲫⲟⲥ pro ῥύφος in elencho cod. Borg. &c.

ϩⲣⲁⲩ τὸ πρέπον; unde ⲡⲉⲧϩⲣⲁⲩ, ὁ πρέπει, *id*, *quod decet* I. ad Tim. II. 10. ϩⲣⲁⲩ idem certe ac הראוי *quod visum est*, seu *conveniens*, *dignum habitum*, τὸ πρέπον, ὃ πρέπει. Est participium Paul verbi ראה. Hinc Esther II. 9. הראיות, *visae*, *dignae habitae* a singulari femin. הראיה. Chaldaei ac Iudaei doctores frequenter usurpant ראוי *dignum*, *conveniens*, *congruum*. Et ראה apud eosdem non tantum *videre*, sed etiam *videri*, *dignum*, *aequum*, *conveniens habere*, *probare* significat.

ϩⲣⲏϣⲓ, ⲉϩⲣⲏϣⲓ, *torques*, *monile*. Ita enim accipio ⲧϩⲣⲏϣⲓ in *Encom.* Theodori Abb. ex cod. Borg. ubi ⲧϩⲣⲏϣⲓ ⲛⲛⲟⲩⲃ ⲛⲧⲉ ⲡϣⲏⲣⲓ ⲛⲧⲉ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲛⲛⲓⲡⲉⲣⲥⲏⲥ, *torques aurea filii regis Persarum*. Infra, ⲧⲁ ⲉϩⲣⲏϣⲓ ⲛⲛⲟⲩⲃ ⲛⲉⲙ ⲱⲛⲓ ⲙⲙⲏⲓ, *mea torques aurea cum margaritis*. Est, opinor, ϩⲣⲏϣⲓ a חרוזים *torques*, *monilia*, *ordo ac series margaritarum*, syr. ܚܪܙܐ, vel a خرز *monile ex gemmis consertis*, خرزة *gemmae* vel *margaritae reglae coronae*. Horum radix et origo خرز *subula consuere*. Z in ϣ vertere Aegyptii solent, seu velut Scei efferre, quum ea littera careant. Quare a חרוזים, *Herozim*, fit *Heroscim*, vel sine *M*, nota pluralis num. apud Hebraeos, *Herosci*, *Heresci*, ϩⲣⲏϣⲓ.

ϩⲣⲟⲟⲩⲙⲡⲉ, ϩⲣⲟⲙⲡⲉ, ϩⲣⲟⲩⲃⲉⲡⲉ, *tonitrus* theb. apud Tukium in *gram. copt.* pag. 22. 26. et ϩⲣⲟⲩⲙⲡⲉ apud Mingar. Ioh. XII. 29. Sic autem ϩⲣⲟⲟⲩⲙⲡⲉ vel ϩⲣⲟⲙⲡⲉ aut ϩⲣⲟⲩⲙⲡⲉ a Copto-Arabe interprete exponitur in recitato loco, رعد

اى صوت عال سماوى, nempe *tonitrus, id est vox caelestis*. Vera sane ac concinna est haec notatio vocis. ϩⲣⲟⲟⲩ enim *vox* dicitur, ⲡⲉ *caelum* theb. Enim vero ita se habet ϩⲣⲟⲩⲙⲡⲉ *tonitrus*, ut ⲁⲗⲙϥⲉ, theb. ⲁⲗⲙⲡⲉ, *grando*. Is enim recte denominatur *vox caeli*, haec *lapis caelestis*; uti v. Ⲁⲗⲙϥⲉ explicavimus. Paullo aliter tonitrum dictum legimus Psalm. LXXVI. 9. apud Tukium pag. 25. videlicet ϩⲣⲟⲩⲃⲃⲁⲓ theb. uti memph. ϧⲁⲣⲁⲃⲃⲁⲓ. Sed eadem tamen vox est, eademque sententia. Nam etiam ⲃⲁⲓ *caelum* me legisse memini in cod. Borgianis: ac sicuti ϩⲣⲟⲩ vel ϩⲣⲟ ab ϩⲣⲟⲟⲩ dicitur theb. sic etiam ϧⲣⲁ a ϧⲣⲱⲟⲩ memphit. Quamquam de ϩⲣⲟⲩⲃⲃⲁⲓ et ϧⲁⲣⲁⲃⲃⲁⲓ dubitare aliquis poterit, an ista Aegyptii ab Arabibus acceperint. Ab his enim ضربه *Dsaraba*, tonitrus, quod est τῷ ϧⲁⲣⲁⲃⲃⲁⲓ persimile, denominatus est.

חרטמים *Hartummim, magi, sapientes, harioli* Genes. XXXXI. 8. Exod. VII. 11. 22. Probabile est, חרטים in Aegypto usurpatum atque ex eius loci sermone ductum, quae multorum doctorum opinio est, in qua etiam fuerunt aliqui Iudaeorum magistri. Fortasse nomen ita enunciarunt ac litteris mandarunt, ⲁⲣⲉϩⲑⲱⲙ vel ϩⲁⲣⲉϩⲧⲱⲙ *Harehtom*, hebr. chald. חרטם *Hartom*, quod etiam legas *Haretom*. Est autem *Harehtom secretorum* vel *adytorum custos*. ⲑⲱⲙ enim seu ⲧⲱⲙ *occlusum, obstructum*, ⲁⲣⲉϩ sive ϩⲁⲣⲉϩ *custodiam* significat. Tales vero erant magi ac sacerdotes Aegypti, qui loca secreta atque abdita, ignotis litteris, quibus arcana sapientia continebatur, inscripta adservabant. Quare apud Lucanum lib. 10. Caesar sacerdotem Aegyptium sic adloquens inducitur, *Quodcumque vetustis insculptum est adytis profer*. Rectius ac simplicius *Harehtom* Magus, id est *secretorum custos*, denominatus putetur, quia essent eiusmodi hominibus secreta naturae atque arcana sapientiae cognita, ac veluti in custodiam concredita. At vero Iohannes Clericus in Gen. loco cit. nomen a Chaldaeis petit. Nam חרטמים etiam Babylone commemorantur in lib. Danielis. Explicat vero חרטים, *clausorum inspectorem*; quia חטם Chaldaeis *clausum* perinde, ut Aegyptiis, חור autem *adspicere* est. Hanc equidem nominis rationem non improbo: quamvis fere eadem, scilicet ⲓⲟⲣϩⲧⲱⲙ, esse potuit in Aegypto. Relege v. Ⲓⲟⲣϩ. Mitto, quae Samuel Bochartus *Hieroz.*

par. 2. lib. 4. cap. 18. et quae alii, ab eodem laudati, de vocis origine commentati sunt.

ϩⲣⲱ, *καμινος*, *caminus*, *clibanus fornax* Ezech. XXII. 20. Exod. VIII. 8. ϩⲁⲛ ϩⲣⲱ *χυτροποδες* Levit. XXI. 35. Est idem ϩⲣⲱ cum כור heb. כורא chald. *caminus*, *fornax*, *vas ad liquandum metalla*, כירים *chytropodes*. ϩ pro Caph pluries occurrit. Tale est ϩⲏⲃⲓ *luctus* a כאב, كيب, كأب, ⲥⲁϩⲛⲓ *suppeditare* a סכן, ⲛⲁϩⲃⲓ *humeri* a نكب, ϭⲣⲟϩ *defectus* a צרוך &c. Posset aliquis idem nomen a חרר *exuri*, *ardere*, vel חרה ducere.

ϩⲣⲱⲧ, *ληνος*, *torcular* Apocal. XIIII. 19. Proverb. III. 10. Hos. VIIII. 2. Fortasse ab ϩⲣⲱⲟⲩ *σαζειν* Psalm. LXXI. 6. apud Tukium in *gram. copt.* pag. 444. denominatum est.

ϩⲣⲱⲧ ⲛⲓ, الوريدان, *venae* in Scal. M. pag. 76. Congruit ϩⲣⲱⲧ cum ورود *venae* arab. *T* pro *D*, ϩ pro Vau. Singul. وريد *vena*, chald. וריד.

ϩⲧⲥ, *το πρωι*, *diluculum* theb. Amosi VIII. 4. in cod. Borg. Non differt, opinor, ab مطلع *aurora* arab. Ubi ϩ *τω Ain* locum supplet.

ϩⲟⲩⲗⲁϫ ⲛⲓ, *pullus* Scal. M. pag. 165. Nomen est rei conveniens. ⲛⲓ ϩⲟⲩⲗⲁϫ enim commode explicatur *calcitrans*, sive *calcem impingens*: ϩⲟⲩ quippe (mendose pro ϩⲓ, sed tamen usitate) est *iniicere*, ⲗⲁϫ *calce*, coptice usurpatum *calcem*. ϩⲟⲩ pro ϩⲓ etiam cernitur in ϩⲟⲩⲗⲏ *limus* Ps. LXVIII. 2. certe non aliud, quam *ιλυς* graece.

ϩⲱⲃ, *δερρις*, *pellis* theb. Psalm. CIII. 2. *Extendens caelum, sicut pellem*, graece *ωσει δερριν*, theb. ⲛⲑⲉ ⲛⲟⲩϩⲱⲃ. Simile omnino est ϩⲱⲃ *τῳ* حب *Hab*, *Hob*, *tentorium*, *pellis*, *cortina* arab. quod a حبا *tegere* dicitur. Locus psalmi 103. legitur apud Tukium in *gram. copt.* pag. 202. quem recitat etiam Georgius *de miracul. S. Coluthi* pag. 86. Temere hic tamen ac sine caussa ϩⲱⲃ pellem dici negat; itaque substituit ϩⲱⲃⲥ, *tegumentum*. Temere, inquam: nam et graeci codices *δερριν pellem* exhibent, et Memphitae ibidem ϣⲁⲣ *pellem*; et Hebraei, Syri, Arabes, Chaldaei, Aethiopes, omnes denique *pellem*, *cortinam*, *tentorium* praeferunt. Addo, pulcre dici ac eleganter, *amictus lumine*, *tamquam veste*, *extendens caelum*, *velut tentorium*: at vero frigide *extendens caelum*, *velut tegumentum*. Potest etiam

ϩⲱⲃ, de quo loquimur, duci, vel ab ϩⲱⲛⲥ *tegere*, sive ab ϩⲱⲡ, aut a חבא, quod omnium fons et origo est. Lege v. Ϩⲃⲟⲥ et Ϩⲱⲡ.

Ϩⲱⲡⲣⲓ, ϩⲱⲡⲣⲓ ϩⲁⲛ ⲛⲓ, *βολβιτα*, *κοπρος*, *boum stercora*, *stercus*, *fimus* Soph. 1. 17. Exod. XXVIII. 13. Numer. XVIII. 5. Theb. ⲧ ϩⲁⲓⲣⲉ *stercus* in libro med. Borg. Certe ϩⲱⲡⲣⲓ vel ϩⲱⲡⲣⲓ idem ac חורים aut חראים, *excrementa*, *stercora* hebr. et חירי, חריא, *stercus*, *fimus* chald. ac خر vel خرا arab. quae a verbis חרא, خرى, *stercus egerere* derivantur a grammaticis. Ad hunc locum pertinet ⲙⲁϩⲣⲟ, *κοπρια* Luc. XIII. 8. ubi ϯ ⲙⲁϩⲣⲟ, *βαλλειν κοπριαν*, *stercorare*. Quamvis ⲙⲁϩⲣⲟ *sterquilinium*, seu locum fimi ac stercoris proprie denotare videatur. ⲙⲁ enim *locus*, ϩⲣⲟ vel ϩⲟⲣⲓ *stercus*. Quod item peraeque convenit cum مخروة *Mahroah*, *latrina* arab. quod ipsum Hebraei dicunt מחראות.

Ϩⲱⲓϯ ϯ, الضبع, *hyaena* Scal. M. pag. 164. theb. ϩⲟⲓⲧⲉ in cod. Nan. pag. 164. Kirkerus quidem et ex eo Crozius explicant ϩⲱⲓϯ, *taxus*, *melis*. Sed ضبع hyaenam significare apertum facit Bochartus *Hieroz.* tom. 1. lib. 3. cap. 11. Accedit Tukius, qui in *gram. copt.* p. 647. ϯ ϩⲱⲓϯ, الضبعة, *hyaena*. Iam quod spectat ad originem vocis, videtur ϩⲱⲓϯ dictum ab עיט *Ait Hait*, quod hebr. valet *bestia* vel *fera rapax*: hoc autem ab עיט *in praedam irruere*. Talis revera ab Hieremia cap. XII. 9. hyaena denotatur, scilicet עיט צבוע, id est *fera rapax*, *hyaena*, ut idem Bochartus interpretatur. Nec sane melius potuit hyaena describi, quae feritate ac rapacitate insignis est, et ita vorax, ut etiam sepulcra effodiat, quo carnibus vescatur, quomodo scribunt Aristoteles, Plinius, Solinus, Hieronymus et alii multi. Porro ϩⲱⲓϯ vel ϩⲟⲓⲧⲉ esse hyaenam magis magisque comprobatur sermone, vel homilia veteri, quam ex codicibus Nanianis recitat Mingarellus pag. 128. ubi sic ϯϩⲧⲏⲕ ⲉⲛⲃⲏⲃ ⲛϩⲟⲓⲧⲉ ⲙⲛ ⲛⲃⲏⲕⲉⲑⲏⲣⲓⲟⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛⲥⲉ ⲉⲧⲟⲩⲙⲉϩ ⲛⲕⲉⲉⲥ ⲙⲙⲓⲛⲉ ⲛⲓⲙ (male editum ⲙⲙⲓⲛⲉ ⲙⲓⲛⲉ) id est *Observa hyaenae aliarumque ferarum omnium speluncas*, *ut plenae sint ossibus omnis generis*. Hoc enim, ut ad hyaenae, voracissimae ferae, speluncam aptissime refertur; ita non bene de melis latibulo diceretur. Adde historiam de hyaena apud Palladium in *Lausiac.* cap. 20. cuius catulum cae-

cum Macarius Alexandrinus sputo sanasse perhibetur, eandem in codice Borgiano a me perlecto exhiberi: ubi hyaena non alio nomine, quam ϯ ϩωιϯ, saepius appellatur.

Ϩωλεм, ἁρπάζειν, *rapere*, *rapina* Psalm. VIIII. 29. LXI. 10. Fortasse Arabes commune verbum habuerunt. Hi namque هلام *Olam*, *Holam* accipitrem dicunt, qui perbene ab *Holam* sive *Halam* rapere vocaretur. Sic etiam بازي *Bazi* iisdem Arabibus *accipiter* est, qui certe a praedando ac rapiendo nomen traxit: et ϐαιτ vel ϐαιнτ Aegyptiis idem accipiter appellatus, qui pariter a verbo idem fere denotante vim ac significationem accepit. Relege v. Βαιнϑ et Βнϫ.

Ϩωмϩ π, *torcular* in *Encom*. Theodori ex codic. Borg. Utique ab ϩωмϩ *calcare* derivatum.

Ϩωοу, basmyr. ϩαу, πονηρός, κακός, *malus*. Item ϩο, *malus*, *mala*, *malum*, *peior*, *peius*. Vide Crozium. Sine dubio convenit ϩωοу, ϩαу cum רוע *malum esse* hebr.

ϩωουϣ, λοιδορία, λοιδορεῖν, *contumelia*, *contumelia afficere* I. ad Tim. V. 14. Ioh. VIIII. 28. Sensu assimile ϩωουϣ *Housc* τῷ הוביש *Hovisc*, *ignominia affecit*; בושה *Voscia*, *ignominia*, *probrum*: quae a בוש *Vosc*, *pudefieri* orta sunt.

Ϩωπ, ϩοπ, ϩнπ, ϩεπ, κρύπτειν, ἀποκρύπτειν, *abscondere*. Exempla leges apud Crozium. Item ϫωπ, ϫοπ, ϫнπ, κρύπτειν Ps. XXXVIIII. 10. Matth. XIII. 44. et ϫοϐ in cod. Borg. Sane ϩωπ, ϫωπ &c. non distant a חבה, חבא, חבי, quae in toto fere Oriente *abscondere*, *occultare*, *tegere*, *operire* designant. Idem est חפה *tegere*, *protegere*, *operire*. Item חבא vel חבה, *abscondere*, *latere*. Hinc мαнϩωπ, κρυπτή, *latebrae* Luc. XI. 33. et in Scal. M. pag. 153. ουмαнϩωπ, مخبأ, *latibulum*. Etiam hebr. מחבא, *latebrae*. Eodem refer ϯϫнπ, στέγη, *tectum* Genes. VIII. 13. a tegendo atque operiendo appellatum.

Ϩωτπ, δύειν, ἐπιδύειν, *occidere* solem. Vide Crozium. Genes. XV. 12. ερεφρн ϫε нαϩωτπ, *sole autem occidente*, quod male Wilkinsius *sole oriente*. In Scala M. pag. 61. ϩωτπ *occasus*; et Gen. XV. 17. φнαу нϩωτπ. Saepius мαнϩωτπ, δυσμή, δύσις Ps. CIII. 19. XXXXVIII. 1. Item ϩωτπ, συνάπτειν, συναρμολογεῖσθαι, ἁρμόζειν, ἁρμός, *coniungere*, *copulare*, *aptare*, *compages*. Habes apud eundem Crozium. Ϩωτπ *occidere*, *occasus* com-

mode ducitur ab עטה, *obrui*, *obtegi*, *deficere* hebr. chald. Quod etiam valet *copulare*, *coniungere*, sicuti ϩⲱⲧⲡ apud Aegyptios. Praeter ϩⲱⲧⲡ etiam ϩⲉⲧⲡ apud Crozium. Origo verbi ϩⲱⲧⲡ *ἐπιδύειν* ab עטה probabilior mihi visa est, quam si quis illud ab ϩⲱⲡ *abscondere*, unde etiam peti posset, derivarit.

Ϩⲱϭⲃ, *μαραίνεσθαι*, *marcescere* theb. Iobi xxiiii. 23. apud Tukium *gram. copt.* pag. 313. ⲁϥϩⲱϭⲃ (corrupte ⲁⲧϩⲱϭⲃ) *marcuit*, *exaruit*, *veluti malva ab aestu*. Idem est arab. جفت *siccari*, *arescere*. Eodem pertinet ⲱϫⲉⲃ et ϩⲱϫⲃ *gelu*. Herbae enim ac germina gelu siccantur ac pereunt. Locum Iobi spectat Shenuthus in elencho codic. Borg. pag. 477.

Ϩⲱⲧ, *ὥρα*, *hora*, *tempus opportunum* Iobi xxxiii. 6. Origo eius ab עת, *tempus opportunum*, *hora*, *tempus*, עתי *tempestivus*, עתה *nunc* hebr. Addendum ϩⲱϯ, *δεῖ*, *oportet*, *convenit*, *tempus est*. Et ϩⲱϯ *census*, *tributum*, *vectigal*, quod vel ab ϩⲱϯ *tempus*, vel ab ϩⲱϯ *oportet* derivari queat.

Ϩϥⲱⲧ, *ὀργυιά*, *ulna* mensura Act. xxvii. 28. Non est Ϩϥⲱⲧ *Hephot*, mea quidem sententia, diversum a ܓܦܐ *Gepho*, *ulna*, vel mensura brachiis extensis contenta syr. גף hebr. et chald. est *ala*, גפין *alae*, item *ulnae*, *brachia*. Quae sunt a גפף *claudere*, *comprehendere*, *amplecti*. *T* in fine saepe additum a Coptis reperimus: aliquando etiam ϩ τῷ *G* substitutum.

Ϫ

Ϫⲁⲃⲁϫⲓⲃ. Legitur in vita Paulli anachoretae in codic. Borg. ubi de Satyro sermo est, in quem incidisse fertur Antonius abbas. Verba sic habent, ⲟⲩ ⲣⲱⲙⲓ ⲉϥⲟⲛⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ ⲉϥⲟⲓ ⲛ̀ϫⲁⲃⲁϫⲓⲃ, id est visus ab Antonio *homo sibi similis*, *qui pilosus erat*. Ita enim *Giabagib* interpretandum crediderim, a verbo زب *Zabba*, *hirsutum* ac *pilosum esse* ducto nomine; quia *Z* per ϫ Copti scribere consueverunt. A *Zabba* faciunt Arabes زبزب *Zebzeb* aut زبزيب *Zebzib*, quod est ipsum *Giabagib*. Quamquam *Zebzib* ferum animal esse dicant Arabes feli assimile: de quo mentio est in libro *Aruch*, et *Alcamuz*, et in Damire. Coptus autem, qui Paulli vitam conscripsit, τὸν *Giabagib* seu *pilosum*, quem vidit Antonius, hominis figuram referre, ac cornibus instructum refert, quales Satyri esse putabantur. Τῷ *Giabagib*, שעיר respondet apud Hebraeos, qui hircus dicitur; sed proprie *pilosum* exprimit, a שער *pilus* derivato vocabulo. Quare שעיר et שעירים in Isaia cap. XIII. et XXXIIII. cum aliis Hieronymus *pilosum* ac *pilosos* est interpretatus. Haec de Satyro historia, quae heic legitur, in eadem vita Paulli Anachoretae ab Hieronymo litteris tradita est. Quam ita exorditur, *Inter saxosam convallem haud grandem homunculum videt, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat &c.*

Ϫⲁⲓⲉ, ἡ ἔρημος, *desertum* theb. Matth. cap. XXIIII. v. 26. apud Tukium *grammat. copt.* pag. 316. ubi haec ⲉⲓⲥ ϩⲏⲛⲡⲉ ⲉϥϧⲓ ⲡϫⲁⲓⲉ, ἰδοὺ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐστί. Eadem vox est apud Crozium lib. *de myst. litter.* Item ϫⲁⲉⲓⲉ legitur Hier. cap. XIII. v. 24. et ϫⲁⲓⲏ in elencho codicum aegypt. Borg. pag. 312. Certe nomen esse videtur a שאה *vastari*, *desolari* hebr. unde שאיה *vastatio*, *vastitas*, quod a ϫⲁⲓⲉ vel ϫⲁⲉⲓⲉ minime discrepat. Nam Scin per *G*, et vicissim *G* per Scin exhiberi solet, idque tam saepe, ut nihil sit frequentius. Plura exempla invenies in v. Ϣⲁⲣⲓ *percutere*.

Ϫⲁⲗ, παρατιθεναι, *deponere*, *commendare* Luc. xii. 48. I. ad Timoth. vi. v. 20. Idem profecto, ac געל *commendare*, *demandare*, *deponere* syr. et arab. A ϫⲁⲗ non differt ϫⲱⲓⲗⲓ, παραθηκη, παρατιθεναι apud Crozium. Et ϫⲁⲗⲉ, ϫⲉⲗⲱ Exod. xxii. 8. Etiam ϭⲁⲗ, ϭⲁⲗⲉ, ϭⲁⲗⲟ habes eodem sensu in cod. Borgianis. Hoc idem verbum ϫⲱⲓⲗⲓ est παροικειν, ξενιζειν; unde ⲣⲉⲙⲛϫⲱⲓⲗⲓ παροικος, ⲙⲁⲛϫⲱⲓⲗⲓ παροικια. Vide lexicon Crozianum. Thebaei ϭⲟⲓⲗⲉ. Nam *peregrinum* dicunt ⲣⲙⲛϭⲟⲓⲗⲉ in codic. Nan. pag. 74. Significatio *hospitandi* facile a prima *deponendi* ac *commendandi* significatione orta est.

Ϫⲁⲗⲓⲗ ⲡⲓ, forsitan *orbis*, *rota*, qua rei torquebantur in actis martyr. Lacaronis ex cod. Borgianis. Si ita est, certe a גליל, גלגל, *orbis*, *rota* hebr. chald. nihil differt.

Ϫⲁⲙⲟⲩⲗ ⲡⲓ, καμηλος, *camelus*, et ϭⲁⲙⲟⲩⲗ. Plur. ϫⲁⲙⲁⲩⲗⲓ. Femin. ϯ ϫⲁⲙⲉⲩⲗⲓ et ϯ ϭⲁⲙⲁⲩⲗⲓ *camela*. Est ϫⲁⲙⲟⲩⲗ a גמל *camelus* hebr. Quod a גמל *retribuere* scite derivat Bochartus *Hieroz.* part. 1. lib. 2. cap. 1. Indidem καμηλος Graeci. Male Kirkerus in Scala M. ⲡⲓ ϫⲁⲙⲟⲩⲗ, الحمل, *aries*.. Scribe الجمل *camelus*. Namque idem nomen subiecto puncto est *camelus*, sine illo est *agnus* vel *aries*.

Ϫⲉⲛⲏⲛ, μαλακος, *mollis* Matth. xi. 8. et ϫⲏⲛ, λειος, *planus* Luc. iii. 5. Theb. ϭⲏⲛ. Item ϫⲁⲛⲏ, ϫⲁⲛⲉⲩ ταπεινος ταπεινα *humilis*, *humilia* Ps. cxii. 6. Est hoc quidem a ענה *Gana*, *deprimere*, *humiliare*, et עני *Gani*, *humilis* aut *mitis*, quod Graeci ταπεινος, sicuti Hos. v. 5. ענה redditum ταπεινωθησεται. Ab hoc intellectu parum discrepat alter *plani*, *laevis*, ut in cit. loco Luc. iii. 5. ⲉ ϩⲁⲛ ⲙⲱⲓⲧ ⲉⲩϫⲏⲛ, εις ὁδους λειας, *in vias planas*. Convenit etiam ϫⲁⲛⲏ cum ࠔࠍࠉࠄ שניה samar. *humilis*, *depressus* Levit. xiii. 26. et ࠔࠀࠍࠉ שאני item Levit. xiiii. 37. graece ταπεινος utroque in loco. Nam *G* cum Scin commutare sollemne ac usitatum est, ut monui paullo ante in v. Ϫⲁⲓⲉ. Sed notandus heic est error Castelli, a quo שאני Levitici loc. cit. pro plurali habitum, ac non recte positum sub verbo שאן, quum singulare sit, idemque a שני derivandum. Aleph vero in שאני interiecta, vocalis est notans, το Scin per *A* esse enunciandum, hoc est *Sciani*, vel *Sani*. Hanc enim litterarum א ו י pro vocalibus *A I O* epenthesim frequentissimam esse in Samarita-

na scriptura, probe norunt, qui his litteris instituti sunt. Consule Morinum in *grammat. samarit.* cap. 13. A ϫⲁⲙⲏ *humilis, depressus*, nomen traxit, opinor, ϫⲟⲙ *vallis*, graece *κοίλωμα*; quae vox legitur Genes. xxiii. v. 2.

Ϫⲁⲛⲏ, ϫⲁⲛⲓ, Τανις, *Tanis* urbs Aegypti vetustissima Ps. lxxvii. 12. 43. et in cod. Borgian. Pariter in Scala M. p. 209. ϫⲁⲛⲓ صان, *Tanis*. Et in Sc. El. 347. ϫⲁⲛⲓ صاعان: nam ita etiam Tanin scribunt Arabes. Perperam Kirkerus latine vertit *clamores*. Ϫⲁⲛⲓ Hebraei quoque non dissimiliter צען *Tsan*, *Zan*. Postea ab auctoribus Masorae insertum Cholem, lectumque *Tsoan*; ut etiam Beniaminus Tudelensis in *Itiner.* pag. 116. legendum offert. Sed vetus scriptura certe צען *Tsan*. Sic etiam Samaritae et Syri Num. xiii. 23. quomodo Arabes صان Isai. xviiii. 11. 13. Ezech. xxx. 14. vel صاعان Psalm. lxxvii. 12. 43. Recentiores تنيس ex graeco Τανις, ut apud Alferganum *Astronom.* cap. 9. Thargumim pariter טנס, vel טאניס, seu טנס, טאנס ex graeco. Copti etiam aliquando graece exhibent ⲧⲁⲛⲓⲥ, ut Numer. loc. cit. Nam vetus aegyptium nomen est ϫⲁⲛⲓ. Hoc autem, ut de eius origine iam dicam, derivatum videtur a ϫⲁⲙⲏ, *planum*, *humile*, *depressum*, *ταπεινον*: eaque de caussa inditum me auctore est urbi *Tanis*, quod ea in plano atque humili loco sita esset. Quare septuaginta interpretes Ps. lxxvii. 12. 43. ἐν πεδίῳ Τανεως. Lege Edrisium climat. 3. part. 3.

Ϫⲁⲛⲟ ⲡⲓ, *canistrum*. Shenuthus in cod. Borg. ⲡⲓ ϫⲁⲛⲟ ⲛⲕⲁϩⲓ ⲧⲁⲗⲏⲟⲩⲧ ⲉⲣⲟϥ. Simile טנא, quod licet efferre *Tana*, *canistrum*, *corbis* hebr. Sic Graeci a ϫⲁⲛⲏ *Tanis*, de quo modo sermonem feci. Sed eidem similius *κανουν*, *κανης*, *canistrum* graece, quod vulgo putatur a *καννα*, *καννη*, vel *κανη*, *canna* vocatum.

Ϫⲁⲛϫⲓⲛ, النملة, *formica* in Scala M. pag. 173. et ϫⲁϥϫⲓϥ in vita Simeonis ex cod. Borg. Nomen habuit a ϫⲁⲛϫⲉⲛ, *σπευδειν*, *festinare*, *opus urgere*, *operi studiose ac sedulo intendere*: quod formicarum ingenio aptissime congruit. Quare ad formicam piger ac deses mittitur a Salomone Prov. vi. 6. Verbum vero ϫⲁⲛϫⲉⲛ, hoc ad חפז *accelerare*, *festinare*, vel ad حفز *festinatio*, *celeritas* fortasse pertinet. Thebaei formicam dicunt ϭⲁϫⲓⲃ, quam vocem legimus apud Georgium in com-

ment. ad Evang. Ioh. pag. 460. aut ϭⲁϫⲓϥ, quae est in elencho codicum Borg. pag. 592.

Ⲭⲁϫⲃⲱⲛ, *πονηρευομενος* Psalm. xxi. 16. Videtur ex ϫⲁϫⲓ *inimicus*, et ⲃⲱⲛ *turpis*, *vitiosus*, *malus* coniunctum: qui sensus inest in graecis loco cit. Notantur enim homines vitiosi ac mali, qui infesto animo nocere volunt. Nam dicitur, *circumdederunt me canes multi*; *consilium πονηρευομενων malignantium obsedit me*.

Ⲭⲁϫⲓⲑⲱⲗ, *στιππυον*, *stupa* in cantic. Azar. unde in Scala El. pag. 360. ϫⲁϫⲓⲑⲱⲗ; مراق, *stupa*. Perperam Kirkerus *furatio*, *furtum*. Forsitan ϫⲁϫⲓⲑⲱⲗ id, quod ad *ignem iniicitur* ac *compingitur*, significat; quia ⲑⲱⲗϲ valet *iniicere*, *compingere*; ϫⲱϫ autem *urere*: unde etiam ϫⲁϫⲱ *cremium*, ϫⲁϫⲱ *sartago*. Tale est *στιππυον* in Azariae cantico, quod ad ignem augendum immittebatur. Quamvis per se graecum vocabulum ab *στυφω*, *stipo*, *spisso* sit ductum.

Ⲭⲁϫⲗⲁⲥ, *μογιλαλος*, *lingua haesitans*, *balbus* Isaiae xxxv. 6. in *Euchol.* Tukiano part. 2. pag. ⲧⲕⲁ. Verbum constat e binis vocibus ⲗⲁⲥ *lingua*, et ϫⲁϭⲏ vel ϭⲁϫⲏ, *mancus*, *debilis*, *mutilus*. ϭ mutatur in ϫ, qui Aegyptiorum mos est: unde ϫⲁⲛϫⲏⲗⲁⲥ, ϫⲁϫⲗⲁⲥ.

Ⲭⲁϫⲱ, *φρυγιον*, *cremium* Psalm. ci. 3. Videtur esse a ϫⲱϫ, *comburere*, *torrere*. Itaque sic loco cit. ⲁⲩϫⲱϫ ⲙ̀ⲫⲣⲏ† ⲛⲟⲩⲛϫⲁϫⲱ ex graeco, *ὡσει φρυγιον συνεφρυγησαν*.

Ⲭⲁϫⲱ, مقلى, *sartago*. Legitur in Scala Kirker. pag. 463. Hoc pariter a ϫⲱϫ, *coquere*, *torrere*. Idem est et eodem spectat ⲙϫⲁϩϫ theb. in reliquiis lib. med. Borg. Etiam ⲙϫⲁϩ† *craticula* ab eodem fonte peti posset; quod tamen ex alio facilius derivavimus.

Ⲭⲁϫϩ, ⲡϫⲁϫϩ *ductilis* Exod. xxv. 12. ubi sic, ⲉⲕⲉⲑⲁⲙⲓⲟ ⲛ̀ⲇ̅ ϣϭⲟⲩⲣ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲃ ⲛ̀ϫⲁϫϩ ex graecis *ελασεις τεσσαρας δακτυλιους χρυσους*. Crozius non vidit, quid sit ϫⲁϫϩ: neque enim latine vertit, ita locum interpretatus, *Fabricabis quatuor annulos aureos*. Nos ita, *Facies quatuor annulos ex auro ductili*, vel cum Wilkinsio *quatuor annulos aureos ductiles*. Debuit enim Coptus interpres vim *τυ ελασεις* referre. Est autem *ελαυνειν*, *ducere*, *ductile opus facere*. Pro *ελασεις δακτυλιους χρυσους* etiam dici po-

tuisset, ποιησας δακτυλιας χρυσας ελατας; sicuti lib. 1. Reg. x. 16. εποιησε Σαλομων τριακοσια δορατα χρυσα ελατα. Habac. ii. 19. est ⲟⲩ ϫⲁϫϩ ⲛⲛⲟⲩⲃ, graece ελασμα χρυσιυ, quae Hieronymus *productio auri*. Igitur ϫⲁϫϩ, ⲛϫⲁϫϩ, est ελαυνειν, ελασμα, ελατος, *ducere*, *ductilis*. Cui simillimum est apud Arabes جج *Giaggia*, *trahere*, *extendere*, *ducere*.

Ⲭⲁϭⲏ, ϭⲁϫⲏ, κυλλος, *distortus*, *incurvus*, *mancus* Matth. xv. 30. xviii. 8. Plane simile est عاج *Agia*, *curvum*, *distortum esse* arab. unde facile ϭⲁϫⲏ fieri potuit: a ϭⲁϫⲏ autem ϫⲁϭⲏ. Sed ϫⲁϭⲏ etiam est κλιτος, αριστερα, *latus* sinistrum, *laeva* Ps. lxxxx. 7. Matth. vi. 3. Quae notatio sinistri lateris facile pendet a prima, qua mancus ac debilis designatur. Nam sinistra pars dextera infirmior est. Ex quo eam *la manca*, certe a *mancus*, vocant Itali. Pro ϫⲁϭⲏ scriptum ϫⲁϣⲉ *sinister* in actis Epimii martyr. ex cod. Borg. A ϫⲁϭⲏ non diversum videtur ϣϣⲱϭⲉ, et ϣϣⲱϣϭⲉ, *mancum esse* in elencho codicum Borg. pag. 289. Κυλλος, *mutilus*, *mancus*, etiam ϭⲁⲛⲁϩ dicitur theb. apud Crozium. Cui fere geminum شنع *deformis* arab. Conferas tamen quoque ϭⲁⲛⲁϩ cum Ⲁϭⲛ, de quo verbum feci pag. 29.

Ⲭⲉⲗⲕⲉⲥ ⲛⲓ, البق, *cimices* Scal. M. pag. 173. Certe venit a ϫⲱⲗϫ *inhaerere*. Nihil est magis cimicum proprium. Sed pro ϫⲉⲗⲕⲉⲥ fortasse ϫⲉⲗϫⲉⲥ scribendum: quamvis non sit necesse. Vide v. Ⲭⲱⲗϫ. Aliud est cimicis nomen in eodem loco Scal. M. ϫⲟⲣⲓⲥ, quod a graeco Κορις non diversum.

Ⲭⲉⲗⲗⲉ, επιφυλλις, *racemulus* theb. Mich. vii. 1. in codic. Borg. Est a ϫⲉⲉⲗ et ϫⲓⲙⲱⲗⲉ, τρυγαν, *vindemiare* in cod. Nan. pag. 143. 145. Est item ϫⲉⲉⲗⲉ, συλλεγειν in elencho cod. Borg. pag. 456. Et ϫⲱⲱⲗϩ ⲛϣⲱⲗϩ, *demetere*, *pampinos*, *frondes* pag. 557. Alias ϭⲱⲱⲗⲉ et ϭⲱⲗ. Etiam ϩⲱⲱⲗⲉ ⲛϩⲉⲛ ⲃⲛⲧ, *ramos palmarum demetere*, *colligere* pag. 528. Consentaneum est his עולל *racemavit* hebr. Dubito, an huc spectet ⲛⲓ ϫⲁⲗ, κλαδοι, αναδενδραδες, *raml*, *palmites* memphit. Hoc enim etiam duci posset ab עלה *Galah*, *folium*, *ramus* hebr. sed huc tamen rectius referri putem.

Ⲭⲉⲗϫⲱⲗ, καταςραγγιζω, *destillo*, *guttatim defluere facio* Levit. v. 9. Fortasse a גלל *devolvere*; a quo גל *scaturigo*, unde aqua devolvitur. A גלל fit גלגל, quod cum ϫⲉⲗϫⲱⲗ om-

nino concordat. Hinc est ϫⲉⲗϫⲱⲗ, ψυχειν, ψυγμος, *siccare*, *siccatio*, quae fit humore destillante Numer. xi. 32. ubi sermo est de captis coturnicibus, quas siccarunt Hebraei, suspendentes circum castra, ut quicquid in iis humoris ac sanguinis erat, diffluerct.

Ϫⲉⲙⲧⲁⲩ, οιωνιζεσθαι, *augurari*, *divinare* Deut. xviii. 10. μαντεια, *divinatio*, *vaticinatio* ibid. vers. 14. Vides ϫⲉⲙⲧⲁⲩ constans ex verbo activo ϫⲉⲙ, et ⲧⲁⲩ *Tau*, *Tab*, quod derivatum suspicor a ጠበበ ጠבב *Tavav*, *gnarum*, *sapientem*, *callidum esse*; unde ጠቢብ *sapiens*, *callidus*, ተጠበበ μαντευς, *divinus*, ተጠበቢት *saga*, *divina*. Arabes quoque طب, *praestigiis*, seu *veneficiis uti*, *veneficium*, *paaestigium*. Ϫⲉⲙ vero in vocibus compositis fere vi praeditum verbi activi colliges ex ϫⲉⲙⲁⲣⲓⲕⲓ, ϫⲉⲙⲕⲁϯ, ϫⲉⲙⲛⲟⲙϯ, ϫⲉⲙⲡϣⲓⲛⲓ, ϫⲉⲙϩⲛⲟⲩ &c. quae sunt apud Crozium.

Ϫⲉⲙⲫⲉϩ, *malum*, *pomum* Ioel. i. 12. ubi ϣⲱⲛϫⲉⲙⲫⲉϩ, *arbor mali*. Eadem vox legitur in Scala M. p. 177. in qua ϫⲉⲙ ⲫⲉϩ, *malum*, *pomum*. Videtur autem ϫⲉⲙⲫⲉϩ sane idem, ac תפוח, تفاح, *malus*, vel *malum*, *pomum* hebr. chald. arab. aethiop. Nam تفاح, si coptice scribas, erit ⲧⲉⲫⲁϩ, potius ⲧⲉⲙⲫⲁϩ ob inscriptum Daghesc vel Tesdid in littera ف *F*, quod in *NF* dissolvi consuevit. *N* vero Copti ante *P* vel *F* mutant in *M*. Pro ⲧⲉⲙⲫⲁϩ autem seu ⲧⲉⲙⲫⲉϩ scriptum ϫⲉⲙⲫⲉϩ, quia *T* cum ϫ commutatur; uti ϫⲁⲛⲓ idem, ac *Tanis*, ϣⲉⲗⲧⲁⲙ idem ac طلسم.

Ϫⲉⲛⲉⲫⲱⲣ, δωμα, δωματα, *tectum*, *tecta* Math. xxiii. 17. x. 27. Derivatur, opinor, ex ερεφω *tego*; vel οροφη *tectum*, praefixo ϫⲉⲛ vel ϫⲓⲛ, quod apud Aegyptios actionem notat. Unde erit ϫⲉⲛⲉⲫⲱⲣ *tegere*, *tectum imponere*, *impositio tecti*, tum *tectum*.

Ϫⲉⲟⲩⲁ, βλασφημειν, βλασφημια Matth. xxvii. 39. Ioh. x. 33. Fortassis a שבועה *adiuratio*, *exsecratio* originem traxit, littera ϫ τε ש iuxta consuetudinem locum supplente. Theb. ⲕⲁⲧⲉⲟⲩⲱ, καταναθεματιζειν Matth. xxvi. 74. apud Tukium p. 375. ubi ⲛⲱⲣⲕ ⲁⲩⲱ ⲛⲕⲁⲧⲉⲟⲩⲱ, καταναθεματιζειν και ομνυειν. An potius ϫⲉⲟⲩⲁ ex ϫⲉ *dicere* compositum et ⲟⲩⲁ βλασφημια Matth. viii. 3. apud Crozium? Quamvis eodem loco ϫⲉⲟⲩⲁ legendum exhibeat Wilkinsius. Sed ⲟⲩⲁ habet etiam Iudae epistola vers. 9. in elencho

codicum Borg. pag. 431. ubi ⲟⲩϩⲁⲡ ⲛ̀ⲟⲩⲁ, *κρισιν βλασφημιας*. Tamen cum ϫⲉⲟⲩⲁ *το* ⲥⲁϩⲟⲩⲓ *αρα*, *καταρα* conferas velim. Nam parum dissimilia mihi videntur.

Ϫⲉⲣ, ϫⲏⲣ, ϫⲟⲣ, ϫⲱⲣ ⲉⲃⲟⲗ, *διασκεδαζειν διασπειρειν*, *dispergere*, *disseminare*, *dispersio*. Habes apud Crozium. Theb. ϫⲉⲉⲣⲉ Zach. I. 19. in cod. Borg. Item ϫⲱⲱⲣⲉ ⲉⲃⲟⲗ in Nanianis p. 312. Haec repeto a זרה *spargere*, *dispergere*, *disseminare* in Oriente. *Z* per ϫ saepissime redditum. Est pariter ⲥⲱⲣ ⲉⲃⲟⲗ idem, ac ϫⲱⲣ ⲉⲃⲟⲗ, et ab eadem origine. Invenitur etiam ϫⲉⲣ *confidere*, *audere* in histor. S. Epimii martyr. ex cod. Borg. ubi ⲉⲓϫⲉⲣ ⲉϩⲗⲓ ϧⲉⲛ ⲛⲁⲓ ⲁⲛ ⲉⲓϫⲉⲣ ⲉⲫⲧ ⲛ̀ⲧⲫⲉ. Hoc autem fortassis a جرو item *audere*, *confidere*, et جر, جرى *confidens*, *animosus* arab.

Ϫⲉⲣϫⲉⲣ, *στρηνος*, *κωμοι*, *στρηνιαν*, *luxus commessationes*, *luxuriari* Apoc. XVIII. 3. 9. ad Rom. XIII. 13. Nihil differt a גרגר, *commessari*, *epulari* chald. unde גרגרן *epulo*, *commessator*. Est etiam ϫⲉⲣϫⲉⲣ *lusus* Sc. El. pag. 404. Quo referas ϫⲏⲣ *iocus* in cod. Nan. pag. 345.

Ϫⲉⲣϫⲓ, *ψωρα*, *scabies* Lev. XXII. 22. Deut. XXVIII. 27. Eadem vox est in vita Macarii M. ex codic. Borg. Est à ܓܪܒܐ גרגא, *scabies* syr. quod a verbo ܓܪܓ גרג *provocare*, *incitare*, *illicere*. Credo ab eodem fonte derivatum ϫⲱⲣϫ *venari*, *captare feras*. Nam etiam Syris ܓܪܓܐ est *esca ad feras capiendas*. Pro ϫⲱⲣϫ seu ϫⲟⲣϫ dicitur et ϫⲉⲣⲉϫ, uti Gen. x. 9. ⲛϫⲉⲣⲏϫ *κυνηγος*, quod male Wilkinsius edidit ⲛϫⲉ ⲣⲏϫ: pariter ⲑⲙⲉⲧϫⲉⲣⲏϫ *venatio*, *το κυνηγειν* Gen. XXV. 27. Saepe etiam leges ϫⲟⲣϫⲥ *laqueus*, *venatio*. Idem theb. ϭⲟⲣϭⲥ in elencho cod. Borg. nuper edito pag. 323. et ϭⲉⲣⲏⲥ *venator* 416. *quia* ϭⲉⲣⲏϭ

Ϫⲉϫ, *εκκοπτειν*, *amputare*, *abscindere* II. ad Cor. XI. 12. ϫⲉϫ ⲉⲃⲟⲗ, ϫⲟϫ, ϫⲱϫ ⲉⲃⲟⲗ, ϫⲱϫⲓ ⲉⲃⲟⲗ, *εκκοπτειν αποκοπτειν* Matth. XXVI. 51. v. 30. Iohan. XVIII. 10. Item ϫⲱϫⲓ, *κοπη*, *caedes* Gen. XIIII. 17. Est etiam ϫⲟⲩϫ ⲉⲃⲟⲗ *avellere* Amosi VIIII. 14. Haec veniunt a גז, גזז, גוז, גזא, *abscindere*, *avellere*, *secare*, *amputare* hebr. chald. syr. Nam *το* ϫ *G* Aegyptii in locum *Z*, quo carent, subiiciunt. Pro ϫⲱϫⲓ Thebaei ϭⲱⲱϫⲉ, qui habent etiam ϭⲟϫϭϫ et ϭⲉϫϭⲱϫ *caedere* in elencho cod. Borg. pag. 446. quod pariter a גז ducitur. His ac-

cedit ϫⲉϫⲉⲃ. Nam ϫⲉϫⲉⲃ, ϫⲱϫⲉⲃ, *ἀφαιρεῖν*, *κολοβοῦν*, *auferre*, *amputare*, *mutilare* Ex. v. 8. 11. Apoc. xxii. 19. Marc. xiii. 20. Sed hoc etiam repeti posset a زعب *Zaab* vel *Zagiab*, *amputare*, *succidere* arab. unde *Giagiab* coptice. A verbo ϫⲱϫⲉⲃ est ϫⲱϫⲉⲃ et ϭⲱϫⲉⲃ, *imperfectus*, *mancus*, *indigens*, *pauper*. Item ϭⲟϫϭⲉⲃ, κοπη Gen. xiii. 17.

Ⲭⲉϫⲣⲏⲥ, ϫⲓϫⲣⲏⲥ, الفهل, النمر, *panthera*, *pardus*, *leopardus*, *tigris* Scal. M. pag. 164. ϫⲉϫⲣⲏⲥ, ϫⲉϫⲣⲏ forsitan hae ferae appellatae a frendendo, scilicet a ⲣⲟϫⲣⲉϫ, ⲣⲁϫⲣⲉϫ, ϧⲣⲁϫⲣⲉϫ: quae verba videntur a sono, quem frendentes edunt, dentes collidendo ac constringendo ficta. Inde porro nomen suum *Tigrim* sortitam putemus: quamvis id ex lingua armenia repetant Varro ac Plinius. Hinc etiam meo iudicio ϫⲉϫⲣⲉ, حماض, *oxalis* herba Sc. M. pag. 178. quam Graeci atque Arabes ita denominant ob acrem saporem, ab Aegyptiis nuncupata est. Quasi homines ea commanducata dentibus horreant, vel eos collidendo veluti infrendeant.

Ⲭⲏ ϯ, *τρύβλιον*, *paropsis*, *catinus*, *scutella*, *acetabulum*, *olla* Marc. xiiii. 20. Est etiam ϯ ϫⲏ, *θυΐσκη*, *acerra* Exod. xxv. 29. Num. iiii. 7. Haec utique ϫⲏ ob cavitatem seu curvaturam cognominata ab Aegyptiis existimo. Nam ϫⲏ, *curvus*, *gibbus* Levit. xxi. 20. et ⲁϫⲱ pariter *incurvus* vocatur, quae ab عاج *Aga*, *curvum* ac *inflexum esse* fortasse veniunt. Hebraeis pariter et Chaldaeis כף, כפה, כפא, quae proprie *curvaturam* designant a verbo כפף, fere quicquid incurvum est, uti vola manus et pedis, acetabulum, scutella, acerra, manubrium, cochlear, hamus, vas quodvis concavum dicitur. Addam ϫⲟⲓ *navis*, quae etiam a curvitate, quantum iudico, appellata est. Insuper ϫⲱ *ποτήριον*, *calix*, *poculum* Matth. xx. 22. 23. in cod. Nanianis.

Ⲭⲏⲃϩⲃⲟⲩⲓ, *ἔποψ*, *upupa* Deut. xiiii. 17. ⲛⲉⲙ ⲕⲁⲧⲁⲣⲁⲕⲧⲏⲥ, ⲛⲉⲙ ϫⲉⲃϩⲃⲟⲩⲓ, ⲛⲉⲙ ⲃⲁⲓ, ⲛⲉⲙ ⲙⲟⲩⲗⲁϫ, graece *καὶ καταῤῥάκτην*, *καὶ ἱέρακα*, *καὶ ἔποπα*, *καὶ νυκτικόρακα*. Quum enim ⲃⲁⲓ vel ⲃⲁⲓⲥ *ἱέρακα* *accipitrem* exprimat, tum ⲕⲁⲧⲁⲣⲁⲕⲧⲏⲥ et ⲙⲟⲩⲗⲁϫ *τὸν καταῤῥάκτην* ac *νυκτικόρακα* notent, superest, ut ϫⲏⲃϩⲃⲟⲩⲓ ad *ἔποπα* referatur. Levit. xi. 19. loco prorsus simili pro *ἔποπα*, coptice est ϩⲏⲡⲡⲟⲥ ex graeco. Iam ϫⲏⲃϩⲃⲟⲩⲓ fortasse fictum ex ϫⲉ *dicere*, et ⲃϩⲃⲟⲩⲓ *Bo Bu*, quem sonum edit

upupa: quemadmodum de κοτκοτφατ, quo nomine paullo aliter upupam appellant Copti, et pariter de latino *upupa* in superioribus dictum est. Mirari autem nemo debet, upupae vocem varie expressam, scilicet *ku ku*, *pu pu*, *bo bu*. Nam quum bestiarum voces, articulatae non sint, paullulum diversis efferuntur modis. Itaque ϫηϭϩϭοτι latine reddi posset *bubulans*, quod est *dicens bu bu*. Auctor *Philomelae* sic vocem bubonis, qui a *bu bu* pariter, Varrone auctore, nomen invenit, significat,

Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

Ϫηλ, ϫολ, *περιβάλλειν*, *circumdare*, *amicire*, *induere* Marc. xiiii. 51. Iobi xxiiii. 8. Est idem certe cum جلل, *amicire*, *operire*, *involvere*: chald. גלא, גלל, גולא, *involucrum*, *pallium*, *vestimentum*, et alia huiusmodi. Horum radix et fons גלל *volvere*, *convolvere*, *involvere*. A ϫολ non discrepat ϫολϩ *induere*, *indumentum* Ps. xxxxiiii. ciii. 6. Theb. ϭοολε in cod. Nan. et ϭλϩ pag. 327. 341. *pallium*, *paenula*, *vestis*, basmyr. ϭααλε in chartis Borgianis.

Ϫηοτ, *στενός*, *angustus* Matth. vii. 13. Convenit ϫηοτ *Geu Geou Gev* cum ጸቢብ *Tseviv Zeviv*, *arctus*, *angustus* aethiop. a verbo ጸበበ *angustum esse*. Tsade vel *Z* cum ϫ commutari, saepius notatum. ϭητ *Šev*, *angustus* theb. in elencho codicum Borgian. pag. 412.

Ϫηρ *acutus* in actis Anubi martyr. ex cod. Borg. Item Aptiae martyr. Etiam ϫοορε, ϫορ, ϫερ, *acuere*, πϫωρ *acumen* theb. οτκελεβιν εqϫηρ εqοι προβ, *securis utraque parte acuta*. Habes alia in elencho cod. Borg. pag. 444. in adnot. Porro ϫηρ cum caeteris certe a גרר, *secare*, *dissecare*, *concidere*, *serrare* hebr. chald. ex quo dicitur מגרה *serra*, גירא *telum*, *iaculum*:

Ϫιυφεϩ, ϫιυφεϩ, *ἀνεμόφθορος*, *vento corruptus* Gen. xxxxi. 6. 7. 24. Hos. viii. 7. φεϩ mihi est *ventus*, *flatus*, quod ab Oriente acceptum. Nam נפח est *flare*, *spirare*, *afflare*, נפ *spiravit*, *flavit* hebr. chald. syr. מפוחא *ventus*, *flatus*. Item נפש *spirare*, *flare* apud omnes Orientales. τῷ ϫιυφεϩ consimile est ϫιυqειτ, *σκωληκόβρωτος*, *depastus a vermibus*; nam qειτ *vermis* dicitur in Aegypto. ϫιυ vero in compositis vim et actionem designat. Quare ϫιυφεϩ, ϫιυqειτ erit fortasse *a vento*

seu *verme tactus*, *ictus*. Quo sane pertinet ϫⲱϥⲉϩ, pariter ἀνεμόφθορος Genes. xxxxi. 23. Nam ϫⲱϩ est *tangere*, ϫⲱϥⲉϩ *tactus*, *percussus a vento*. Accense his ϫⲓⲁϥⲉϩ, ἀνεμοφθορία Agg. ii. 18. Deut. xxviii. 22. II. Paral. vi. 28. in *Euchol.* Tukiano part. 1. pag. ⲫ̅ⲡ̅ⲁ̅.

Ϫⲛⲟϥ, *sacculus* theb. in elencho codicum Borg. pag. 344. ⲟⲩϫⲛⲟϥ ⲉϥⲙⲉϩ ⲛⲟⲉⲓⲕ, *sacculum panibus plenum*, memphit. ⲥⲟⲕ pag. 123. ubi eadem historia consignata est. Graece ἀναβολίδιον in *Apophthegm Patrum* pag. 542. Iohannes subdiac. *sportam* pag. 630. in *vitis Patrum* a Rosweido editis. Porro ϫⲛⲟϥ idem ac كنف, *pera*, *sacculus*, *mantica* arab.

Ϫⲟⲗ ⲛⲓ, κύματα, *fluctus* Ps. xxxxi. 7. et alibi. Est ex hebr. גלים *fluctus*, quasi acervi aquarum, a singul. גל *acervus*, *cumulus*, dempta syllaba ים, qua pluralia augentur apud Hebraeos. Chaldaei et Syri גללין. Item ܓܠܠܐ *Glolo*, *unda*, *fluctus* syr. Istorum omnium radix vel fons est גלל *volvere*, *convolvere*.

Ϫⲟⲗ, λάγανον, *laganum* II. Sam. cap. xi. v. 19. in *Euchol.* Tuk. part. 1. pag. ⲥ̅ⲛ̅ⲏ̅ ⲫ̅ⲙ̅ⲁ̅. Hoc perinde, atque ϫⲟⲗ *fluctus*, appellatum videtur a גלל *volvere*, *convolvere*. Nam ϫⲟⲗ placenta vel massa est in orbem voluta ac conformata.

Ϫⲟⲗϩ, *vilis*, *despectus*, *contemptus*, *parvus* theb. Matth. ii. 6. apud Tukium pag. 194. ⲛⲧⲉⲕϫⲟⲗϩ ⲁⲛ, *nequaquam despecta*, seu *minima es*, graece οὐδαμῶς ἐλαχίστη. Sic autem ϫⲟⲗϩ interpretatus sum, tum quia iste sensus consentaneus loco est, tum etiam quod inest in זל, unde ϫⲟⲗϩ ortum coniicio. Notat enim זל *vilem*, *contemptum*, *abiectum esse*, et זלזל *Zolel Giolel*, *vilis*, *despectus*, *ignobilis* hebr. Idem sibi volunt זלו, זל, זליל chald. syr. Zeta Aegyptii mutant in ϫ, et ϩ frequenter παρέλκει.

Ϫⲟⲗϫⲗ, *septum* theb. in cod. Nanian. pag. 7. fascicul. 3. quem Mingarellus imperfectum reliquit. Item apud Georgium ad *Evang. Iohan.* &c. pag. 311. ubi ⲡϫⲟⲗϫⲗ ⲙⲡⲡⲁⲣⲁⲇⲓⲥⲟⲥ: quod explico περιβολὴ τοῦ παραδείσου, *circuitus*, *septum paradisi*, de quo legendus Mingarellus loco cit. Etiam ϫⲗϫⲗ, φράσσειν Hos. ii. 10. Porro ϫⲟⲗϫⲗ est a ϫⲏⲗ, ϫⲟⲗ, περιβάλλειν; de quo supra disputatum est.

Ϫⲟⲗϫⲟⲗ, *crebris foraminibus pertusum* ex vita Macarii M.

in cod. Borgian. ubi haec, Ⲛⲁϥⲟⲩⲟⲛϩ ⲡⲉ ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲉⲣⲉⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩⲥⲧⲩⲭⲁⲣⲓⲟⲛ ⲛⲓⲁⲩ ⲧⲟⲓ ϩⲓⲱⲧϥ ⲉⲥⲟⲓ ⲛϫⲟⲗϫⲟⲗ ⲟⲩⲟϩ ⲕⲁⲧⲁ ϫⲟⲗ . ⲛⲉ ⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩⲕⲏⲃⲓ ⲁϣⲓ ⲉⲣⲟϥ, id est *Videbatur* (Satanas) *tamquam tunica linea indutus*, *multis foraminibus pertusa*: *et in quovis foramine erat appensum vasculum*. In *Apophthegm. PP.* p. 528. ubi haec historia narratur, graece est στιχάριον τρωγλωτόν, quod Rufinus *tunica perforata*, Pelagius diaconus libel. 18. *tota cribrata*, Bollandus ad diem 15. Ian. ex graeco cod. bibl. Paris. in quo vita Macarii Aegyptii, cap. 2. *undique perforata*. Iam ϫⲟⲗϫⲟⲗ (rectius ϫⲟⲗϫⲟⲗ) fit a ϫⲟⲗ *foramen*, quod a חלל *perforatum esse*. Iteratio autem nominis frequentiam ac copiam foraminum notat more linguae; ut a ⲑⲟⲓ *macula* est ⲑⲟⲓⲛ ⲑⲟⲓ *multis maculis sparsus*. Ⲕⲏⲃⲓ autem, quod heic positum vides, est *vasculum*, *ampulla*, non *placenta*, ut in elencho cod. Borg. redditum lego. Graece in *Apophth. PP.* loco cit. est λημύθιον, dein λημύθια, proprie *olei receptacula*. Sed heic bene Rufinus et Paschasius diaconus *vasa parva* et *vascula*, Pelagius et Bollandus *ampullas* explicarunt. Idem est nomen ϯ ⲕⲁⲃⲓ, المرجه, *vasculum*, *ampulla olei* in lucerna Scal. M. pag. 150. Videntur haec autem, ⲕⲁⲃⲓ, inquam, ac ⲕⲏⲃⲓ a cavitate aut rotunditate appellata, quomodo קב *Kab cabus*, קבה *ventriculus*. Arab. est قب *Kabba*, *rotundum facere*, قاب *excavare*. Similiter κυμβαι sunt κοιλαι και περιφερεις Hesychio, et κυμβος, κοιλος μυχος eidem, et κυββα *cuppa*. Confer ista cum ⲕⲏⲡⲉ *fornix* atque cum verbis, unde ⲕⲏⲡⲉ derivatum est. Hanc eandem historiam thebaica dialecto legendam offert elenchos codic. Borgian. pag. 316. nuper editus. Lege v. Ⲕⲏⲡⲓ.

Ϫⲟⲙ, ϣϫⲉⲙ, ϫⲉⲙϫⲟⲙ, ϣϫⲉⲙϫⲟⲙ, *robur*, *fortis*, *potens*, *roborari*, *potentem*, *robustum esse*, theb. ϭⲟⲙ, ϭⲙϭⲟⲙ, ϣϭⲙϭⲟⲙ. Consule lexicon Crozianum. Profecto haec ab עזי עזי, עזיז, quae in Oriente eodem sensu usurpantur, parvo elementorum discrimine derivata, vel certe non diversa videntur.

Ϫⲟⲙϫⲉⲙ, ψηλαφαν, *contrectare* Ps. CXIII. 17. Luc. XXIIII. 39. theb. ϭⲙϭⲱⲙ Zachar. III. 9. Fortasse venit ab عمم *Amam* vel *Gamam*, *tangere*, *tactu percipere* arab. Unde verbum, quod quadratum vocant, *Gamgam*, ϫⲟⲙϫⲉⲙ.

Ϫⲟⲥ, *res*, *factum* in histor. S. Aptiae martyr. ex cod. Borg.

ubi haec, ⲁϥⲛⲁⲩ ⲉⲧⲁⲓⲙⲓϣϯ ⲛϫⲟⲥ. Proprie ϫⲟⲥ *dicere* vel *dictum* notat in lingua coptica. Verum factum quandoque, ut apparet, significat more Orientalium, quibus דבר *verbum*, saepe est χρημα, *res*, *factum*.

Gossipion. Vocem esse aegyptiacam docti putant. Sed eius vim atque originem nemo hactenus, quod sciam, explicavit. Ego ex ϫⲱ et ⲥⲉⲡⲡⲓ eam constitisse arbitror. Est autem ⲥⲉⲡⲡⲓ, كتان, *linum*, Scal. M. p. 122. ϫⲱ vero, ni fallor, γονος, *fetus*. Uti est ϫⲱⲟⲩ, γενα in Coptorum libris; et in eadem Scala pag. 177. ⲡⲓ ϫⲉ, طلع, *germen*, *fetus*, *fructus arboris*. Quare ϫⲱⲓⲥⲉⲡⲡⲓ seu ϫⲱⲓⲛⲥⲉⲡⲡⲓ, ex quo *gossipion*, erit *bombyx*, seu fructus vel fetus τυ ⲥⲉⲡⲡⲓ, nempe eius plantae, quae inde *gossipion* vocata est. Audi Plinium lib. 19. cap. 1. *Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon, et ideo lina inde facta xylina. Parvus est similemque barbatae nucis fructum defert, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ulla sunt eis candore mollitiave praeferenda. Vestes inde sacerdotibus Aegypti gratissimae.* De gossipio, bombyce, bysso, lino, ac lini generibus legendus Salmasius ad *Solinum*, et Reinoldus Forsterus de *Bysso antiquorum*: qui liber sane doctus atque eruditus, postquam haec litteris tradideram, tandem in manus meas venit. Quamquam, ubi ejus auctor de gossipio agit, etymon profert, nimis, ut mihi videtur, studiose quaesitum ac parum vero consentaneum. Ab eo enim, quod mortuos in Aegypto fasciis byssinis involvere solerent, inde gossipio factum putat nomen, ⲕⲱⲥ ϣⲉ ⲡⲓⲉⲥ *Kossepies*, id est *sepulcri arborem byssinam*, ut idem interpretatur: quippe ⲕⲱⲥ *sepelire*, *sepulcrum*, ϣⲉ *lignum* est, ⲡⲓⲉⲥ autem, coniunctum, ut is retur, ex ⲡⲓ articulo et ⲉⲥ, credit, non autem probat, aegypt. *byssum* dici. Sed Plinii verba, quae supra recitavimus, attentius consideranda atque expendenda sunt. Neque enim mihi persuaderi potest, gossipion unquam *xylón* seu *lignum* proprio nomine fuisse nuncupatum, aut lina *xylina* dicta, quae definite ex *xylo* arbore fierent: Quamvis communis haec doctorum opinio sit, de Plinii dicto minime dubitantium. Profecto (dicam enim, quid ego de hac re coniecerim) quum Plinius εριοξυλον legeret in graecis, quam vocem habemus in *Digestis* postea ab Ulpiano traditam, quod εριον απο

ξυλυ vocabant alii, auctore Polluce lib. 7. cap. 17. ut εϱια απο ξυλυ Herodotus; haec mihi Pliniani erroris (si tamen eum revera errasse credamus) caussa fuisse videtur. Sed enim εϱιοξυλον vel εϱιον απο ξυλυ, non id quidem lanam ex *xylo* eius nominis denotat, uti Plinius accepisse videtur: nec *lina xylina* ideo appellata, quod ex *xylo* arbore *fierent*, ut ab eodem scriptum habes: sed εϱιοξυλον est *lana ex ligno*, seu *lignea lana*, quomodo latine vertit Ulpianus, et lina sive εϱια, *xylina* dicta sunt, quod ea ex arborum, non ex ovium lana conficerentur. De huiusmodi ξυλοις seu δενδϱοις εϱιοφοϱοις, quae in India, Arabia ac Aegypto proveniunt, saepe veteres mentionem faciunt; quorum loca leges apud Forsterum libro cit. Unum heic proferam ex Herodoto lib. 3. num. 106. ubi loquens de Indicis arboribus εϱιον απο δενδϱυ cum lana, quae ex ovibus capitur, confert. Τα δε δενδϱεα, inquit, τα αγϱια αυτοθι φεϱει καϱπον ειϱιον, καλλονῃ τε πϱοφεϱοντα και αϱετῃ των απο των οἴων.

Ϫⲟⲩⲗ, *assula*, *festuca* vel quid simile, ex vita Macar. Abb. in cod. Borg. ubi refertur festuca sive assula in oculo draconis infixa, ⲟⲩⲟⲛ ⲟⲩϫⲟⲗ ⲡⲉ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲃⲁⲗ ⲛⲧⲉ ⲡⲓⲇⲣⲁⲕⲱⲛ, tum ea Macarii precibus confestim ex oculo decidisse, ⲁϥϩⲉⲓ ⲛϫⲉ ⲡⲓϫⲟⲩⲗ ϧⲉⲛ ⲛⲉϥⲃⲁⲗ. Ϫⲟⲩⲗ *Gul* sane non differt a ܓܠܐ *Gelo*, *festuca*, *assula* syr. Matth. cap. VII. 3. chald. גלא, aethiop. ገለ, ubi graece καϱφος *festuca*, *acus*, *assula*. Hesychius, Καϱφος· αχυϱον, κεϱαια ξυλυ λεπτη: et Καϱφη· ξυλα λεπτα και ξηϱα. Colliges ex his, non esse το ϫⲟⲩⲗ infirmitatis oculorum genus, uti acceptum lego in adnot. ad elenchum Borgian. codicum pag. *646*.

Ϫⲟϩ, *aemulari*, *admirari*, *aemulatio* ex lib. *de gestis Macarii M.* et ex *Deposit.* Magistriani in cod. Borg. Dici opinor a גאה *excellere*, *eminere*, *elatum esse*, *gloriari*, *excellens*, *gloriosus*, et גאה *excellentia*, *elatio*. Ϫⲟϩ leges apud Crozium; et ⲕⲱϩ theb. apud Mingarellum pag. 345.

Ϫⲣⲟϫ, σπεϱμα, *semen* ad Gal. III. 16. et alibi. Quis dubitet, ortum a זרע *semen*, *seminare*? Ajin et Zajin efferri per ϫ nemo potest ignorare. Plena exemplis omnia. Thebaei ϭⲣⲟϭ.

Ϫⲫⲟⲓ, βϱαχιων, *brachium* Exod. XV. 16. Isai. XXXX. 10. Theb. ϭⲃⲟⲓ, alias ϫⲃⲟⲓ, Ioh. XII. 38. Iobi XXXVIII. 15. Non diversum videtur ϫⲫⲟⲓ, ϭⲃⲟⲓ ab اضباع *brachium* arab.

Ϫιu, *altitudo* theb. in codic. Nan. fascicul. 3. pag. 17. Duci potest a גאה hebr. גבה מז samarit. *altum esse*.

Ϫωϐι, φυλλον, φυλλα, *folium*, *folia* Psalm. I. 3. Matth. XXI. 19. Idem videtur, atque עוֹבִי, עוֹפִי, *Gobi*, *Gophi*, *ramus*, *frons*, *folium* chald. Hebraei quoque עפאים *rami*. Thebaei ϭωϐε. Est etiam ϫωϐι επιφυλλις Mich. VII. 1. Abd. 5. Alias επιφυλλις dicitur ϭιϫωϐι Soph. III. 7. Lege quae ab Abd. ac Sophon. a nobis adnotata sunt.

Ϫωιτ, *oliva* Matth. XXI. 1. et alibi. Theb. ϫοειτ. Est idem זית hebr. Hinc ϣϣ ηϫωιτ, ϣϣ ηϫοειτ Hagg. II. 20. et ϣϩ ηϫωιτ in actis Epimii martyr. est *arbor oleae*. At ϣϣ ηϫωιτ ηϣαϣι, *oleaster* ad Rom. XI. 24. ad verbum *arbor amarae oleae*, graece αγριελαιον.

Ϫωλ εϐολ, απωθεισθαι, *repellere* Actor. VII. 27. απαρνεισθαι, αρνεισθαι Matth. XXVI. 34. X. 33. Item ϫελ I. ad Tim. V. 8. Non aliud געל, *repellere*, *aversari* hebr. Sane ut ϫωλ natura non differt a ϫαλ, ϫαλε, ϫελω, ϫωιλι *deponere* ac *commendare* alicui; ita געל, quod hebr. est *repellere*, arab. et syr. *deponere* ac *commendare* demonstrat. Quamquam το εϐολ, quod aliquando nullam fere vim addit; saepe in contrariam, verbi, cui iungitur, significationem mutat.

Ϫωλϩ, εξαντλειν, *haurire* theb. Hagg. II. 17. Idem profecto, ac ܕܠܐ דלע, *haurire* syr. Ajin Aegyptii in ϩ, et *Z* in ϫ mutant; quod saepius dixi ac probavi. A ϫωλϩ fit ϫολϩс, εναρυστεις, *haustrum*, *infusorium* Zach. IIII. 2. 12. in cod. Borg. Syri pariter ܕܠܝܐ דליוא, *haustor*, *haustrum*, quod Graeci επαρυστηρ et επαρυστεις. In elencho cod. Borg. p. 564. ϣλεϩ seu ϣλнϩ, idem, ac ϫωλϩ.

Ϫωλϫ, κολλασθαι, *conglutinari* Psalm. XXI. 15. XXXXIII. 25. ϫωλϫ *viscus* in elencho cod. Borg. pag. 416. Convenit cum علك atque ܥܠܟܐ, *gluten*, *viscus* syr. arab. Ajin per ϫ, ut in Oriente redditum; sicuti etiam Caph vel Kuph propter affinitatem litterarum. Plura in aliis exempla.

Ϫωου, γενεα, *generatio* Psal. VIIII. 26. Matth. I. 17. Hinc ϫωουнсаϫι, γενεαλογια I. ad Timoth. I. 4. et ad Titum III. 9. Etiam саϫιεϫωου ad Hebr. VII. 3. ϫωου certe a גוי *gens* non diversum existimo. Simul hebraeam vocem ex aegyptia

ϫⲱⲟⲩ vel ϫⲱ, in qua generandi significatio inest, enatam, vero similius puto.

Ϫⲱⲧϩ, *amputare* in actis Epimii martyr. ex cod. Borg. ⲁϥⲟⲣⲟⲩϫⲱⲧϩ ⲙⲡⲉϥϣⲁⲓ, *iussit amputari nasum eius*. Item ⲱⲗⲉⲓⲡⲉⲓⲛ, *deficere* theb. Hier. XIII. 6. Factum utique a קצץ, *abscindere*, *amputare* chald. syr. sam. aeth. arab. Quod idem verbum valet *deficere* viribus, vita &c. ק vel א seu C mutatur in ϫ G, et Ajin adspirata littera in ϩ pariter adspiratam. Sed etiam ϫⲱⲧⲉ est *perfodere*, *penetrare* in elencho cod. Borg. p. 380. 471. et ϭⲱⲧⲉϩ, idem ac ϫⲱⲧϩ, διορυσσειν Matth. XXIIII. 43. Quo sensu pariter convenit cum קצץ, קצע, قطع, quae etiam *diffindere*, *fodere*, *perfodere*, *disrumpere*, exprimunt. Quin illa quoque ⲁϥⲟⲣⲟⲩϫⲱⲧϩ ⲙⲡⲉϥϣⲁⲓ, quae supra explicavi *iussit amputari*, reddere nihil prohibet *perfodi* seu *perforari*, quod in medio relinquam.

Ϫⲱϩ, ϫⲁϩ, ϫⲏϩ, *oblinere*, *tectorium inducere* theb. in elencho codic. Borg. pag. 487. in adnot. Congruit cum טוח, טח *linivit*, *tectorium induxit* chald. syr. Nam ט, ϣ, ϭ cum ϫ commutari ignotum non est. Memphit. est ⲟϣϫ, quod facile petitur ab eodem verbo *Atg*, *oblevit* in Aphel. Quippe Ajin, ut G, multi enunciabant. Ϫⲱϩ theb. valet etiam *tangere*: quod aliquam cum ϫⲱϩ *oblinere* significationis convenientiam habere videtur. Pro ϫⲱϩ, memphit. ϭⲟϩ.

Ϫⲱϩⲙ, *inquinare* theb. Hagg. II. 14. in cod. Borg. Ibidem ϫⲁϩⲙ, et apud Crozium ϫⲁϩⲉⲙ. Memphit. ϭⲱϧⲉⲙ, ϭⲁϧⲉⲙ, μιαινειν, βδελυσσειν, βεβηλειν, ακαθαρσια, κοινος, *polluere*, *abominabilem efficere*, *profanare*, *immunditia*, *immundus*. Lege Crozium. Idem sine dubio זהם hebr. *abominari*, chald. *pollui*, *polluere*, *inquinare*. Zajin, qua littera carent, in ϫ vel ϭ mutare solent Aegyptii. Huiusmodi sunt ϫⲱⲗϩ a זלח *haurire*, ϫⲱⲓⲧ a זית *oliva*, ⲃⲏϫ et باز *accipiter*, ϫⲣⲟϫ a זרע *semen*, ⲧⲣϫⲱ *gallina* a خرز, ϫⲱⲣ a זרה *dispergere* &c.

Ϫⲱϫ, πιπτειν, συμφρυγειν, *coquere*, *torrere* Ex. XII. 39. Ps. CI. 3. Idem videtur עוג *Giog*, *coquere*, *ustulare* panes hebr. Hinc est ⲡⲓ ϫⲱϫ, القلي, *ustum*, vel *cinis* ex herbis *combustis* Sc. M. p. 263. Dicitur etiam ϫⲱϫ الخبيز, *malva* ibid. An haec quoque a coquendo? Nam coquitur in usus medicinae. Pro ϫⲱϫ, theb. ϭⲟϭ, ϭⲏϭ, ϭⲁϭⲉ, ϭⲁⲁϭⲉ, *coquere*, *coctum* in elencho C. B. p. 560.

ϭ

ϭⲁⲕ, *ἐπικροτεῖν*, *plaudere*, *complodere* Isai. LV. 12. in *Euchol.* Tuk. part. 2. pag. ⲥϥ. Fort. a ספק *Saphk*, item *plaudere*, *complodere* hebr. chald. صفق arab. Idem סקף chald. traiectis litteris.

ϭⲁⲗⲁϩⲧ, *χύτρα*, *olla* theb. Mich. III. 3. in cod. Borgian. *Salaht* minime differt a קלחת *Callahat*, *Calaht*, *ahenum*, *olla* hebr. pariter Mich. III. 3. Nam *C* in *ϭ* Thebaei potissimum mutare solent. Vicissim *S* aliquando per *C* redditum. Habes exempla plura in v. Κιχορειν. Quibus adde ϭⲗϫⲡⲁⲧ pro ⲕⲗϫⲡⲁⲧ, *genua flectere*, et ϭⲉ pro ⲕⲉ in elencho cod. Borg. pag. 554.

ϭⲁⲗⲉ, *χωλος*, *claudus*: plural. ϭⲁⲗⲉⲩ *claudi* Matth. XVIII. 8. Luc. VII. 22. Etiam ϣⲁⲗ affert Crozius ex psalmo XVII. 45. ubi legit ⲉⲣϣⲁⲗ, *χωλαίνειν*, *claudicare*. Tamen in psalterio Tuk. est ⲉⲣϭⲁⲗⲉ. Nullum est dubium, quin ϭⲁⲗⲉ a צלע hebr. *claudicans*, *claudus*, *claudicatio* derivatum sit. Arabes quoque ضلع *claudicare*, *claudus*. Iidem ظلع, quemadmodum Chaldaei טלע, צ in ט de more conversa.

ϭⲁⲗⲟⲩⲕⲥ ϯ, الخنفسا, *scarabaeus* Scal. M. pag. 172. Credo ϭⲁⲗⲟⲩⲕⲥ dictum a سلح *stercus*, quasi *stercorarius*. Non dissimili ratione Arabes scarabaeum vocant ابو كراز, *pater pilularius*, quod stercoris pilulas efficiat, in iisque commoretur. Eundem *σκατωρυχον*, *scrutatorem stercoris* Graecorum vulgus appellat.

ϭⲁⲗⲟϫ, *pes*, plur. ϭⲁⲗⲁⲩϫ Ioh. XIII. 14. Apoc. X. 2. Item

De tribus litteris *Scei*, *Fei* atque *Chei*, quae mihi, non certa illa quidem, verum non improbabilis, opinio esset, edocui. De reliquis autem, scilicet *Hori*, *Giangia* ac *Scima*, nihil praefatus sum, propterea, quod earum origo obscura nobis atque incomperta sit. Neque enim, quod olim de istis in mentem venerat, ita mihi verosimile est visum, ut hoc edicere ac in publicum prodere auderem. Non equidem nescio, viros eruditione praestantes easdem litteras, pro antiquis Aegyptiorum characteribus habere, easque in veteribus eorumdem monumentis consignatas agnoscere. Nondum tamen, meo quidem judicio, expedita atque confecta res est: ut illa quaestio, utrum litterae, quas graeco alphabeto additas cernimus, fuerint olim ab Aegyptiis usurpatae, an vero, postquam graecis uti coeperunt, aliunde a Coptis adscitae, finita iam atque sublata videatur.

σκέλος, *crus* Amosi III. 12. Etiam *genu* Isai. XXXV. 3. apud Tukium in *Euchlog.* tom. 2. ubi ⲛⲓ ϭⲁⲗⲁⲩϫ, γόνατα. Legitur et ⲁⲗⲟϫ μηρος, *femur* Gen. XXIIII. 2. Exod. XXXII. 27. Alias *genu* Gen. XXX. 3. ubi ⲛⲉⲁⲗⲱⲓϫ, γόνατα μυ. Porro ϭⲁⲗⲟϫ *pes*, *crus*, *femur*, et ϭⲁⲗⲉ *claudicare* ab eadem sunt origine, nempe a צלע, quod *claudicare* aeque, ac *femur* et *latus* adsignificat. Sed in altero Ajin per *G* effertur, in altero, vel contemnitur, vel per vocalem *A* aut *E* exprimitur. Consule Bochartum *Phaleg.* lib. 2. cap. 22. Quod autem ⲁⲗⲟϫ Copti interdum pro ϭⲁⲗⲟϫ, id fere ita factum, uti in Oriente pariter femur, latus, costa, quae hebr. צלע, Chaldaeis עלע, Syris אלעא dicitur. Habemus et ⲁⲗⲱⲓϫ, ῥάπισμα, quod suo loco expositum est.

Ϭⲁⲧϥⲓ ⲛⲓ, ἑρπετά, *reptilia* Gen. cap. I. v. 20. 21. 24. Forsitan a زحافات *reptilia*, elisa adspirata ـه, et *F* post *T* traiecta. Radix, quae dicitur, est زحف *repere*. Etiam Samaritae זחופים, *reptilia*. Pro ϭⲁⲧϥⲓ theb. ϫⲁⲧϥⲉ.

Ϭⲁⲩⲙⲱⲓⲧ, ὁδηγός, *viae dux* Matth. XV. 14. Constitutum nomen ex ⲟⲩⲙⲱⲓⲧ *via* et ϭⲓ, vel ⲙⲱⲓⲧ et ϭⲁⲩ pro ϭⲓ. Theb. ϫⲁⲩⲙⲟⲉⲓⲧ. Alias ϭⲓ ⲙⲱⲓⲧ. ὁδηγῶν Psalm. v. 8. Matth. XV. 14. Eodem modo ϭⲁⲓⲃⲉⲭⲉ *mercenarius* componitur et ⲃⲉⲭⲉ *merces*, et ϭⲁⲓ pro ϭⲓ *accipere*. Theb. ϫⲁⲓⲃⲉⲕⲉ.

Ϭⲁϩϭⲉϩ, *fremitus*, *frendor* theb. Matth. cap. XXII. 13. apud Tukium pag. 370. ⲡϭⲁϩϭⲉϩ ⲛⲛⲟⲃϩⲉ, *frendor dentium*. Dici videtur a صهل *fremuit*, *frenduit* arab.

Ϭⲁϩⲥⲓ ϯ, δορκάς, *caprea* Act. VIII. 36. Nihil discrepat a ظبي *dorcas*, *capra silvestris* arab. Nam ϭ cum ϫ, seu ظ commutatur. Theb. ϭⲁϩⲥⲉ, ϭⲟϩⲥⲉ.

Ϭⲁϫⲙⲃⲣⲓ, السنونو, *hirundo* Scal. M. pag. 169. ϭⲁϫ est στρουθος, *passer*, *avicula*. Βρι autem forsitan est ⲃⲉⲣⲓ *novus*, nempe *avis nova*. In proverbio enim est νεα χελιδων apud Suidam ex Aristophane in *Equit.* act. I. quia vere nova redit. Verius tamen ϭⲁϫⲙⲃⲣⲓ est *avis verna*. Βρι a βηρ βηρος, *ver*, quod Aeolum est; unde Latini *ver*. H siquidem Copti, ut I, saepe enunciant ac scribunt. Ita etiam Oppiano *Halieut.* lib. 3. εiαριvη ορvις, *avis verna* dicitur hirundo: et Ovidio lib. 2. *Fastor.* in fine, *veris praenuncia venit hirundo*. Nihil apud antiquos vulgatius. Est aliud hirundinis nomen ⲟⲩ ⲃⲏⲛⲓ in can-

tico Ezechiae, quod equidem scriptum credo pro ⲟⲩ ⲃⲱⲣⲓ, id est *verna*, idque vel errore librarii, vel quia *R* aliquando in *N* verti solet. Tale est *donum* a δῶρον, *plenus* a πλήρης, *sinister* ab ἀριστερός.

ϬⲈⲚⲚⲈ, ὀκνηρός, *piger* Matth. xxv. 26. παρειμένος, *remissus* Deut. xxxii. 36. Ortum fortasse duxit a גבן *torpere*, *segnem esse* chald. syr. vel גבנן, חבננא, *piger*, *segnis*, extrita *B*, seu potius in *N* ante alteram *N* ob euphoniam conversa. Nam ח ϫ per ϣ vel ϭ repraesentari solitam nosti. Legirur etiam ϭⲛⲁⲩ, ὀκνεῖν, ὀκνηρός Actor. viii. 38. Luc. ii. 28.

ϬⲈⲚⲔ, *celer*, *celeritas*, *accelerare* theb. Ioh. xi. 29. 31. in cod. Nan. et apud Tukium Gen. xviii. 6. pag. 433. Apoc. xxii. 20. pag. 137. Fortasse dicitur a زهق, *levem ac celerem esse*, *cito* ac *velociter incedere* arab. item زهق *festinans*, *properans*: زاق *accelerare*.

ϬⲈⲢⲈ, ϬⲈⲢⲞ, ἅπτειν, ἀνάπτειν, καίειν *accendere*, *incendere* Luc. xxii. 55. Act. xxviii. 2. Matth. v. 15. ubi ⲙⲡⲁⲩϭⲉⲣⲉ ⲟⲩϩⲏⲃⲥ, *non accendunt lucernam*, graece οὐδὲ καίουσι λύχνον. unde Scal. El. pag. 298. ⲙⲡⲁⲩϭⲉⲣⲉ, لا يوقد, *non accendunt*, *non accenditur*, quae male Kirkerus *incombustibile*. Porro ϭⲉⲣⲉ, vel ϭⲉⲣⲟ referas ad חרר, חר, *adustus*, *succensus est*, *arsit* hebr. chald. ubi de more ϭ τῷ ח vicem gerit: vel ad سعر *Saara*, *accendere*, *inflammare* arab. سعار, سعير, *flamma*, *ignis succensus*, Pro ϭⲉⲣⲟ theb. ϫⲉⲣⲉ, ϫⲉⲣⲟ, basmyr. ϫⲉⲗⲉ.

ϬⲒⲀⲞⲨⲰⲒ, ἐπηρεάζειν, *damno*, *iniuria*, *probris afficere*, *calumniari* verbo in scripturis usitato I. Petri iii. 16. ubi ⲉⲧϭⲓⲁⲟⲩⲱⲓ *calumniantes*, vel *qui calumniantur*, ut habet vulgatus interpres, graece ἐπηρεάζοντες. Lexicon vetus manu exaratum apud Crozium ⲉⲧϭⲓⲁⲟⲩⲱⲓ, يعيبوا, *probro afficiunt*, *arguunt*. Iam ϭⲓⲁⲟⲩⲱⲓ constat ex ϭⲓ et ⲁⲟⲩⲱⲓ, quod nemo non videt. ⲁⲟⲩⲱⲓ *Avo* autem idem est, ut videtur, atque عاب *Abo Avo*, *macula*, *opprobrium*, *vitium*, *dedecus*, quod ab عاب *opprobrio afficere*, *arguere*, *vituperare*. Itaque supra ⲉⲧϭⲓⲁⲟⲩⲱⲓ per verbum عاب redditum vides.

ϬⲒⲈ, *caper*, τράγος theb. ⲕⲓⲉ basmyr. Isai. cap. i. 11. in cod. Borg. Idem est גדי *haedus*, *caper*, *agnus*, *ovis* hebr. شاة arab. In elencho cod. Borg. pag. 369. ⲥⲧ ⲃⲱⲱⲛ ⲛⲟⲉ ⲛⲛⲉϭⲓⲉ ⲛⲃⲁⲙ

ⲙⲁⲛⲉ: ubi non recte ϭⲓⲏ ⲛ̀ⲃⲁⲁⲙⲡⲉ explicatum lego in adnot. *haedus hircinus pleonastice*. Ego simpliciter *caper*. Namque ϭⲓⲏ vel ϭⲓⲉ iuxta originem suam, tam haedum, quam agnum, et hircum perinde, atque ovem denotare oportuit, quemadmodum שה, unde est ortum, apud Hebraeos (lege Bochartum *Hieroz.* part. 1. cap. 44.) Itaqne non frustra additum ⲛ̀ⲃⲁⲁⲙⲡⲉ notandi caussa, *το* ϭⲓⲏ esse ex caprino, non ex ovillo genere: ac ϭⲓⲏ ⲛ̀ⲃⲁⲁⲙⲡⲉ profecto geminum *τῳ* שה עזים Deut. XIIII. 4. Postea ϭⲓⲏ vel ϭⲓⲉ etiam absolute pro haedo vel capro usurpatum. Heic autem ϭⲓⲏ caprum vel hircum significat, non haedum. Nam foetor notatus, qualis hirci tantum vel capri est. Ab Alia est origine ϭⲓⲏ *terminus*; cui simile غا *finis*, *extremum*, *terminus* arab.

Ϭⲓⲙⲏ, *κραιπαλη*, *crapula* Luc. XXI. 34. Fortasse a גמא hebr. גמע chald. *absorbere*, *deglutire*, *ingurgitare*. ⲝ G conversam in ϭ exhibent fere omnes Coptorum paginae. Eadem ratio *τυ* ϭⲓⲙⲏ *nubes*, *nebula*. Namque idem est ጊሜ *Gime*, *nebula*, *nubes* aethiop. Locus est in actis Epimii martyr. ubi ⲟⲩϭⲓⲙⲏ ⲛⲟⲩⲱⲓⲛ ⲛⲓ ⲉⲥⲙⲉϩ ⲛⲓⲱⲧ, *nubes lucida plena rore*.

Ϭⲓⲙϭⲓⲛⲉϩⲟⲣ, herbae cognomen. Locus, ubi vocem aegyptiacam invenerim, e memoria excidit. Sed tamen me legisse certus sum. Ea forsan est *cynomazos*, quam aliqui *cynozolon*, quidam *chrysisceptron*, alii aliis nominibus appellant. Commemorat Apnleius *de virtut. herb.* cap. 110. ubi de *carduo silvatico*. Si cynomazon significat, facilis eius explicatio est. Eadem enim in graeco ac in aegyptio cognomine insita potestas. Etenim ⲥⲓⲙ *herba* est aegypt. ϭⲓ *uber*, ⲟⲩϩⲟⲣ *canis*.

Σισερτο, *Erynge*, vel *Eryngium*: quae herba est ex aculeatarum genere. Nomen ab Aegyptiis Hierophantis usurpatum habes in appendice Dioscoridis ad caput 24. lib. 3. Fortasse id a ciendis mensibus inditum est, scriptumque ϭⲓⲧϣⲣⲱ *Sitesro*; unde *Siserto*, transpositis loquendi consuetudine litteris. ϣⲣⲟ enim *menstrua* aegypt. ϭⲓ autem verbum, quod in compositione vocum aliquando agendi vim habet. Hanc porro erynges virtutem ad menstrua promovenda diserte commendat Dioscorides cit. cap. his verbis, *πινομενη αγει και ουρα και εμμηνα*. Eandem agnoscunt herbarii recentiores.

ϭⲓⲥⲓ ϯ, νωτος, *dorsum* Psalm. cxxviii. 3. Sic autem dicitur, ut opinor, a ϭⲓⲥⲓ *eminentia*, quod sit aliis corporis partibus elatius. Quemadmodum Hebraei גב *dorsum*, *gibbum* vocant, eademque voce *altitudinem* ac *prominentiam* appellant, ut in psalmo cit. *dorsum meum* גבי, Copti ⲧⲁϭⲓⲥⲓ. ϭⲓⲥⲓ autem vel ϭⲁⲥⲓ, ϭⲁⲥ, ϭⲉⲥ, basmyr. ϫⲁⲥⲓ, *elevare*, *elatum esse*, *sublimitas*, *elatio*, *elatus*, omnino similia τῷ נסס, נס, *elatum esse*, נס, *elatus* in Oriente. Nam ϫ ג G et ϭ S, alteram pro altera supponi compertum est. Hinc factum ϭⲁⲥⲓϩⲏⲧ, *elatus corde*, ut נס רוח, *elatus spiritu*. Alias ϭⲁⲥⲛⲁϩϥⲓ, τετυφωμενος, *superbus* II. ad Tim. iii. 4. quasi *erecta cervice*.

ϭⲓⲥⲕⲉⲛϩⲟ, ευπροσωπειν, *facie decorum esse* ad Gal. vi. 12. ϭⲓⲥⲕⲉⲛϩⲟ, nisi coniectura me fallit, est tamquam ϭⲓⲥⲁⲛϩⲟ *Sisenho*, significans *decoram faciem suscipere*, *capere*. *K* littera etiam in aliis inserta, uti in ϧⲁⲕϣⲁⲣ *corarius* pro ϧⲁⲥϣⲁⲣ, de quo supra actum est.

ϭⲓϭⲁⲧⲱⲛ, vel ϭⲁϭⲓⲧⲱⲛ theb. in elencho cod. Borg. pag. 351. Videtur monachorum vestis, quae cucullo subiicitur, vel pro cucullo geritur. Mihi nempe est id, quod *scapulare*, aut *scapularium* vocant, cum quo nomen etiam mirifice consentit. ϭⲓⲥⲓ enim *humeri*, *scapulae*, *dorsum*, ⲧⲱⲟⲩⲛ *portare* est; ut nihil sit aliud, quam vestis, quae scapulis gestatur.

ϭⲗⲁⲕ, التنبيه, *tortura*, *cruciatus*, *anger* Scal. El. pag. 354. ϯ ϭⲗⲁⲕ, βασανιζειν, *torquere*, *cruciare* Marc. v. 7. Non discrepat a סנק *Snak*, *cruciare*, *torquere*, *angere* syr. chald. nisi media littera *L*, quae in *N* saepe mutatur. Cuius rei plura habes exempla in v. ⲥⲗⲓϥⲓ collecta.

ϭⲗⲁⲡ, *gutta*, *roris concretio*, *humor concretus* ex vita Pachom. in cod. Borg. ubi ⲟⲩϭⲗⲁⲡ ⲛⲉϧⲓⲱ, *concretio mellis* ex rore. Graecus auctor vit. Pachom. apud Bolland. tom. 3. Maii δροσος γενομενη εις στερεον μελι. Dionysius exiguus in *Vit. Patr.* apud Rosweidum pag. 114. *ros crescens in mellis pinguedinem*. Verba Copti scriptoris sic se habent: ϯⲓⲱⲧ ⲁⲥⲑⲱⲟⲩϯ ⲉϧⲟⲩⲛ ⲛⲁⲥⲉⲣ ⲟⲩϭⲗⲁⲡ ⲛⲉϧⲓⲱ ϧⲉⲛ ⲧⲉϥϫⲓϫ, *ros in manu eius collectus*, *donec in mel concresceret*. Iam vero ϭⲗⲁⲡ nihil differt a צלף *Tsalap*, *gutta*, quod est a verbo צלף *guttatim fluere*.

ϭⲗⲉϩ, التلف Sc. M. pag. 256. Id esse mihi videtur, quod

arab. الملوخ apud Giggeium. Nam ϭⲗⲉϩ *Sleh* aut *Esleh*, et أمليخ *Eslich*, eadem vox. Giggeius explicat *herba quaedam*. Sed ea fortasse est atriplex aut blitum. Quippe hoc vel illo modo قطف redditur, sive a Castello, sive a Kirkero.

Ϭⲗⲏ ϯ, *scorpius* Deuter. viii. 15. Apoc. viiii. 5. Etiam ⲥⲗⲏ, nisi mendum sit, exhibet Scala El. pag. 306. A ϭⲗⲏ factum crediderim χηλη seu χηλαι a Graecis. Nam ϭ et ϫ ח, saepe altera vicem subit alterius. Tale est ϭⲉⲣⲟ relatum ad חרר, ϭⲛⲉ ad حنا, ϭⲙⲉ ad حمل, ϭⲟⲣⲡ ad חרף. Sunt autem chelae, scorpius aut cancer, proprie scorpionum aut cancrorum brachia. ϭⲗⲏ vero, si coniecturae locus, forficem vi sua notet in lingua aegyptia. ⲡⲓ ϭⲗⲱⲃⲓ enim *forfex* est in Scal. M. pag. 128. vel fortasse magis ad litteram, bina forficis crura, quasi ϭⲗⲱ ⲃ̄; sicuti ϩⲉⲃⲓ *par boum* ab ⲉϩⲉ ⲃ̄ supra factum conieci. His accedit ψαλις *forfex*, quae vox minus apte ducitur ex graeco sermone a grammaticis. Videtur autem a ⲡϭⲗⲱ seu ⲡϭⲗⲏ dictum ψαλις *Psalis*. Igitur a ⲡⲓϭⲗⲏ, scorpioni ϯ ϭⲗⲏ nomen datum credamus, qui in eadem Scala pag. 172. ϯ ϭⲣⲏ. Quae elementorum *L* et *R* commutatio frequentissime accidit.

Ϭⲗⲏⲃ, *camus*, *fraenum*, *capistrum*, *constrictio* basmyr. ϯ ϭⲗⲏⲃ, φιμουν, *camum ori iniicere*, *camo constringere* I. ad Corinth. viiii. 9. in chartis Borgian. Memphit. ϯ ⲥⲁϫⲟⲗ. Porro ϭⲗⲏⲃ derivatum existimo a زرب זרב *Zrab*, *arctare*, *constringere*, *cohibere*, unde زربيا זרוביא *constrictio*, *repagulum*. Notum est iis, qui dialectum basmyricam callent, *R* semper in *L* mutare solere, et pro *A* saepissime ⲏ substituere. Ita a זרב *Zrab* seu *Srab* facile ϭⲗⲏⲃ. Lege sis v. Ⲥⲁϫⲟⲗ.

Ϭⲗⲓⲗ, ϣⲗⲓⲗ, ὁλοκαύτωμα, *holocaustum* Ps. xxxiii. 6. ad Hebr. vi. 10. Est ipsum כליל *holocaustum* hebr. a verbo כלל *totum absolvere* ac *consummare*. Namque ϭ iuxta morem τὸ Caph vice fungitur. Ita ϣϭⲏⲣ *merces* a שכר, ϭⲗⲟⲧ *renes* a כליות, ϭⲣⲏ *fodere* a כרה. Eàdem littera ϭ pariter ϫ et ח referunt, interdum etiam *K* et Koph, quae τῷ Caph litterae affines.

Ϭⲗⲟⲗ, φρύγανον, *cremium*, *sarmentum* theb. Hos. x. 7. in cod. Borg. et Hier. xiii. 21. in Nanian. De quo loquitur Georgius lib. *de miracul. S. Coluthi* pag. 307. Iam ϭⲗⲟⲗ, quod legas *Sciolem*, *Sciolm* aut *Gielm* (Nam ϭ cum ϫ, ut omnes co-

ptice eruditi non nesciunt, commutatur) non aliud a جلمة *Giolma*, *sarmentum*, et *quicquid ex arbore caeditur* ac *putando decidit* arab. Fons, unde nomen profluit, est جلم, *resecare*, *abscindere*. A ϭⲗⲙ facile ϭⲗⲙⲙ *accendere*, *comburere* Sc. M. pag. 231. Paene incredibile est, ϭⲗⲙ factum a ⲗⲉⲃϣ *stipulae*, *quisquiliae*, quod visum Georgio loco cit. Addo ⲡ ϣⲗⲱⲙ ex elencho codicum Borg. pag. 477. quod fortassis a ϭⲗⲙ significatione non differt.

Ϭⲗⲙⲁⲓ, *arcula*, *capsula* theb. in elencho codic. Borg. nuper edito pag. 615. ⲡϭⲗⲙⲁⲓ ⲛⲛⲟⲩⲃ ⲉⲧⲉⲣⲉ ⲡⲙⲁⲛⲛⲁ ⲛϩⲏⲧϥ, *capsula aurea*, *in qua manna*. In epist. ad Hebr. dicitur σταμνος χρυσῆ. Ego vero ϭⲗⲙⲁⲓ capsulam interpretandum putavi, quia, ni fallor, est idem nomen, ac שליםה *capsula*, quo utuntur Thalmudici doctores.

Ϭⲗⲟⲙⲗⲉⲙ, ϭⲗⲉⲙⲗⲟⲙ, ἐμπλέκειν, περιπλέκειν, *implicare*, *involvere*, *complicare*, *complecti* II. ad Tim. II. 4. Ps. XXXXVIIII. 19. Item ⲕⲗⲟⲙⲗⲉⲙ in vita Pachom. ex cod. Borg. Non haec alia a גלם *Galam*, *involvere*, *convolvere* hebr. thalm. unde גלומה, גלום, גלימא, *vestis*, *pallium*, *stola*. ϭ S pro ג ϫ G seu K supponere in usu est. Exempla quamplurima in hoc libro occurrent. A גלם autem Aegyptii iterando ⲕⲗⲟⲙⲗⲉⲙ, aut ϭⲗⲟⲙⲗⲉⲙ, quod pariter iisdem frequens atque usitatum.

Ϭⲗⲱⲧ, νεφροι, *renes* Psalm. VII. 9. XV. 7. τα νεφρα Genes. XXXXVIIII. 6. Certe a כליות *renes* hebr. ubi ϭ pro Caph. Lege v. ϭⲗⲓⲗ. Theb. est ϭⲗⲟⲟⲧⲉ in codic. medic. Borg.

Ϭⲙⲉ, الحارس, *custos* Sc. El. p. 301. Unde ⲡⲓ ϭⲙⲉ ⲛϭⲱⲙ, κηπουρος, *horti custos*, *olitor* Ioh. XX. 15. Derivatum puto a حمى *custodire*, *servare*, *protegere*. Nam Chet etiam per ϭ Copti reddere consueverunt.

Ϭⲛⲉ, *inclinare*, *flectere* adorandi ac colendi gratia. Iungi solet cum ϫⲱ vel ⲛϫⲱ *caput*: Exempla sunt apud Crozium. Profecto ϭⲛⲉ non diversum a حنى *flectere*, *incurvare humerum*, *genua* ob adorandum. Heic etiam Chet expressum per ϭ. Dico saepius, quam par est. Relege sis v. ϭⲗⲏ.

Ϭⲛⲟⲛ, ικμας, *humor* Luc. VIII. 6. Idem videtur, ac, شنين *stillatio*, *aquae*, *humores*, *stillae*, vel شنان, *aqua*, *humor effusus*. Verbum, unde ista veniunt, est شن, *Sanna*, *paullatim*, *sensim fun-*

dere, *affundere*. Dicitur etiam ϭⲛⲟⲛ *teneritudo*, *mollities* Deut. xxviii. 56.

Ϭⲟⲗ, *furtum*, *spolium* theb. Convenit cum ϣⲱⲗ *spoliare*, *spolium*, de quo v. Ϣⲉⲗ. Est etiam *mendacium* auctore Woidio in lexico Croziano, et ita accipitur Hos. x. 4. Mich. ii. 11. in codic. Borgianis. Basmyr. ϭⲁⲗ, ψεύδος ad Hebr. vi. 12. Hinc ϫⲓϭⲟⲗ *furari* lib. *de myst. litter.* Item *mentiri*, ut idem Woidius. Porro ϭⲟⲗ, ϭⲁⲗ *mendacium* refero ad جهل *mendacium* arab. vel id potius a *furti* significatione petitur. Quippe Hebraeis quoque *furari* est *verum abscondere* ac *mentiri*. A ϫⲓϭⲟⲗ fit ⲣⲉϥϫⲓϭⲟⲗ *fur* apud Crozium, aut ⲣⲉϥϫⲓϭⲗⲟ, ψεύστης, *mendax* Ioh. viii. 55. apud Tukium pag. 312.

Ϭⲟⲗϭⲓ, الفرو, *vestis pellicea* Scal. M. pag. 257. Nihil differt a جلبة *Giolba*, *corium*, *pellis*, *vestis ad rem protegendam ac conservandam*. ϭ pro G iuxta morem. Lege v. ϭⲗⲟ. et ϭⲗⲟⲙⲗⲉⲙ, et alia huius generis.

Ϭⲟⲟⲙⲉ, *pervertere*, *perturbare* theb. Habac. i. 4. in cod. Borg. ubi ⲡϩⲁⲡ ⲉϥϭⲟⲟⲙⲉ, graece κρίμα διεστραμμένον, *iudicium perversum*. Credo sumptum ϭⲟⲟⲙⲉ a ממש, עמש, *turbare perturbare*, *vertere*, *profligare*. Isai. lviii. 8. ⲛⲉⲩϩⲓⲟⲟⲩⲉ ϭⲟⲟⲙⲉ, *semitae eorum perversae*. Alias ϭⲁⲁⲙⲉ in elencho codic. Borg. pag. 396. et ϭⲉⲉⲙⲉ, et ϭⲉⲙⲉ.

Ϭⲟⲟⲩⲛⲉ, *saccus* theb. in cod. Nan. p. 345. et Amosi viii. 10. in Borgian. et apud Tukium p. 537. Non est aliud ϭⲟⲟⲩⲛⲉ *Soovne*, *Sobne*, ut mihi videtur, a סדין, *sabanum*, *perizoma*; arab. سبنية, سبنه. Hesychius, Σαβανα (quae verior est lectio) σκεπάσματα, περίβολαια. Utuntur hac voce Chaldaei, Arabes, et recentiores Graeci ac Latini. Consule Martinium in *Etymolog.*

Ϭⲟⲣⲡ, ϭⲱⲣⲡ, ϭⲱⲣⲡ ⲉⲃⲟⲗ, ἀποκαλύπτειν, ἀνακαλύπτειν, *detegere*, *revelare* Ioh. cap. xii. v. 38. Ps. xvii. v. 5. Plane simile τῷ חרף *manifestari*, *aperire*, *detegere*. ϭ pro Chet frequenter usurpatum. Ostendi saepius, maxime v. ϭⲗⲏ. Thebaei scribunt ϭⲱⲗⲡ lib. *de mysteriis litter.* et Ioh. cit. cap. xii. v. 38. in cod. Nanianis.

Ϭⲟⲣⲧⲉ ⲟⲩ, *culter*, *ensis* theb. apud Georgium lib. *de mirac. S. Coluthi* pag. 63. edit. 2. Graece apud Cotel. μαχαιρα. Est autem, ut mea fert opinio, a مرا *Sorat*, vel مراطي *Sorati*, *gladius*,

acutus ensis, quae a verbis פרט, שרט, شرط, *incidere*, *scarificare* in Oriente usitatis.

ϭⲟⲥⲙ, σκοτος vel γνοφος, *tenebrae*, *caligo* theb. Soph. cap. 1. v. 15. apud Tukium pag. 338. Idem est غسم *tenebrae*, *obscuritas* a verbo غسم arab. ϭ cum ϫ vel *G* commutari saepius notatum. Eadem vox habetur in elencho codicum Borg. pag. 492. et in aliis.

ϭⲟϫⲓ, *currere*, *festinare*, *accurrere*, *persequi*. Leges apud Crozium. Similia huic سعى, سعا, *currere*, *incedere* arab. פעה *profectio*, *impetus* hebr. פעא *incitari* syr. Ajin, velut *G*, quod toties monui, olim saepius prolatum. Theb. ϭⲱϫⲉ, quod etiam notat *certare*, *contendere* in elencho codicum Borgian. pag. 381. Par τȣ פעא potestas, *incitari*, *contendere*, *aggredi*, et τȣ سعى *luctari*, *certare*. O Aegyptii pro *A* vel *E* communi dialecto libenter usurpant.

צפרדע, βατραχος, *rana*. Hoc nomen, quod de ranis Aegypti usurpatur Exod. cap. 8. et in Psalmis 78. 105. multi putant ab Aegyptiis traditum. Neque enim ex lingua hebraea eius vis atque ratio facile explicari potest. Bochartus *Hieroz.* part. 2. lib. 5. cap. 1. vocem derivat ex arabicis fontibus. Mihi vero placet magis eius originem in aegyptio sermone quaerere. Occurrit autem, ranam ita appellatam a saltu, quae ranarum proprietas est, quibus nempe Iuppiter dedit,

Σκιρτησαι κατα γην, και εφ' ὑδασι σωμα καλυψαι,

ut est in *Batrachom.* vers. 60. Forsitan vox ita se habuit, ϭⲓϥⲓ ⲣⲁⲧ, ϭⲓϥⲣⲁⲧⲉ, ϭⲓϥⲉⲣⲁⲧⲉ, constans ex verbo ϭⲓϥⲓ *saltare* et ex ⲣⲁⲧ *pes*, quasi *pede saltans*, non gradiens, sive incedens saltando, vel cui saltus est pro gressu. Porro ϭⲓϥⲣⲁⲧⲓ, ϭⲓϥⲓ ⲣⲁⲧⲉ, ϭⲓϥⲉⲣⲁⲧⲉ utique consonat cum צפרדע, quod *Spharade* enunciare fas est. Nam vocalium punctorum, quae ab auctoribus Masorae subiecta novimus, nulla est habenda ratio. Si haec ita se habeant, bina fuerint apud veteres Aegyptios ranarum cognomina, alterum ϫⲣⲟⲩⲣ a coaxando, alterum a saliendo, quum ex aqua in terram exeunt. Nunc tamen uno Copti utuntur vocabulo: alterum, quantum scimus, in usu esse desiit.

ϭⲣⲏ, σκαπτειν, ανασκαπτειν, *fodere*, *effodere* Luc. XIII. 8. XVI. 3. Ps. VIIII. 14. Nihil dubitans repeto a כרה, כרא, *fodere*, *effo-*

dere hebr. chald. Namque ϭ τꙋ Caph aliquando locum subire in v. ϭⲗⲓⲗ comprobatum est.

ϭⲣⲏ, ϭⲣⲉ ϯ, المغرفة, *cochleare* Scal. M. pag. 129. 150. A ϭⲣⲏ, *excavare*, *effodere* derivatum coniicio: quia cochlearis in excavandis, sive extrahendis ex testa cochleis, ovis aliisque huiusmodi usus est. Unde cochlear a Martiali lib. 14. Epigram. 121. sic loquens inducitur,

Sum cochleis habilis, sed nec minus utilis ovis.

De iisdem Plinius in lib. 28. cap. 2. *Ovorum calices cochlearumque... cochlearibus perforare.* Invenitur quoque ⲙⲓⲥⲑⲣⲓ et ⲙⲓⲥⲑⲏⲣ, الملعقة, *cochear* in Scala M. pag. 216. 130. Quam vocem, etiamsi Crozius inter aegyptias recenseat; ego illam potius ex graeco μυςρον, μυςριον, *cochleare*, vulgari sermone factam existimo.

ϭⲣⲏⲡⲓ, σκηπτρον, *sceptrum* Zach. x. 11. Habac. III. 9. Non differt a שרבים *virga*, *baculus*, dempta ultima littera. Cum hoc etiam convenit ϭⲉⲣⲱⲃ, ῥαβδος, *virga*, *baculus* theb. Apoc. XII. 5. Ps. II. 9. apud Tukium p. 210. Neque enim hoc est diversum a ϭⲣⲏⲡⲓ. Quoniam vero *B* et *M*, altera in alteram facile vertitur, Thebaei interdum ϭⲉⲣⲱⲙ pro ϭⲉⲣⲱⲃ, Basmyritae ϭⲁⲙ ⲣⲱⲙ ad Hebr. VIIII. 4. in chartis Borgian. ϯ ϭⲣⲏⲡⲓ item pro corona vel diademate usurpatum legitur in Scala Kirker. pag. 119. 122.

ϭⲣⲟ, *vincere*, *superare*, *fortiter agere*. Lege Crozium. Repetendum a שרה *principatum obtinere*, *vincere* Gen. XXXII. 28. ubi Graeci interpretes ενισχυζειν. Pro ϭⲣⲟ theb. ϫⲣⲟ. Etiam ϣⲣⲟ scriptum in *Encom.* Macrobii Pshaten. et cod. Borg.

ϭⲣⲟⲙⲡⲉϣⲁⲗ, τρυγων, *turtur* Luc. II. 24. Gen. XV. 9. ϣⲁⲗ est a צלצל, צלצלא *turtur* vel *agrestis columba* hebr. arab. chald. ϣⲁⲗ autem seorsim Copti non adhibent. Sed, quia turtur ad columbarum genus pertinet, iungere solent ϭⲣⲟⲙⲡⲓ. Itaque dicunt ϭⲣⲟⲙⲡϣⲁⲗ. Nisi forte additum ϭⲣⲟⲙⲡⲓ discriminis caussa. ϣⲁⲗ enim etiam myrrham significat. Nescio, an sit librarii mendum ϭⲣⲟⲙⲡϣⲁⲛ, quod habetur in elencho cod. Borg. pag. 646. Nam in caeteris locis ϭⲣⲟⲙϣⲁⲗ, uti Levit. I. 14. XII. 6. XIIII. 30. Psalm. LXXXIII. 4. &c. Nisi vero in Thebaide ϭⲣⲟⲙⲡϣⲁⲛ ob litterarum *L* et *N* facilem commutationem fuerit usurpatum.

Dixi de ϣⲁⲗ: de ϭⲣⲟⲙⲡⲓ autem, quae columba est, verbum non feci, quia vox unde venerit, me latet. Quis enim Crozio assentiatur, qui propterea, quod duodecies in anno pariant columbae in Aegypto, quemadmodum refert Aelianus *Var. Hist.* lib. 1. cap. 15. a ϭⲓ *γαμειν* et ⲣⲟⲙⲡⲓ *annus* nomen petit? Hoc enim, scilicet *annuatim uxorem ducere*, ab eo, quod ab Aeliano traditum est, quantum absit, nemo non videt.

ϭⲣⲟⲡ, *σκανδαλον*, *εγκοπη*, *προσκομμα*, *offensio*, *offendiculum* Exod. v. 7. I. ad Cor. VIIII. 12. ad Rom. VIIII. 32. ϯ ϭⲣⲟⲡ, *εγκοπην διδοναι*, *offendiculum ponere*, ϭⲓ ϭⲣⲟⲡ *in offensionem incurrere* loc. cit. ϭⲣⲟⲡ certe non aliud a חורב, חורבא, *σκανδαλον* chald. quippe חורב coptice sonat ϭⲟⲣⲃ, unde ϭⲣⲟⲃ, ϭⲣⲟⲡ. Vide v. ϭⲗⲏ. Pro ϭⲣⲟⲡ Thebaei ϫⲣⲟⲡ et ϫⲱⲣⲡ. Basmurica dialectus ϫⲗⲁⲡ I. ad Cor. VIIII. 12. apud Georgium. Mutari enim in ea solet *O* in *A*, et *R* in *L*.

ϭⲣⲟϩ, *ὑστερημα*, *ὑστερειν*; *inopia*, *defectus*, *deficere*, *indigere* II. ad Cor. VIII. 14. I. ad Cor. VIII. 8. Nihil haesitans refero ad צרוך, *inopia*, *defectus*, צרך *indigere* hebr. chald. Nam Caph in ϩ conversum frequentissime occurrit. De quo actum in v. ϩⲣⲱ. Hinc est ⲉⲣϭⲣⲟϩ, theb. ⲣϭⲣⲱⲱϩ, *indigere*. Habent Aegyptii et ϫⲟⲣϩ, *destitui*, *deficere* idem, ac ϭⲣⲟϩ.

ϭⲣⲱⲡ, *furnus* in vita Macarii Ab. et Senuthi ex cod. Borg. Sine dubio venit a שרף, *coquere*, *urere*, *comburere*. Locus sic se habet, ⲁϥⲟⲗϥ ⲁϥⲃⲉⲣⲃⲱⲣϥ ⲉϧⲣⲏⲓ ⲉⲡⲓϭⲣⲱⲡ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲓ ⲁⲙⲣⲉ. Eadem vox legitur in vita Dorothei.

ϭⲥ ⲡ, *κυριος*, *dominus*. Theb. dicitur ϫⲟⲉⲓⲥ. Quoniam ϭⲥ dictio est compendio scripta, multi legunt ϭⲟⲓⲥ, quod bene congruit cum ϫⲟⲉⲓⲥ. Crozius vero, quum ⲡϭⲥ hodie Copti enuncient *Ibscheus*, inde colligit, integram vocem esse ϭⲓⲟⲥ vel ⲡϭⲓⲱⲟⲥ. Quod rectum est. Sed *Ibscheus* factum a ⲡϭⲓⲟⲥ Arabum more, qui, quando voces duas habent consonas in principio, iis vocalem praeponunt. Porro ϭⲓⲟⲥ, cuius vis atque origo demonstranda, idem mihi videtur, ac *σιος*, quomodo ab antiquis Doribus vocatur, qui a Graecis vulgo dicitur *θεος*. Lacones *σιορ* pro *σιος*, teste Hesychio, soliti litteram *S* finalem in *R* transmutare: cuius rei habes exempla complura in comment. ad *Athenaeum* lib. 8. cap. 11. a Casaubono collecta. Ut omnia com-

plectar, Ζευς, Διυς, Deus, Θεος, σιος, aegypt. ϭιοc, vel ϭοιc unum et idem Domini ac Dei nomen esse mea opinio est.

Ϭωλκ, ϭολκ, εκτεινειν, διατεινειν, κατατοξευειν, *tendere*, *intendere*, *tela immittere*, *sagittis petere*. Habes apud Crozium. Item ϭιλκ Exod. xviiii. 13. ubi ϭιλκ cωϯεϥ, κατατοξευειν. Alias ϭολκ simpliciter, ut Psalm. x. 2. Non differt mea sententia ϭωλκ a שלח *mittere*, *immittere*, *tendere*, *intendere*, ח in κ, sive adspirata in tenuem conversa: unde שלח, سلح, سلاح *missile*, *telum*, *sagitta*, *mucro*. ϭωλκ ⲙ.ⲙ.ⲱⲟⲩ est *aquas mittere*, *immittere*, *inundare*, κατακλυζειν Psalm. lxxvii. 20. Quomodo Hebraei quoque שלח מים, *aquas immittens*, *aquis obruens* Iobi v. 10. Pro ϭωλκ, theb. ϫωλκ. Quod etiam memphit. est usurpatum, fere eodem sensu. Valet enim absolute κατακλυζειν, καταποντιζειν, κατακρημνιζειν. Quae leges apud Crozium.

Ϭωⲙ, κηπος, *hortus* Ioh. xviii. 1. Luc. xiii. 19. Deut. xi. 10. Isai. i. 29. Etiam ϣωⲙ Sc. El. pag. 364. Theb. ϭⲱⲙⲉ apud Tuk. pag. 371. Duci posset a حمى *custodire*, *protegere*, unde ϭⲙⲉ *custos* derivatum est. Similiter גן vel גנה *hortum* a גנן *protegere* denominant Hebraei. A ϭωⲙ atque ρηⲧ *plantare* compositum ϭωⲙρηⲧ in *Shenutho* ex cod. Borg.

Ϭωρεⲙ, διανευειν, εννευειν, *innuere* Psalm. xxxiiii. v. 29. Luc. cap. i. v. 23. Conferas velim cum רמז vel רזם *annuere*, *innuere*, *significare*. Nam ut Hebraei, et Chaldaei רזם *Razam*, *Rezam*; Syri, Chaldaei, Arabes κατα μεταθεσιν רמז *Ramaz*, *Remaz*, *Remas*: ita Aegyptii זרם forsan *Zaram*, *Saram*, quod est ipsum ϭωρεⲙ. Nam communis dialectus saepius *A* mutat in *O*. זרם theb. scriptum ϫωρⲙ.

Ϭωc, πηγνυσθαι, *compingi*, *construi*, *coacervari* Exod. xv. 8. επαγη, ωσει τειχος, τα ὑδατα. Item ϭηc, τυρωσθαι *coagulari*, *accumulari* Psalm. lxvii. ορη τετυρωμενα, *montes coagulati*. Num est a قس vel كس *Cos compegit*, *struxit*, *accumulavit*? Nam *C* in *S* et *S* in *C* saepe conversa novimus. Cuius rei sunt exempla quam plura, tum in aliis, tum maxime in v. Κιχορον.

Ϭωϥⲧ, ερϭωϥⲧ, θραυεσθαι, *frangi*, *debilitari*, *concuti* Deut. xx. 3. Non absimile videtur a חבט *concutere*, *quassare*, *deiicere*, *prosternere*, *conterere* syr. chald. Nam Chet, sicuti Scin, proferri saepius admonui; *B* autem et *Ph*, alteram pro altera sumi, non

ignotum. Idem est theb. ϭⲱⲧⲛ, ϭⲟⲧⲛ, *frangi*, *vinci*, *deiici*, *vincere*, *deiicere* in elencho codic. Borg. pag. 306. 460.

Ϭϣⲏⲣ *navigatio*, *navigare*, *iter facere* in vitis Patrum ex codic. Borgianis, et in *liturg. Cyril.* apud Crozium, ubi ⲁⲣⲓⲕⲁⲧⲁⲝⲓⲟⲛ ⲁⲣⲓϣⲫⲏⲣ ⲛϭϣⲏⲣ ⲛⲉⲙ ϣⲫⲏⲣ ⲙⲙⲟϣⲓ ⲛⲉⲙⲱⲟⲩ: quae sic interpretanda *navigationis et itineris eorum comes esse roga*. Graeca sic habent, συμπλοῦς καὶ συνόδοιπορος αὐτῶν γενέσθαι καταξίωσον. Crozius ϭϣⲏⲣ latine non vertit, verum id certe *navigationem* significat. Etenim ϣⲫⲏⲣ ⲛϭϣⲏⲣ graece συμπλοῦς, id est *navigationis comes*; quomodo ϣⲫⲏⲣ ⲙⲙⲟϣⲓ est συνόδοιπορος, hoc est *itineris comes*. Adde vocem الاقلاع, quae heic est in arabicis. Hoc enim *navigationem* interpretari oportet, ducto nomine ab اقلع *navigavit*. De ϭϣⲏⲣ unde sit, nihil dixi. Sed est סחר, *circuire*, *iter facere mercandi* ac *negotiandi gratia* hebr. quo illud fortasse pertinet. Unde pariter ϣϭⲏⲣ *merces*, de quo supra sermonem habui, duci posset. Hoc enim aeque ac ϭϣⲏⲣ, etiam *navigare*, *iter facere* valet in vitis Patrum.

Ϭϭⲟⲣ, الدخان, المعام, *fumus* Scal. M. pag. 264. In Hosea cap. 13. 3. scribitur ϭⲱⲣ ita, ⲣⲣⲱ ⲛϭⲱⲣ, *caminus fumi*, graece καπνοδόχη. Sed ϭϭⲟⲣ rectius scriptum existimo, quod vel est a ϭⲉⲣⲟ *accendere*, vel potius a שחור *Scechor*, *Schor*, *nigredo*, *nigrum*, שחר *nigrum esse* hebr. chald. syr. Nam et سخام, cui ϭϭⲟⲣ in Scala respondet, proprie *nigredo* est, et Chet per ϭ vel ϣ in tam multis vocibus huc usque expressam notavimus.

ϯ

Haec nota, syllaba est, ex binis litteris ⲧⲓ *constituta: ac similiter usurpata a Coptis, ut in veteribus epigrammatis aliquando cernimus adhibitam a Latinis ac Graecis.*

ϯⲕⲗⲯ, *κολαφιζειν* theb. Marci xiiii. 65. pag. 31. in codicibus Nanianis: quem librum Mingarellus non absolvit morte praereptus. ⲕⲗⲯ quidem *κολαφος* mihi videtur esse, demptis vocalibus, nempe *κλφς*. Unde ϯⲕⲗⲯ, *colaphum dare*: memph. ϯⲕⲉϩ. Idem verbum ϯⲕⲗⲯ habes Matth. xxvi. 67. apud Tukium pag. 374.

ϯⲗⲁⲕⲥⲓ, *calce petere*. Est in vita Simeonis, in cod. Borgianis. Compositum vides verbum a ϯ, et ⲗⲁⲕⲥⲓ, quod sane a *λαξ calce*, seu *λαξαι calcitrare* apud Lycophronem non differt. Utrum Graeci Aegyptiis dederint, an acceperint, me latet. Etymon certe, quod ex eorum sermone petitur, *λαξ* dici a *ληξω* futuro, quia calx est *ληγον μερος του ποδος*, uti docet Eustathius, nemini cordato ac solerti satisfacere potest.

ϯⲙⲁϯ, *ευδοκειν*, *ευδοκια*, *bene velle*, *bona voluntas*, *occurrere*, *accedere*, *consequi*. Lege Crozium. Ⲙⲁϯ simile omnino τῳ מטא, מטה, מטי, *pervenire*, *pertingere*, *accedere*, *advenire* chald. syr. מטו *venia*, *misericordia*, *propensio animi*.

ϯⲙⲓ ⲡⲓ, *κωμη*, *vicus*, *castellum*, *pagus* Matth. viiii. 35. x. 11. Factum credo a *δημος*, cuius eadem apud Graecos potestas est. Inde Copti ϯⲙⲓ, vel ⲧⲏⲙⲓ, quod in hist. Arii martyris frequenter legitur. Eadem ratione ex graeco *δημοσια publice*, faciunt scribuntque ϯⲙⲟⲥⲓⲁ, ut in Scal. El. pag. 289. Nam *D* in *T* mutare assolent.

ϯⲛⲟⲩ, *νυν*, *nunc*, theb. ⲧⲉⲛⲟⲩ. Item ϯⲟⲩⲛⲟⲩ, الآن, *nunc* Scal. M. pag. 62. ⲛⲟⲩ *Nu* et ⲟⲩⲛⲟⲩ *Unu* eadem fere, atque נא et אנא *nunc* apud Orientales. Neque discrepant ab ⲟⲩⲛⲟⲩ *hora*, *tempus*, de quo supra sermo habitus.

ϯⲧⲱⲛ, *στασις*, *rebellio*, ⲛⲓ ϯⲧⲱⲛ plur. in *Encom.* Pisentii ex cod. Borg. Fit, opinor, ϯⲧⲱⲛ a ⲧⲱⲛ *insurgere*, et ϯ

verbo activo, quod etiam *pugnam* per sese significat. Item ⲧⲱⲛϯ *pugnare* seu *ad pugnam insurgere* in vita Theodori. Ibidem ⲣⲉϥϯⲛⲧⲱⲛ. Etiam ⲧⲓⲧⲱⲛ scriptum aliquando in actis Pisurae martyris.

ϯϭⲓ, θηλαζειν, *lactare* Exod. II. 7. Matth. XXIIII. 19. ϯϭⲓ ad verbum *mammam praebere*, ut est ⲟⲩⲉⲙϭⲓ *mammam sugere*, quia ϭⲓ *uber*, *mamma*. Quaere v. Ⲟⲩⲉⲙϭⲓ.

Ψ

Ψιαθος, ψιεθος, ψιαθιον, *teges*, *storea*, *matta*, ex scirpo, iunco, papyro, aut simili materia contexta. In glossis, Ψιαθος, *teges*, *terratoria*, *matta*. Dicitur *terratoria*, quod in terra sterneretur. Quare Hesychius, ψιαθος· χαμευνη. Philo, στιβαδες χαμαιστρωτοι lib. *de vita contempl.* ubi eos, quales ab veteribus ascetis usurpabantur, plane describit: στιβαδες, inquit, εισι ακαιοτερας ὑλης, αφ' ὡν ευτελη πανυ χαμαιστρωτα παπυρυ εγχωριυ, μικρον ὑπερεχοντα κατα τυς αγκωνας, ινα επερειδοιντο. Vocabulum ab Aegyptiis inventum equidem non dubito, idque ita scriptum opinor, ⲡϣⲓⲁⲓⲑⲟⲙ, aut ⲡϣⲓⲏⲑⲟⲙ, id est *plecta* vel *matta longior*: quippe ϣⲓⲁⲓ et ϣⲓⲏ *longus*, *protensus*, ⲑⲟⲙ. *storea*, *matta*, *stratum*. Huiusmodi autem esse debebant, quae hnmi expandebantur, et in quibus maxime veteres monachi, et qui durius vitam exercebant, somnum capientes artus distendebant. ⲑⲟⲙ porro *storea*, *teges* saepissime occurrit in cod. Borgianis.

Ψιμιθος, ψιμιθος, ψιμμυθος, *cerussa*. Aegyptiis vocibus adnumero. Nam quod aliqui putant a ψιω *attenuo* derivatum, id cerussae naturam, qualis est, omnino non exprimit; quae fit *plumbi ramentis tenuissimis*, *super vas aceti asperrimi impositis*, *atque ita distillantibus*, ut ait Plinius lib. 34. cap. 18. Scriptura videtur huiusmodi ⲡϣⲏⲙⲧⲁⲧϩ, quod est ad litteram *minutum plumbum* vel *plumbi minutiae*. A ⲡϣⲏⲙⲧⲁⲧϩ *Psemtath*, *Psimtath*, Graeci ψιμυθος.

SUMMA VERBORUM SELECTORUM

IN QUA MAXIME ANIMALIUM AC PLANTARUM, TUM ETIAM SIDERUM, URBIUM, LOCORUM, DEORUM, HOMINUM, RERUMQUE AD HOS PERTINENTIUM, CIBORUM, VESTIUM, INSTRUMENTORUM ETC. VOCABULA EXHIBENTUR; NONNULLIS, QUAE CRITICEN VEL ERUDITIONEM SPECTANT, INTERSPERSIS.

Abageini vitrum. Vox a Persis accepta, qui eandem habent *Abgine*, notans aliquid *aquei coloris*. pag. 1.

Abok corvus: a *Nabo* syr. et arab. petitum. Nomen corvis a croeitando inditum. 1.

אברך *Avrec*. Vox praeconis Iosephi currum praeeuntis Gen. xxxxi. 43. Fortasse est ⲁⲡⲣⲉⲕ *Aprek* Aegyptiis; quo *inclinatio capitis*, id est honos Josepho tribuendus, significata est. 1.

Adipson apud Plinium: *Tertium a Gerrho est iter, quod Adipson vocant, asperum montibus et inops aquarum*. Non est ex graeco ἀδιψον, uti hactenus creditum, quum iter sit *inops aquarum*, sed ex ⲁⲧⲡⲥⲱ *Atepso vel Adepso*, quod aegypt. exprimit *absque potu*, ανυδρον. Antiphrasis, ad quam confugit Harduinus in tradendis vocum originibus non adhibenda. 1. 2.

Akori aspis. Perinde dicitur, ac *mortem faciens*. Siquidem vulnus aspidis immedicabile putabatur. Eadem fere notatio vocis convenit in θερμυθι, genus aspidis in Aegypto ab Aeliano commemoratum. Alia vocis interpretatio subiecta: unde fabula, quae ab Aeliano traditur, eam malos tantum perimere, non autem bonos, facile conficta. 2. *Ago* vipera eodem pertinet. Quae pariter ab exitio vel morte inferenda denominata est. 29.

Alachroes. Ita Lotophagi Plinii testimonio appellati. Nomen expenditur, idque dulcem seu delectabilem cibum, cuiusmodi erat loti sapor, significare demonstratur. Harduini explicatio ex lingua graeca, id est *marini coloris viri*, nulla ratione fulta. 3.

אלגביש *grando*. Nomen videri ab Aegyptiis sumptum; idque esse ⲁⲗⲁⲕⲁϥ, id est *lapillus glacie concretus*. *Alemphe* etiam grando est aegypt. cuius vis *calculi caelestes*. Arabis scriptoris locus emendatus. Tukius castigatus. 4. 5.

Αλλελω solanum hortense sive strychnos in append. Dioscoridis. A virtute, quam tribuunt medici, ad herpetas sanandos denominatum. *Al* enim herpes, *El* tollere Aegyptiis. Unde *Alel*. 4.

Αμβρης, cognomen libri, quo utebantur ἱερογραμματεις in Aegypto, teste Horo Apolline, ex lingua coptica explicatum. 6.

Amenti infernus. Declaratur Plutarchi locus. Etymologia vocis, quae ab eo traditur, reiecta. Unde nomen sit, indicatum. *Ement* occidens eodem pertinere. Graves Wilkinsii errores notati. 7.

Ames incus: a *Mes*, id est a pulsando nomen traxit, quemadmodum apud Hebraeos, Latinos ac Graecos. 8.

Amisi anethum. Sumptum ex arabica lingua: itaque dici ob acrem saporem, scilicet a حمز *Hamasa*; unde et eruca, pariter ob acrem gustum, denominata est. Alterum anethi cognomen αραχυ in appendice Dioscoridis propter odoris praestantiam inditum. Est enim ab أرج *Arego* suaveolens arab. 8.

Amu veni. Alucinatio Kirkeri. Αμουν vocem esse vocantis, testatum ab Hecataeo Abderita. Non inde Iovis Hammonis etymon. Iablonskius refutatus. Quare *Hammon* Iupiter dictus. 9.

Anamei, gemma, margarita. Constituta vox ex *oni mei*, id est *lapis carus*; sicuti eadem λιθος τιμιος vocatur a Graecis. Kirkerus correctus. pag. 10.

Anapai gallina. A pulcro capite nomen habet. Elegans Plinii locus. Eadem *Erse* et *Ergio* dicitur

voce sumpta ab Arabibus. Crozius reprehensus. 10.

Anese artemisia. Nomen ab Apuleio proditum. A pulcritudine appellatam videri. Est enim planta insignis, ramis ac foliis laetioribus. Eadem *herba regia* et *herbarum mater* vocata a Latinis. 11.

Auzeb schola. Dicta ab אסף *Asap* vel *Assep*, ex quo *Ansep*, quod est congregare in Oriente: ubi et *Asepha* coetus, congregatio. Inde בעלי אספות *scholarum magistri* Eccles. XII. 11. pag. 11.

Anthous stellio. Est, tamquam *Anathoi*, nempe *pulcris maculis distinctus*, seu qualis ab Ovidio describitur, *variis stellatus corpora guttis*. Inde nomen Antaeopolis in Aegypto, quae *Antheu* dicitur in Itin. Antonini. Quare in urbis nummo. palliatus vir, dextra manu hastam, sinistra lacertam tenens exhibetur. pag. 11.

Ανθραξ ακες carbo. Nomen ab Aegyptiis acceptum, scriptumque ⲉⲛⲑⲣⲁⲕϩⲓ vel ⲁⲛⲑⲣⲁⲕϩⲓ *Anthrakhi*, quasi *incendium afferens*. *Gebs* carbo nomen generis: *Anthrakhi* prunam proprie significans in Aegypto. 11. 12.

Anoni σπαθαλφν. Idem ac *anai oneh*, id est *pulcre vivere*, scilicet iucunde. 11.

Ανυσι salvia in append. Dioscor. et in Apuleio. Ab eo, quod sanitatem afferat, nuncupata. Ob eandem caussam *salvia* a Latinis dicta. 12.

Ανυφι, gramen. Propterea, quia potestate sistendi sanguinis praeditum sit, nomen consequutum. Ideo *sanguinalis* herba vocatur perinde, ut polygonus, cui semine persimilem esse, a Plinio observatum. 12.

Ανωνιμ, oreoselinum vel petroselinum. Notatio vocis *apium in petris nascens*, quae *petroselini* vis est. Vocem decurtatam ac de graeco expressam videri. 13.

Απιμφι cicuta. Ratio cognominis ex lingua aegyptia, quod capitis vertiginem pariat, ac mentem de statu dimoveat. Haec cicutae vis a Scribonio Largo, Galeno, Nicandro litteris commendata. 14.

Apis bos sacer. Fortasse Aegyptiis *Apeh*. Cuius vocis significatio explanatur: eaque suadetur Luciani loco. Etymon a Iablonskio propositum improbatur. 15.

Αψαφιμ, spondylium plantae genus in append. Dioscor. Infusum capiti ex oleo valere adversus insaniam, phrenesim, lethargum et alia capitis vitia. Usus hic spondylii infundendi aegyptia voce demonstratus. 15.

عريس, *Arisch*, Rhinocolura, urbs in finibus Aegypti. Vocem non arabicam, sed aegyptiacam esse: cuius ratio explicatur, atque idem signare, quod Rhinocolura apud Graecos, ostenditur. Origo nominis ab Arabe Ibnaucele tradita, tum alia a Reischio proposita reiicitur. Cur civitas ab Aegyptiis *Gariscia*, a Graec- Rhinocolura appellata sit. 16. 17.

Αρκευθος, iuniperus. Nomen Graeci ab Aegyptiis mutuati. Id ab umbra multa, quam facit, attributum, scriptumque *Erchebtho*. Alia Iuniperi appellatio in appendice Dioscoridis, id est Αιβιμ, ab eo, quod insaniae remedium afferat, ducta. 17. 18.

Arovi, *Rovi*, stipulae, avenae, tribuli. Vel a חרבה *Harava* id est a siccitate, vel a רבה *Rava*, quod est valde crescere, nomen adepta. De quo Virgilius.... *subit aspera silva - Lappaeque, tribulique, interque nitentia culta - Infelix lolium et steriles dominantur avenae*. 18.

Αρταβη, aegypt. ⲉⲣⲧⲱⲃ, arab. *Alerdab*, syr. *Ataubo*, aegyptiacae

mensurae genus. Significatio vocis ex lingua coptica in aperto ponitur. pag. 53.

Ασολοηρι vel Ασιαληρι halimus, fruticis genus in append. Dioscoridis. Ob eam caussam, quod in sepibus crescat, nomine donatum. Idem frutex Ασοντηρι, quia in spinis provenit, dictus. 19.

Asmi, ital. *Gelsomino*. Vox est arabica vel persica ياسمين *Iasmin*. Ιασμινον unguentum non ab ιον viola, uti docet Aetius, sed ab *Iasmin* vocatum. Hoc autem, ut vulgo putant, sesamon non est, quod nomen Graeci ab Oriente acceperunt. 19.

اسنا *Asna* vel *Esne*, urbs in Thebaide, graece Latopolis. Aegyptios hortorum gratia, quos habet, cognomen dedisse. *Sne* enim *horti* sunt aegypt. unde Arabes *Esne*. Urbem hortis insignem esse ex Edrisio ab Abulfeda proditum. Africanus Leo, *Asnam* pro *Syene* accipiens, castigatus. Non mutatum, ut is docet, ab Arabibus aegyptium nomen; sed idem linguae suae consuetudine expressum. Etiam ratio mutati vocabuli ab eodem conficta. 20.

Asuli locusta. Venit a חסיל *Hasil* locusta, bruchus hebr. Quod nomen iis ab absumendo inditum. 20.

Asout plantago et ασουθ in append. Dioscor. et in Apuleio. Ab *Esou* ovis, quasi *ovina*, dicitur: uti eadem προβατειον, et αρνειον sive αρνογλωσσος vocatur a Graecis. 21.

Ατταχης, *locusta* apud septuaginta interpretes. Vocabulum non e graeca, sed ex aegyptia lingua ductum; scriptumque *optake* sive *aptake*, id est *exitium afferens*. Eadem vis hebraeae vocis סלעם, quam exprimit graeca. Locustas segetes absumere non ignotum. Ατταχης ab αττειν *saltare* frustra petunt grammatici. 22.

Αυαρεις, domus vel oppida in vasta solitudine. Veterum testimonia de iis. Ratio nominis exposita. Quae a Crozio ac Wilkinsio profertur, rejecta. 23.

Αφλοφι linozostis, seu mercurialis in append. Dioscor. et in Apuleio. Ab eo, quod carnem hebetem ac sensus expertem facere putaretur, denominata. *Af* enim caro aegypt. *Lof* infatuare est. 24.

אחו, graece αχι vel αχει Gen. XXXXI. 2. *Ab Aegyptiis hoc nomine omne, quod in palude virens nascitur, appellari*, scriptum a Hieronymo lib. 7. in Isai. Quod antiquorum interpretum testimonio comprobatur. Idem *Ake* theb. Αχι tamen Isai. XVIIII. 7. addititium videri. Quod αχι Aegyptiis, ubi visae per somnium a Pharaone boves, idem סוף Hebraeis, in quo Moyses infans a matre depositus traditur Exod. II. 3. Inde Ioachimi nomen eidem Moysi tributum, denotans, sive *ex Achi genitum*, sive *salvatum ex Achi*; sicuti *Moyses*, *servatum ex aquis* sonat. Clementis Alexandr. *Ioachim* hebraeum cognomen putantis falsa opinio. Ab ⲁϫⲓ et ⲓⲁⲣⲟ factum *Acheron* a Graecis, id est *iuncosum flumen*. 24. 25. 128.

Asc, *Osc*, πολυς, multus. Inde nomen Osiridis petitum a nonnullis, quasi πολυοφθαλμος, notante Plutarcho, ὡς τȣ μεν Ος το πολυ, τȣ δε Ιρι τον οφθαλμον αιγυπτια γλωσσῃ φραζοντος. Quo sensu Ⲟⲩϣⲓⲟⲣϩ scriptum videri. *Os* quippe multus; *Iorh* pupilla, oculus. Plutarchi sententia a Iablonskio corrupta. 25.

Asceben, sapiens, magus. *Ascemen* legendum. Significatio vocis explanata. Inde השמנים *Hascemanim*. Psalm. LXVIII. 32. ubi hic sensus, *Venient magi ex Aegypto*, non πρεσβεις *legati*, aut *magnates*, ut interpretari solent. 25. 26.

Asinsthoi mentha : proprie significans herbam *valde odoratam*. ⲁϣⲓⲛⲥⲑⲟⲓ scribendum potius, quam ⲁϭⲓⲛⲥⲑⲟⲓ. Etiam a Graecis atque Arabibus ab odoris suavitate nuncupatam. *Mentha* pariter ob odorem dicta vocabulo ab Aegyptiis invento, non a Graecis. 26. 113.

Ascira, chamaeleon animal. Nomen est ab Arabibus assumptum, cuius potestas notatur. 27.

Af nebio apis, ad verbum *musca mellis*. *Af embiu* vespa, origine fortasse non differens. Vespas enim quoque mel facere observatum. Multo verius ab *Embon* ira fuisse dictas. Ab אפף *Afaf* circumrotari, muscae *Af* nomen adeptae. Apis latine ab *Af* aegyptiace. 27. 28.

Afleli, lacerta. Ad litteram valet, *muscas captans*. Quod eius ingenio belle quadrat. Locus ex Augustino depromptus. 28.

Achom, aquila. Idem est nomen apud Arabes. Proprie μελαναιετος. Namque ab אכם *nigrescere* factum pag. 28.

Babe, *Baberome*, vanus, futilis, loquax. Fere idem βαβαξ Graecis, et *Babulus*, *Baba* Latinis. Eodem βαβια infantes pueri, et βαβαζειν, quod est το μη διηρθρωμενα λεγειν, pertinere. Dictum *Babe* per onomatopoeian videtur. 30.

Βαβιβυρυ, pastinaca herba in append. Dioscor. graece ςαφυλινος. Similitudo cum bryonia aegyptio vocabulo significata. Nam *Bebire* bryoniam videri; unde *Pabebire*, bryoniae similis. Eadem ratio graeci nominis ςαφυλινος, quod απο τυ ςαφυλυ, quae est bryonia, deflexum. pag. 30.

Bai et *Bahe*, ramus palmae. Hinc βαϊν et βαϊνην Graeci: unde ἡ βαϊοφορος, seu των βαϊων ἡ ἑορτη, *festum palmarum*. Aegyptiacum nomen a Cheraemone Alexandrino proditum, cujus insignem locum affert Porphyrius. *Bai* est etiam βραβειον Coptis peraeque ac Graecis. 30. 31.

Βαϊηθ, accipiter. Etymologia vocis, ab Horo Apolline prolata, declaratur. Eadem respuitur. Tum vera subiicitur ex hebraeis derivata fontibus. 31. 32.

Balku urceus, hydria. Hinc βαυκαλις seu βαυκαλιον enatum putandum, alexandrinam vel aegyptiam vocem auctore Philostorgio et Cassiano. Baucalion esse αγγος οςρακινον, id est *fictile vas*, ab iisdem notatum. Nomen βαυκαλεως loci cuiusdam prope Alexandriam, a figlinis inditum. A βαυκαλις, *boccale*, *bocal* apud Italos, Gallos, Hispanos, Arabes. Conveniens cum his origo τυ *Balku*. Quod a *Belg*, οςρακον, testa aegypt. petitum, quasi οςρακινον αγγος, quae ipsa Baucaleos significatio est. 32.

بامية *Bamia*, planta in Aegypto apud Alpinum. Vocem copticam esse, non arabicam: itaque dici, tamquam *Vami*, vesca. Namque eius fructus *ad cibos in usu exsistunt, ex iisque fercula parant, frequentissimeque his ferculis vescuntur*, eodem Alpino teste. 33.

Bareit hircus : a ברחא *Bareha* declinatum. A quo αριχα Graeci et βαριχοι. 33.

Bari navicula Aegyptiis. Auctor Herodotus, Aeschylus, Propertius, alii. Non ab Ionibus accepta vox, nec a *Bari* urbe Persidis; verum ab עברה *Abarah*, quae *navis transitoria* est in Oriente, deflexa. Nomen praecipue datum cymbae, qua mortuorum corpora Acherusiam paludem transmittebant. Alias βαρεις in Palaestina vocari magnificas aedes, de quo plura. 33. 34.

Bascior aut *Bassor* vulpes; grae-

ce Βασσαρα. Vocabulum commune Aegyptiis, Graecis, Lybibus, Cyrenaeis utrum sit a בצר *Batsar* vel *Bassar*, *vindemiare*, inquiri posse; a quo *Bassarei* nomen Baccho tributum. Vulpes uvarum esse avidissimas, ac vineas depasci vulgatum est. 35.

Basus ruta. Appellatio a Syris petita, qui eam ܒܣܐ, Βησσα vel *Bessa* dicunt, auctore Dioscoride, Apuleio et Paullo Aegineta. حرمل *Harmal*, alterum rutae silvestris nomen in Syria receptum, quod Dioscorides ac Galenus ἁρμαλα, Apuleius *Armola*. Idem χερμα apud Afros. *Armala* sive *Armola* quid valeat, quaesitum. Esse id ορεινον μωλυ, seu montanam rutam, quod auctoritate veterum approbatur. Vocem a Syris traditam Arabes celebrasse. Etymon τε *Moly*, ac τε *Emtotf*, quod est antiquum rutae vocabulum in Aegypto. 36. 37. 125. 126.

בהמות *Behemoth*, Hippopotamus. Aegyptium nomen a Iobo usurpatum: idque huiusmodi esse, ⲡⲉϩⲉⲙⲱⲟⲩⲧ *Pehemout*, quod latine redditum, est *bos aquatilis*. Hippopotamus partim equo, sed plurimum bovi assimilis. 39.

بهنسا *Behensa*, Oxyrynchus, urbs Aegypti, a pisce cognomine, quem colit, appellata. Nomen haud esse arabicum, sed ab Aegyptiis inventum, ⲃⲉϩⲓⲛϣⲁ *Behinsa*, a narium vel rostri acumine pisci impositum. Inde οξυρυγχον Graeci, *nez pointu* Galli. 39.

Begi locusta: forsan a جابى *Gabi*, item locusta arab. Hoc autem a *Gaba*, id est *e terra emergere*, quod de locustis antiqui referunt, derivatum. 39.

Βοχις, urbs Alexandriae proxima, quae a Ptolemaeo *Metelis* vocatur. Conjectura de ejus appellatione proponitur. Metelitas accipitrem venerari. Quod eorum nummi demonstrant. 39. 40.

Beg accipiter. Repetendum a باز *Baz* accipiter arab. Inde enim *Bag*, *Beg*. Quod nomen accipitres a praedando ac rapiendo sortiti. 40.

Boisci vulpes. Factum Macarii Aegyptii. Vulpem parere informes fetus. Cognomen simile apud Syros. Arabibus quoque το بشع *Basciu* graveolentem notat ac mali saporis, tum etiam malum ingenio ac moribus. Quae omnia vulpis propria sunt. *Bascior* item *vulpes*, an veniat ab eodem fonte, quaerendum. 40.

Βερβερος fimus: probabiliter a *Borber*, quod aegypt. est eiicere, ductum: quomodo βολιτον fimetum a βαλλω fecerunt Graeci, et *Sat* stercus a *sat* proiicere appellatum a Coptis. 41.

Βρεχυ lupinus sativus aegypt. in append. Dioscor. Dictus a ⲣⲉϧ abluere, purgare; unde ⲡⲣⲉϧ, ⲃⲣⲉϧ *Brech*. Hic enim aqua macerari ac purgari solet, quo edi possit. Idem videtur το αραξ, αιγυπτιον σπεριον in in lexico Nicomedis apud Cangium. A ⲃⲣⲉϧ forsitan βρεχειν ortum. Nulla enim verbi probabilis origo est in Graecis 41.

بشنس, mensis aegyptiaci cognomen, quod Graeci παχων. Perperam id a Scaligero ductum a genitivo graeco παχωνος; itaque lectum *Paschunos*. Arabicum vocabulum non ex graeco, sed ex aegyptio ⲡⲁϣⲟⲛⲥ expressum. 120.

Demenhur urbs Aegypti. Non est Hermopolis parva, uti visum Vanslebio, Sicardo, Anvillio, nec Menelaus, uti Michaelio: sed certe ⲡϯⲙⲉⲛϩⲱⲣ, sive *Hori oppidum*. In itinerario Antonini *Hieropolis* ex

Horopoli factum facile. Parva Hermopolis ad flumen sita, non ad canalem e fluvio ductum, ubi posita *Demenhur*. Strabonis locus ab Anvillio male acceptus. Notabiles Crozii errores emendati. Additum de ⲣⲁⲕⲟϯ, quae urbs nunc vulgo *Rossetto*, olim canopus vocata. A ⲣⲁⲕⲟϯ, id est χαίρειν, seu a voluptate ac deliciis nomen tributum. pag. 43. 44.

Elko caprificus. Nomen ab *olk* sive *elko* ficuum: quia fici huius generis trahendo ac vellicando maturescunt. Testis Hesychius, Dioscorides, Hieronymus. Locus Aegyptii scriptoris de culicibus, quae ficis innascuntur, iisque disruptis avolant, a Mingarello non omnino intellectus, a Georgio pessime habitus. pag. 45. 46.

Elksai irridere. Verbi vis est *nasum contrahere*, Tertulliano usurpatum. Idem est *corrugare nasum*; unde *rugosa sanna* apud Persium. pag. 47.

Elgiob ardea, non *noctua*, uti Kirkerus. Fortasse nomen sortita ab ingenti clamore ac veluti mugitu, ea maxime, quam *Butaurum* vocant: nempe a *lagiab* strepere arab. Sed melius ex lingua coptica *Elgiob*, quasi *Ergiob*, est *avis misera*; quomodo a Plinio dicitur *ardea tristis*, et ab Arabibus *Malic Alchazin*, *potator tristis*: unde etiam David gemitus suos ardeae gemitibus comparat psalm. 105. *Elgiob* in Zacharia non est upupa, sed ardea 46. 47.

Εμβριμιν, *embrimium* pulvillus in vitis Patrum. Non id e graeca lingua, unde Casaubonus ac Cotelerius derivant, sed ex aegyptia deflexum: nempe ab *Emrom* sive *Embrom* pulvinus. Itaque pro *Emrom* in copticis, εμβριμιον legimus in graecis. Locus ex codice Borgiano male ab Georgio lectus ac expositus. *Emrom* ex lingua aegyptia explicatum: nempe aliquid, maxime usum praestans ad somnum capiendum. 47. 48.

Εμβροει lactuca sativa in append. Dioscoridis. Sensus vocabuli *vigilias arcens*; quia vim soporiferam in lactucis medici omnes agnoscunt. Antiphrasis, quam vocant, inepta ad veras vocum origines stabiliendas. pag. 48.

Emptone narcissus in Apuleio. Facile ab *Entompt*, quod est *stuporem inducere* in Aegypto: sicuti Graecis a *narce narcissus* dicitur, testante Plinio, Clemente Alex. Plutarcho, propterea, quod ob gravitatem odoris stuporem nervis ac capiti gravedinem affert. 49.

En simia, a verbo *Ini* vel *En*, assimilare, imitari, cognominata. 49.

Ενεος, εννεος, perculsus, attonitus, stupens. Etiam latine *eneus* in vitis Patrum. Vocis potestas ac significatio ex aegyptio sermone petitur. 49.

Enrasu abrotanum. Interpretandum *somnia adducens*, idque de Veneris insomniis accipiendum. Quae abrotano vis inesse creditur. Testis Plinius, Aemilius Macer. Portulacae ac mentastri facultas contraria. *Rasui* et *Rasu* aegypt. somnium est, *En* adducere. 50.

Erbarsin, ital. *calfattare*. Coniunctum ex *Bari* navis et *Sini* visitare ad ferruminandum, praefixo *Er* verbo activo. *Calfattare* autem habent Europaei ab arabibus. 51.

Erbin, biblus, iuncus, papyrus. Est ab *Erbi* palus, quod hujusmodi arbusculae in palustribus gignantur. Simile nomen apud Syros. Est etiam *Pterbein* βετομος, Iobi 40. 21. idem ac *Pterbin* seu *Paterbin*, id est *planta palustris*. 51.

Erbisi cannabis: quasi aquas stagnantes ebibens, vocata; quemadmodum גמא iuncus, quod is aquas ebibat sorbeatque, a verbo גמא *exsorbere* ducunt Hebraei doctores. 51.

Ερεθμυ, erysimon, herba medicinalis in append. Dioscoridis. Copt. ⲉⲣⲧⲙⲟ *Eretmo*, ex eo cognominatum, quia speciali attenuandi ac calefaciendi virtute polleat, quod omnes herbarii testantur. *Tmo* enim in Aegypto λεπτυνειν signat, tum etiam κατακαιειν. Ab *Eretmo* ερυσιμον Graeci. 51. 52.

Ερικεπαιος, Deus in orphica theologia apud Malelam et Damascium. Quum plura in hac theologia vocabula ex Aegypto arcessita sint, tale videtur ερικεπαιος, scilicet *Erkepahi*, significans *alteram* seu *novam vitam tribuens*. Sane apposite: quia ζωοδοτηρ Ericepaeus vocatus apud Malelam eundem. 52.

Erman aut *Herman* malum punicum. Idem רמן *Remmon* hebr. Cui simile habent caeteri Orientales. 52.

Ερξων, bunion frutex in append. Dioscoridis. Nomen datum ab altitudine. Ερξων enim, copt. ⲉⲣϣⲱⲓ, notat *procerum esse*, vel *in altum crescere*. Unde etiam Graeci βυνιον vocavere. 52. 53.

Ερυθρος ruber. Originem nominis ex Aegypto repetendam esse, nempe ab ⲉⲣⲑⲣⲱϣ *Erthros*, quod est rubere apud Coptos. Ludunt grammatici, quando ερυθρος ab ερευθος derivant. 68. Etiam πραΰς vel πραος *mansuetus* ab Aegyptiis acceptum. Est enim *Ravs*, seu *Pravs* articulo praefixo. 172. Alias ψελλιον armilla, factum a ⲡⲗⲏⲗ, pariter armilla in Aegypto: quemadmodum ψαλις a ⲡϭⲗⲏ seu ⲡϭⲗⲱ fortasse forficem denotante. 102. 329.

Ερυσιβη rubigo. Non graeca, uti creditur, sed aegyptia vox est, scilicet *Erseibi*, denotans *rubiginem trahere*, quum *Seibi* sit rubigo aegypt. Hoc autem a שובא *uredo* apud Syros seu شوب apud Arabes, quae ipsa a שב *arsit*, *inflammavit* derivata sunt. Kirkerus emendatus. pag. 54. 266.

Eroti lac: veluti pinguem faciens, est appellatum. *Er* enim facere, *ot* pinguedo apud Coptos. Non aliter Hebraeis חלב *lac*, idem est etiam *pinguedo*. 54.

Ersis cicer, a frangendo dicitur. Hoc enim ad pulmenta frangere in usu erat. Ab *Ersis* autem facile natum *Siser*, quod Κικερ Graeci. Namque his usitatum nomen testatur in *originibus* Isidorus. A Graecis acceperunt Latini. Martinius ac Vossius, qui cicer a κικυς, graece robur, derivant, refutati. 54.

Ergio, *Erg*, aut *Ersc* gallina. Certe a خرز nomen ac significationem traxit: qua voce avis super alas garriens, id quod gallinacei generis maxime proprium est, cognominata ab Arabibus. 55.

Ersimou urina. Res dici explicatius non potuit. *Er* enim facere, *Si* accipere, *Mou* aqua. Unde vocabuli sensus, *facere* vel *edere aquam acceptam*. 55.

Ερυσιμον herba. Nam est etiam *erysimon* in classe frugum. Nomen Aegypto oriundum, idemque atque ερεθμυ in append. Dioscoridis: itaque ab attenuandi ac calefaciendi potestate nuncupatum. Ερυσιμον non apte ex graeca lingua petitum a grammaticis. 51. 52.

Etesci grus. Ob clamorem nomen adsequuta. Clangor ac strepitus gruum olim in proverbio. *Tichi* etiam, alterum gruis vocabulum, ob

eandem caussam impositum. Sed hoc ab arabica, illud a coptica radice natum. 56.

Ζιθος, ζυθος, potus ex hordeo in Aegypto usitatus. Utique nomen conveniens rei. Nam *Seiot* aegypt. hoc ipsum significat. *Se* potus, *Iot* hordeum. *Seiot* graece declinatum fit *Setos*, *Seitos*, vel ζιθος, ζυθος. *S* cum *Z* commutare, maxime in vocibus peregrinis, in more positum. pag. 59.

Ημηφ, Deus in Hermetica theologia apud Iamblichum *de myst. Aegypt.* Deum videri a Platonicis Alexandrinis confictum. Vocabuli vis *cognoscens se ipsum*: rursus *agnosce ipsum*. Qui sensus in Deum ἑαυτον νοουντα, και τας νοησεις εις ἑαυτον επιστρεφοντα, uti a Iamblicho describitur, apte congruit. Ημηφ non esse *Knef*. Iablonskii opinio reiecta. pag. 59. 60.

Ημιτυβιον vestis linea, ab Aegyptiis usurpata. Significatio vocis editur, scilicet *linteum mundum*. Imperite a grammaticis Ημιτυβιον, tamquam ἡμιτριβες, acceptum. Ημιτυμβιον idem esse, atque ημιτυβιον ostenditur. Illud esse μικρον ταφον, perridicule scriptum a Suida. Cur linteum seu linum *mundum* dixerint Aegyptii, ex Apuleio demonstratum. 60.

Erp sive *Erep* vinum. Aegyptiacum nomen a Lycophrone, Eustathio ac Tzeze litteris traditum. Hinc *Saverp* οινοποτης. Τῳ *Erep* simile habent vocabulum Arabes ac Persae; quod a شرب, thalm. שרף, potare, sorbere derivatum. 61.

Egi porrum. A verbo حز *Hazza*, copt. *Haggia* secare, cognominatum, quasi *sectile* olus; ut idem *sectivum* ac *sectile* dicitur a Latinis. Similiter חציר gramen, herba a *Hazza* seu *Hazaz* ductum, quia saepius demetitur in pabulum iumentorum. pag. 61.

Thaemnn cuminum silvestre. Corrupte dici pro *Cemon*, quod in toto Oriente et in Graecia usitatum est. 62.

Thapen seu *Tapen* cuminum. Ita ab Aegyptiis vocatum, quasi *cornua emittens*. Nam est cumini genus huiusmodi, de quo Dioscorides, αφιησι κερατια μετεωρα. *Tap* cornu, *En* proferre aegypt. 62.

Tharapisa pubes in Scal. M. Scriptum ab Aegyptiis ϑαρεϩβηϣ *Tharehbes* seu *Tharehbis*, id est *custodia* vel *protectio nuditatis*; sane recte, propterea, quod in nudo corpore ea tantum loca pilis protegantur. 62. 63.

Thaf sputum: sic etiam chald. aethiop. sono vocis rem ipsam denotante. 63.

Θεσνε cyclaminos herba apud Dioscor. cuius plura genera. Nomen interpretandum, herba *porcina*: uti nunc illam cognominare solent *panem porcinum*, quia pabulum porcis iucundissimum est. *Esco* enim porcus coptice, *Thaesco* seu *Thesco* porcina, vel quae datur porcis. *Palalia* cyclamini species in Apuleio, vi sua notans, *quod natibus adhibetur*: quia *Loili* seu *Lalia* nates Aegyptiis. Ferunt enim radicis succum, sedi in vellere adhibitum, alvum ciere. Eundem ex aceto illitum sedem eversam restituere. 64.

Θιφιν polygonus mas, vel sanguinalis herba in append. Dioscor. et in Apuleio. Vetus nomen apud Aegyptios habendum *Thiebphin*, extrita *B* *Thiephin*, id est *unguis muris*: quo modo polygonus ab Hierophantis olim vocabatur. 64.

Thiophenges peristereon seu ver-

benaca in Apuleio. Origo vocis hactenus ignota. Videri eam Iovis *αιδοιον* denotare. Ideo *Diosatin*, *Διοσαθην*, eandem herbam vocari a Graecis, quod Aegyptii ϬΙΟϹΑϮ vel ϢΙΟϹΑϮ, *Dei* vel *Iovis caudam*. *Pempsempte* eodem pertinere: quo nomine ab Aegyptiis verbenacam signari a Dioscoride et Apuleio traditum. 65. 66.

Θλασπι herbae genus: ab Aegyptiis nomen adepta, quod a saporis acrimonia ducitur. Sic etiam cappari cujus grana palatum mordent acri sapore, θλασπι dictum ab Hierophantis. Θλασπι unde sit parum commode explicatum a Graecis. 66.

Thuoti vel *Thout* columna, statua. Inde nomen Mercurio datum. Eodem mensis primus, quia Mercurio sacer erat, insignitus. 67.

Thre milvus. Fortasse dictus a sono vocis. *Pleraeque aves* in antiquis linguis *a suis vocibus* denominatae. 68.

Tholeb macula, vitium: profecto non aliud, quam ثلب *Thaleb* vitium, sordes arab. Coptus interpres epistolarum Paulli, qui ῥυτίδα *Tholeb* reddidit, a Crozii censura vindicatus. 68. 69.

Thor vel *Thori* salix. A חורין *Thorin*, id est a virgulis, quas emittit, cognomen sumpsisse. 70.

Iannoser intubum silvestre. Est *lactuca accipitris*, si recte explicetur. Idem Graecis ab accipitre *ιερακιον* vocatum. Succum eius accipitribus usui esse ad oculorum caliginem depellendam, ab Aeliano, Plinio, Apuleio memoriae proditum. 71. 72.

Iaro vel *Iero* flumen. Idem יאר hebr. De binis fluminibus, quorum alteri *Astapun*, alteri *Astaboras* nomen est, quae in Nilum influunt, sermo injectus. Ratio cognominum explanata. Utrum praeter *Astapun* flumen, etiam *Astusaban* fuerit. Plinius caeterorum testimonio convictus. *Astapun* et *Astosaban* idem esse. Fons erroris demonstratus. 72. 73.

Iobensos lactuea silvestris in Apuleio. Vox in suas partes dissecta hoc ipsum, id est *agrestem lactucam*, exprimit. Visum olim millefolium. Plantarum cognomina saepe confusa apud veteres. *Iobensose* silvestris lactuca, τῷ *Giobinso* millefolium, persimile. Quare *Iob* lactuca denominata sit. 74.

Ιτασι fenum graecum in append. Dioscoridis. Scriptum ab Aegyptiis *Hitapsi*, id est *cornua longa proiiciens*, qualis herbae huius natura est. Quare κεραιτις vocata, et βουκερας et αιγοκερας: tum etiam τηλις, quia cornua eius *in longum* protenduntur. pag. 76.

Kakthi pediculus. Ab eo, quod pruritum moveat, appellatus. 77.

Kakkamau, noctua. Eadem appellatio apud Aristophanem κικκαβαῦ. Hoc enim sonum, quem edit noctua, exprimere putant. Quapropter eaedem κικκαβαι et *cecumae* vel *cucumae* aut *cucubae* dictae. Plerasque aves a suis vocibus nomen traxisse docet Varro. 77.

Kalampho collis. Scriptum pro *Thalampho*, id est *tumulus ad caelum sublatus*. *Thal* enim tumulus, *Phe* caelum est. *Thal* a תלל *Thalal*, accumulare derivatum. 77.

Kalapei turdus. Nomen habet a textura domus, quae singularis est, velut conserta plurium nidulorum serie, ut Aristoteles notat ac Plinius. 78.

Καλασιρις, tunicae genus. Non ex hebraeo sermone, unde petit Bochar-

tus, deprompta vox. Quum vestis ipsa, tum nomen in Aegypto inventa. Quod antiquorum auctoritate comprobatur. Scriptum videri *Galehger* seu *Galehser*, id est *luxuriosa* vel *delicata vestis*. Hoc ipsum indicatum a Graecis, qui eam interdum τρυφοκαλασιριν vocant, eandemque fimbriatam dicunt, amplam et ad talos demissam: cuiusmodi vestitu ut plurimum feminae atque homines molliores utebantur. 78. 79.

· *Kalammeleh* saccharum, id est mel ex arundinibus expressum. Coniuncta vox ex καλαμος et μελι. Hoc ipsum καλαμινον μελι in *Periplo maris rubri* vocatum. 79.

Kam iuncus, ulva. Factum a גמא quod pariter iuncum sive algam exprimit in Oriente. Hoc autem a verbo גמא bibere, absorbere, derivatum. 79.

Kampiros turtur alba. Non est aegyptia vox, sed ex arabica قمرى a Coptis efficta, qua albam turturem notari demonstratur spectata eius origine. Esse etiam albas turtures, scriptum ab Aeliano. Male *Kampiros* a Kirkero pro pelecano acceptum. 79. 80.

Karella cicercula. Ita vocem interpretari visum propterea, quod idem nomen, cicerculas vel pisa demonstrans, in Syria usurpatum; isque intellectus apte in loci sententiam cadit. 80.

Karia patina, paropsis. Nomen ex arabica lingua sumptum. Non id galeam vel cassidem significare, uti ex Kirkero Crozius; nec scite a Caribus duci. *Karia* se habere, tamquam τα καρικα, inane Georgii commentum. 80.

Cathotis polion herba in Apuleio. Cognomen datum a *Chatot*, quod est *habere*, *tenere*. Quippe eam, Plinio testante, ob plurimas utilitates, *tractari*, *coli*, *portari* Musaeus et Hesiodus iubent. 81.

Katmis morus. Videtur ita appellata, tamquam *sapienter germinans*. De quo Plinius, *Morus non germinat, nisi exacto frigore, et ob id dicta sapientissima arborum*. Eadem tamen *morus* vocata, quod aliqui *fatuam* interpretantur. Sed ratio est, ob *insulsum saporem* in fructu, notatum a Dioscoride. 81.

Kasciabel orichalcum. Idem, ac חשמל *Chasciamel* in Ezechiele, quod esse orichalcum probat Bochartus. Sensum vocis in locum Aegyptii scriptoris apte cadere, ubi de ornamento aurium sermo est. Inaures aeque ex auro atque orichalco fieri demonstrat Homerus. 82.

Kebi favus, explicatum. *Ancabin*, quo Persae favum denominant, exposita vocis vi, *opificium apis* exprimere manifestum fit. 83.

Kelaphos leprosus, proprie elephantiasi affectus. Eadem vox occurrit in graecis, κελεφος et κελεφια. Nomen tamen ab Aegyptiis petendum, ubi morbi sedes et origo. Forsitan id esse hujusmodi *Kelkaf* seu *Kelhaf*, id est *pustulae* seu *bullae corporis*. Hinc κελαφος seu κελεφος: Quod graece declinatum Copti receperunt. A κελεφος fortasse ελεφας factum, ac παθηματος similitudines cum elephante quaesitae. Opinio Salmasii de origine τυ κελεφος minus probanda. 83. 84.

Κεμελεγ helleborum nigrum in append. Dioscor. Scriptum Aegyptiis *Kamhelig*, id est *nigrum purgans* vel *ciens ventrem*. Quam virtutem in nigro helleboro medici omnes commendant. Eádem pollet et album. Sed *album vomitione*, ait Plinius, *nigrum per inferna purgat*. Alterum nomen ελαφινε eodem loco nigro helleboro adscriptum, graecum esse,

nempe ab ελεφας ductum, propterea, quod haec herba etiam elephantiasi ac lepris medeatur. 85.

Kemkem tympanum. A *Kem* seu *Kim* pulsare derivatum; quemadmodum τυμπανον seu τυπανον a τυπτειν. Est item *kemkem* et *gengen* musicum instrumentum pellere; quae sono vocis sonitum pulsuum exprimunt. Cuiusmodi sunt *tinnio* ac *tinnitus* apud Latinos, et طنن, طن, طنطن, apud Arabes. 85. 86.

Kenesoos anser. A pulcro ac decoro sinu nomen impositum. Anser enim plumarum, praecipue interiorum, mollitudine ac candore commendatur. Anser in Thebaide *Obt*, quod est ab Arabibus acceptum. *Ot nobt* adeps anseris, valens ad haemorrhoidas sanandas in codice Borgiano. Quod pariter a Marcello Empirico traditum. 86. 249.

Kenuhi seu *Kennuhi* sycomorum. Vox a *Ken* ficus et *Nuhi* morus composita. *Giumez* eadem arbor apud Alpinum, non ab Aegyptiis, sed ab Arabibus vocata. 86. 87.

Κεραμος, terra figularis. Aegypto ortum debet. Coptice scriptum *Heromi*, id est *fornacalis terra*. *Hero* enim fornax, et *Omi* lutum. *H* adspirata in K tenuem conversa. 87.

Κιβωριον faba aegyptia, vel potius calyx in cellulas dispertitus, in quo grana fabae aegyptiae continentur. Nomen ab Aegyptiis tributum: neque enim recte ex lingua graeca ducunt Dioscorides ac Salmasius. Esse autem huiusmodi, *Keburo*, id est *favus fabae*. *Kebi* enim favus, *Uro* faba aegypt. Reapse ciborion favo, maxime vesparum, persimile esse scribunt Herodotus ac Theophrastus. 88. 89.

Kilicesion infundibulum in Scala Kirk. Scriptum olim ϫⲱⲗϩⲕⲉⲥⲉⲛ *Giolehcesen*, id est *hauriens ac transmittens*. Nam *Gioleh* haurire, *Ce* et, *Sen* transire, transmittere. Hinc *Kilicesion* usu aevi sequioris. 89.

Κιχορον, κιχωριον, cichorium. Vocem esse aegyptiacam a Plinio traditum, *Est et erraticum intubum, quod in Aegypto cichorion vocant*. Videtur fuisse hujusmodi *Simsorem*, vel *Sisorem* extrita *M*, id est *olus erraticum*; quia *Sim* Aegyptiis herba, olus, *Sorem* errare est. A *Sisorem* κικορον Graeci. Litteras enim *C* et *S* inter se commutari solere. Idem cichorium *ambula* appellatum a Latinis. Utrumque cognomen cichorei naturae consentaneum. Futilis Graecorum explicatio vocis. Additum de *Seri*, quae Aegyptiorum appellatio est intubi sativi. Hoc a plantando significatum ducere. 89. 90.

Kome gummi, graece κομμι. Vocabulum in Aegypto natum potius videri, quam in Graecia. Quod Athenaei testimonio confirmatum. Non id tamen colligi ex *Periplo maris rubri*, ut Crozio visum. 91.

Korthom. Non est hoc, allium masculum, aut silvestre, sive allium serpentis, uti arabice explicatum in Scala Kirker. Sed est proprie σκοροδοπρασον, quasi *allioporrum* spectata vocis potestate, utpote ex كرات *Corath* porrum atque ثوم *Thom* allium, effictum. 92.

Cucullus. Ab Aegyptiis inventa appellatio, ita se habens *Gokol*, id est *involucrum capitis*. Aliae vocis originationes non probandae. 92. 93.

Kukuphat upupa. Idem nomen ab Horo Apolline memoriae mandatum. Cui simile habent Syri, Graeci et Hebraei. Uti latinum *upupa* a sono vocis *pu pu* factum iudicat Varro; ita idem de aegyptio cognomine, graeco ac latino existimandum. Pavvius, qui κουκουφαν, id est noctuam ab Hori interprete scri-

ptum putat, refutatus. Graecos recentiores, qua hic aetate vixit, upupam κουκουφαν vocasse. Et pietas in parentes, quam laudat Horus, upupis tributa, non noctuis. 93. 94.

Labarum. Graeci λαβωρον et λαβουρον. Vocis etymologiae, quae feruntur, inanes ac falsae. Nomen ab Aegyptiis datum, itaque expressum ⲗⲁⲃⲟⲩⲣⲱ *Laburo*, id est *velum* aut *sipparum imperatoris*. *Labo* enim sipparum est aegypt. *Uro* Rex, Imperator. In navi sipparum dici velum minus, summo appensum malo, cuius speciem labarum imitabatur. Unde Tertullianus *sippara vexillorum*. Λαβωρεις in Aegypto a Stephano Byzantino commemorati. Ut in Romano imperio *praepositi labororum*, laudati in codice Theodosiano. 97. 98.

Laboi ursus in Apocalypsi. Nomen est a דבא *Dabo*, quod ursum significat in Oriente. *D* versa in *L*, seu consulto, seu per errorem scribae librarii, et ob similitudinem utriusque litterae in graeco vel coptico alphabeto. *Arx* ursus in Thebaide ab αρκτος. 98.

Λαγανον, laganum. In Aegypto vocari coeptum, atque ita compositum videri ⲗⲁⲕϩⲛⲉϩ *Lakhneh*, significans *crustula ex oleo* sive *oleo condita*; qualia reapse lagana sunt. Origo vocabuli loco quodam Levitici demonstrata. 98.

Lehlem, sciniphes, culices. Non esse pediculos, uti visum Wilkinsio. Arabes صرصر; cui proximum צלצלא, aut צנצלא *Zanzala*, quo nomine Itali culicem vocant, quod ab Oriente acceptum. *Lehlem* ab *Helhel*, quod est volitare, natum videri, quia culex animantia circumvolitat, atque involat revolatque. Elegans Achillis Tatii locus. 101.

Λικυθος lecythus. Vox, quam e graeco sermone petunt parum probabiliter, ex aegyptio commode explicata. Eam sic habere ⲗⲓⲕⲉⲑⲟϩⲥ *Likethohs*, quod valet *ampulla unguinis*, *olei*: quo modo lecythus in scholiis Aristophanis expositum ελαιοδοχον αγγειον, et *ampulla olearia* in Isidoro. 102.

Libia seu *Tilibia*, vas pharmacopolae in Scal. Kirker. Corrupte scriptum pro *Teliabi*, voce composita ex *El* tollere, et *Iabi* infirmitas; unde *Teliabi* vas ad infirmitates depellendas. 103.

Maie substantia, qualitas. Sumptum ab Arabibus, apud quos ماهية *Mahia* est rei *quidditas*, ut in scholis dicitur, veniens a ما هي *quid hoc*? Cuiusmodi est מהות *Mahuth*, factum ex מה הו apud Iudaeos. 106.

Maklibi scutica. Coniunctum ex *Makh* cruciare, et *Libi* insanus. Elegans apud Aegyptios ferulae appellatio, qualis apud nostros *Gastigamatti*. 106. 107.

Manmon malum aureum, *Melarancio*. A *monmen* στρεπτος, *tortilis* appellatum, quia pomum est, quasi tornatum et in gyrum actum. Male Crozius ex Kirkero *malum citrium*. Mala citria a malis aureis diversa, aliis nominibus in Oriente denotata. Poma haec Arabes *Narangio*, facto nomine ab *Araga* bene olere. Inde recentiores Graeci νεραντζιον, Hispani *Naranja*, Itali *Narancio* vel *Arancio*, infima latinitas *inarantium* et *arantium*, ex quo *aurantium* fluxit. Opinio Salmasii, qui a Latinis ultimae aetatis Graecos, Arabes, aliosque populos nomen sumpsisse voluit, multis argumentis convicta. 107. 108.

Μαρσυπιον, crumena, marsupium. Vox in Aegypto composita, itaque

scripto tradita ⲙⲁⲣⲉϩϭⲓⲱⲡ *Marehsiop*, quod est ad litteram *locus*, ubi *collecta pecunia adservatur*. Alia crumenae appellatio *Asui* ab *Asu* pretium ducta. 109.

Maures hydria in Scala Kirker. Factum a *Mavareh*, qua voce notatur *vas aquae servandae* destinatum. Ab eodem verbo *areh* factum ϣⲟⲩⲣⲏ πυρειον, thuribulum, tamquam ϣⲁϩⲁⲣⲉϩ vel ϣⲁϩⲟⲩⲣⲏ, id est *ignis receptaculum*. 109. 275.

Mahbal columbarium. Nomen constans ex *Mah* nidus et *Bal*, quam esse silvestrem columbam vel turturem prolatis indiciis suadetur. pag. 111. 112.

Mbrehi vel *Embrehi*, bitumen: a rubro colore nomen ducit. Nam *Brai* rubrum notat. Idem hebr. *Chemar*, pariter a rubore appellatum. pag. 112.

Melot tectum domus. Dici putandum a *Melet*, *Melat*, *Meloto*, argilla, lutum, caementum, maltha in Oriente; ex qua materia tecta in Aegypto instrata ac confecta. 113.

Mentha, μινθη. Vocabulum ab Aegyptiis traditum, herbam denotans *plenam odoris*. Id non mutatum a Graecis, ut ait Plinius, quum ἡδυοσμον dicere coeperunt: sed vim peregrinae vocis lingua sua expressam. Frustra eam grammatici ex graeco sermone petunt, aut a Minthe adolescentula poetae. *Ascinsthoi*, quo modo nunc Copti mentam denominant, eodem pertinet, ac odoris praestantiam designat. 113.

Menomia. Cassianus, *saliti pisciculi, quos Aegyptii Menomia vocant*. Coptice scriptum ⲙⲁⲓⲛϩⲙⲟⲩ *Maenhomu*, ad litteram *maenae salsae*, quas laudat Plinius lib. 32. *Homu* sal est. *Maenae* autem pisciculi, quos aliqui aleces putant. Pro *menomia* male a Ciacconio editum *maenidia*. Ⲏⲁⲓⲙⲟⲛⲏ, *saliti pisciculi* in Scala M. non diversum. 113. 114.

Ment mensura, modius. Derivatum ex hebraea lingua. Inde etiam μεδιος a Graecis. Ab *Erment* metiri Ermonthim urbem cognominatam videri. Ibi enim insigne νειλομετρον in eius ruinis repertum. 114.

Meronopus in Apuleio ac Dioscoride, serpyllum agreste, seu zygis, quam a vinciendo nominant. Est autem meronopus, copt. *Meronhop* ⲙⲏⲣⲟⲛϩⲟⲡ, ad verbum ζυγις κερσειδης, qualis ab Nicandro exhibetur in *Theriacis* vers. 909. ubi ἑρπυλλον κερσειδεα legere est. pag. 114. 115.

Mesiotimperi ορτυγομητρα. Copticum nomen e graeco factum videri: et *Peri* quidem ορτυγα denotare, cui simile est in aethiopica lingua; *Mesioti* vero μητραν. Vulvam *Oti* dictam a Coptis, non *Toti*, ut in lexico Croziano. Unde *Mesioti* ad litteram genitrix vulva; *Mesiotimperi* genitrix vulva coturnicum, id est coturnicum parens: quo modo nunc *Mere des Cailles* Galli vocant, Itali *Re delle quaglie*. 115. 116.

Mesore, nomen duodecimi mensis apud Aegyptios. Fortasse interpretandum *Hori nativitas*, quia tunc maxime solis, id est Hori, vis ac potentia manifesta fit, eo in signo leonis habitante. Minus vera Scaligeri opinio Mesore a *Mitzraim* derivantis. 116.

Mephitis. Non belle Crozius ab *Iten* stercus vocem desumit. Nec apte repetit Scaliger ex lingua Syrorum. Est ea sane ⲛⲉϥⲓⲑⲏⲛ *Nephithen*, quae *halitum sulphureum* exprimit: cuiusmodi mephitin esse a Servio ac Persio notatum. pag. 116. 117.

Mesciot, *Mescieti* campus, campi: a *Mosci*, *Mosct*, *Mesct*, perambulare, circumire, percurrere, denominati. Interdum *Mescioti*, quae campestria dixeris, certam plagam designare. Νομος e graeca lingua, non ex aegyptia vel hebraea ductum. Singularem tamen usum habere in Aegypto. Locus Epiphanii explicatus et Cyrilli Alex. ac Diodori. Etiam Persarum satrapiae nomi dicti in Herodoto, et τοπαρχιαι Samaritidis et Galilaeae in lib. ι. Macchab. 117. 118.

Mehmuhi portulaca. Perinde se habere ac *Mehhemu* seu *Mehhomu*, significans herbam sale conditam. Quia portulaca ταριχευεσθαι, id est aceto et sale condiri solebat auctore Plinio ac Dioscoride. Copticum nomen mendose exhibitum in append. eiusdem ac in Apuleio et in cod. Vaticano. Male id a Kirkero explicatum. *Antirakin* in Scala M. ex ανδραχνη factum corruptione sermonis. 118.

Megenh seu *Megehn* supercilia: utique a גיב עין *Gebhain* seu *Gebhen* ortum, quod proprie est *eminentia oculi*, ac supercilium in Oriente designat. 118. 119.

Μισυ *Misy*: fossile quoddam chalcitidi assimile, de quo agunt Plinius, Dioscorides ac recentiores medici. Vocabulum in Aegypto, ubi *Misy* nascitur, impositum. Id esse, *Missu*, nempe scintillas seu *stellulas emittens*, quia *Mis* gignere, *Su* stella est. Tale ab Dioscoride expressum, scilicet εν τῳ θραυσθηναι χρυσιζον και αποστιλβον αστεροειδως, et a Plinio, Miseos *notae sunt*, *friati aureae scintillae*. 120.

Μοροχθος: lapis in Aegypto nascens, quo ad purganda ac dealbanda lina seu vestes utebantur, uti referunt Dioscorides et Aetius. Scriptum aegypt. ⲙⲣⲟϧⲧ *Mrocht*, *Marocht*, unde Graeci μοροχθος, ducto nomine a *Rach*, *Rochi*, *Rocht*, mundare, dealbare, dealbator. pag. 121. 122.

Morsuch seu *Marsuah* succinctorium, vestis monachorum. A cingendis ulnis seu lateribus dicta, voce ex *Mor* cingere, et *Snauh* ulna constante. Αναλαβος sive αναβολευς vocata a Graecis. Eadem descripta a Cassiano. Τῳ اسكيم graeco nomine notata ab Arabibus. 122.

Mulag nycticorax. Notatum discrimen inter bina Arabum cognomina. Kirkerus correctus. *Mulag* a Coptis, velut املج *Amlag*, a fusco colore nuncupatus. 123.

Mumia. Male nomen a Crozio ex *Mumi* puteus derivatum. Nec bene cum Salmasio ac Scaligero ductum ex lingua graeca. Probabilius ex persica. Verissime ex aegyptia; unde est significatio vocis rei maxime consentanea, siqnidem ita scribatur ⲙⲟⲩϩⲙⲟⲩ *Muhmu*. Hoc enim valet *mortui conditi*. *Mu* mori, mortuus, *Hmu* sal, qood pro conditura accipiendum. Quamvis nitri in hoc opere magnum fuisse usum doceat Herodotus. Eadem mortuorum corpora *Gabbares* dicta, facto nomine a *Kabar*, quod in Aethiopia ac Oriente est ενταφιαζειν, mortuos curare, aromatibus condire. Quare Gabbares idem ac Mumiae, *mortui conditi*. Unde Isidorus in glossis, *Gabbares*, *mortuorum condita corpora*. 123. 124.

Mtotf ruta silvestris: a verbo *Tots* πηγνυναι, εμπηγνυναι denominata. Eo vim graeci vocabuli πηγανον expressam, quod pariter a πηγνυω vel πηγω derivant grammatici. Additum de *Moly*, quod laudat Homerus. Id enim rutam silvestrem vel eius radicem esse volunt. Vocabulum non

esse graecum, sed barbarum; fortasse מלוח *Moluh*, quod evulsum, eradicatum, effossum significat aethiop. Moly radice potissimum spectari, eiusque virtutem in radice positam. Quae allatis Homeri, Plinii ac veteris poetae locis declarata. Sic struthion herbae genus similiter a radice cognominatum propterea, quod eius maxime usus est; uti ab eodem Plinio ac Marcello observatum. 125. 126.

Moyses. Vocem aegyptiam esse, eamque *servatum ex aquis* denotare. Auctor Iosephus, Philo, Clemens Alex. Nomen copticis litteris ita expressum ⲙⲱⲟⲩϫⲏ vel ⲙⲱⲟⲩϭⲏ, idque explicatum. Non recte a Salmasio ac Wilkinsio expositum. Idem Moyses ὑλογενης est dictus in orphicis versibus: pro quo Scaliger ὑδογενης, Bernardus Νειλογενης. Verius ἑλογενης, cuius cognominis prolata ratio. Eodem *Ioachim* pertinere, quo etiam modo vocatus perhibetur, non ab Hebraeis parentibus, uti visum Clementi Alex. sed ab Aegyptiis. Id enim valere *ex Achi genitus*, idem, ac ἑλογενης; vel paullo aliter *ex Achi servatus*, non secus, ac ⲙⲱⲟⲩϭⲏ *Moyses* servatum ex aquis notat. Eorum, qui *Moyses* derivant ex lingua hebraea, sententia minus probabilis. Additum מוניס *Monios*, aliud cognomen Moysi ab Aegyptiis tributum, idque traditum ab Aben Ezra. Facile hoc explicatum *malus* vel *noxius pastor*; quia *Moni* pascere, *Osi* noxa aegyptiace. Moysem pastorem fuisse et mala plurima intulisse Aegyptiis ex sacra historia compertum. 127. 128. 129.

Mgol sive *Emgol* caepa: ab eo, quod multis vestiatur tunicis, nomen adepta. Unde *tunicatum caepe* Persio. Eundem esse τυ בצל caepa in Oriente significatum, indicatur. pag. 129.

Neman papaver: ab Arabibus appellatum, qua voce pariter anemonem designant. Ab النعمان *Annoman*, ανεμωνη factum a Graecis. Nomen sumere απο τυ ανεμυ, quod existimant plerique, non esse vero consentaneum. Multo probabilior vocabuli origo est in Oriente, quod a verbo נעם decorum, amoenum esse, duci potest. Est enim flos adspectu pulcher, quem alii ex Adonidis sanguine, alii e lacrimis Veneris natum fabulantur. Alia subiicitur notatio vocis a sanguineo colore, quae simul in purpureum papaver quadrat. Narratio Arabum, a *Nohman* rege, cui flos erat in deliciis, vocatum, facile convicta. 131. 132.

Nemenespa chamaepitys herba in Apuleio. Vocabulum aevo deteriori corruptum; tamen non difficile explicatum. Eius significatio videtur esse *Minervae sanguis*: quo modo chamaepityn ab aegyptiis Hierophantis nuncupatam idem Apuleius tradit. Kirkerus, reddens *pulcritudo caeli*, correctus. 132.

Neton, vel potius *Neuton*, ut habent vetustissimi codices: cognomen boum, qui Heliopoli colebantur, a Macrobio proditum. Id esse ⲛⲉϩⲏⲟⲩϯⲱⲛ *Neheuton* aegypt. unde *Neuton*, significans *boves Heliopolis*, quia ⲛⲉϩⲏⲟⲩ *boves* sunt, ϯ ⲱⲛ *Heliopolis*. Urbis nomen esse in libris Moysi און *On*, quod graeci interpretes *Heliopolin* reddunt. Etiam in Copticis ⲱⲛ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ. ⲱⲛ idem, atque ⲟⲉⲓⲛ lux. Temere Neton a Seldeno ac Iablonskio mutatum in *Mnevin*, quae est communior tauri Heliopolitani appellatio. Haec etiam expenditur; atque idem omnino, ac Neuton, id est *Onitas boves*, demonstrare planum fit. 133.

Νευ Nilus in Horo Apolline. Νευς apud Hesychium non est Nilus, ut a doctis creditum; sed flumen Graeciae in Alpheum influens. Νειυος in Iamblicho mendose scriptum pro Νειλος. Georgius in quaerenda eius nominis caussa frustra occupatus. Nilum dici νευ, quasi νεον, graeci interpretis Hori commentum esse; quale est Νειλον, veluti νεϊλον, vocatum, uti habet etymologicon magnum. Nova appellationis ratio proposita, a figura litterae Νυ *Nu*, quam Nilus sese in binos alveos findens spectanti obiicit, desumpta. Similitudo Nili cum ea littera ab Eratosthene notata apud Strabonem: cuius verba illustrantur. Forma litterae Nun, quae nunc inter minores censetur, antiqua et in veteribus nummis ac inscriptionibus Graecorum et Phoenicum consignata. Nilum, maxime post Alexandri aetatem, graecae litterae vocabulo nuncupatum, non esse a vero alienum. Quia idem, qua ostiis propior est, abyssi instar videatur, eodem nomine αβυσσος a Coptis denotata. Ωκεαμη alterum Nili cognomentum, non inde factum, quod ejus aqua videatur oceano similis, uti censuit Plinius, Diodorus ac eruditi omnes. Potius quia nomen *aquarum copiam* designat in lingua coptica, ideo ab Aegyptiis Nilo attributum. Idem postea a Graecis ad oceanum significandum translatum. 135. 136. 137.

Noscer vultur. Idem נשר aquila, vultur in Oriente. De vulturibus proditum, esse omnes feminei sexus. Fabulae origo ex ambigua voce רחם, qua matricem pariter ac vulturem nominant, petitur. Plures fabulae ex ambiguitate nominum ortae. 138. 139.

Οϊνα struthion herba in Aegypto. Si recte scribatur, valet καθαρτικη ριζα. Nam radicis maxime usus est lavandis atque mundandis lanis. Eam ob caussam *radicula* et *lanaria* dicta a Latinis. Hoc ipsum declarat punicum herbae nomen σωρις, quod est *Sores* radix hebr. 140.

Voti vel *Veti*, λαχανον olus. Nomen facile natum a βοτος pabulum, esca. Nam Copti etiam dicunt *Boti*, et Graeci pariter olus, βοτανον a βοτειν appellant. Inde forsitan Latinis beta λαχανον, quasi βοτη edulis, quod cum *Veti* seu *Beti* ad amussim congruit. Betam grammatici ab eo, quod litterae Beta speciem referat, derivant, fere aeque inepte, ut a Carolo Stephano *Iote*, cognomen betae apud Turones, a similitudine eiusdem herbae cum Iota petitum est. Ab *Voti* et *Veti* ortum *Vetuot*, λαχανεια, χλωροτης. Qua ipsa voce interdum color viridis designatus. 149. 150.

Ουραιον, regulus, basiliscus in Horo Apolline, ex *Vro* rex factum a Graeco-Aegyptiis. Non recte υβαιον lectum a Mercero. Hoc enim serpentem generatim, non βασιλισκον denotare. 150.

Vons lupus. Videtur ab *Vosm* vel *Voms* absumere, comedere, appellatus. Crozius correctus. 151.

Vhor canis: cognomen sortitus exprimens sonum vocis. Nam provocati canes *R quamplurima dicunt*. Id est Arabibus هر *Har*, *hirrio* Latinis, Aegyptiis *Hor* et *Har*. Unde *Vhor* sive *Vhar* canis, quasi *hirriens*, dictus. 152. 153.

Παμφανης, sempervivum herba in append. Dioscoridis. Aegyptiace scriptum ⲡⲁϩⲓⲙⲫⲉⲛⲉϩ *Pahimpheneh*, constans ex *Pahi* vivum, *Pheneh* saeculum: quo modo Graeci αειζωον vocant, Latini *sempervivum*. Ratio cognominis το αειθαλες των φυλλων. 154.

Pantholobs in Scala Kirker. Non

esso unicornem, sed eum, qui *ευθελεψ* dicitur Graecis: nempe animal ex caprarum silvestrium genere, longis et serratis cornibus instructum, quod ab Eustathio descriptum in *Hexaëmero*. Idem hebr. atque arab. יחמור. Hoc ipsum το ⲠⲀⲚⲦⲀⲖϨⲰⲠ *Pantalhop* denotare in lingua aegyptia, id est animal celsis et elatis cornibus, ostenditur. 154. 155.

Pantoki nux avellana in Scala M. Factum ex بندق avellana nux apud Arabes ac Persas. Hoc autem a ποντικον; quia eam ποντικον καρυον denominant Graeci. Non absimili modo ex ἑλειον ασπαραγον ortum *Haliun* asparagi nomen apud eosdem Arabes, qui alias vocant *Aspharag*. Crozius *Antoki* pro *Pantoki* cum aegyptiis vocibus connumerans, castigatus. Verbum factum de *Barakon* spuma nitri, vel de eius origine. Tum etiam de *Koiri* nuces iuglandes, quod a καρυα natum. 155.

Paxamacium, *paxamacia*, παξαματιον apud Cassianum, Palladium et alios: panes erant, quibus monachi Aegypti utebantur. Sriptum aegypt. *Pasciamoik* vel *Pasciamaik*, unde *Pasciamacion*, παξαματιον. Cuius vocabuli potestas est *parvulus panis*, uti paxamacia vocat Cassianus. Idem sensu *Kuinoik* theb. quod ipsum graece παξιμαδες, latine paximates redditum in vitis Patrum. Extranea vox varie declinata, variumque subinde habuit usum apud Graecos ac Latinos recentiores. Errat enim Suidas, qui eam esse romanam scripsit, quique a Graeco quodam Paxamo eius originem trahunt. 155. 156.

Papyrus: coptice ⲠⲀⲂⲒⲢ *Pabir*, quo vulgaris plantae usus ad corbes, cistas ac huiusmodi plectilia opera conficienda notatus. *Berdi* papyrum dici ab Arabibus, non a Coptis. Quare inde non posse nomen peti, quae viri eruditi sententia est. Plerasque voces ab Alpino litteris traditas lib. *de plantis Aegypt.* arabicas esse. A *Bir* cophinus aegypt. το σπυρις potuisse fieri a Graecis, quod tamen commodius ducitur ex lingua arabica. *Sargane* sporta in Scal. Kirk. est graeca vox, tradita a Syris. Arabica lectio emendata. Kirkerus correctus. 156. 157.

Πεμψεμπτε *Pempsempte*, verbenaca in append. Dioscor. et Apuleio. Copticis litteris sic exhibitum videtur ⲠⲤⲒⲘ ϬⲈⲘ ⲠⲦⲈ *Psimsempte*, id est *herba virtutis Dei*; quia *Sim* herba est, *Sem* virtus, *Fte* Deus. Idem valere *Diosatis* Διοσαθη, quo nomine a Graecis vocata est, et *Thiophenges*, quo iterum ab Aegyptiis. Cur verbenaca, Hierobotanon ac divinae virtutis denominata sit, a Plinio expositum. Eodem spectare veteris poetae versum *de virtut. herb.* apud Fabricium. 158.

Ποιμην pastor. Certe ab Aegyptiis nomen sumptum, nempe a *Moni* vel *Mani* pascere; unde praefixo articulo *Fiman* pastor. Hinc *Pimaneiou* pastor ovium, *Pimanbaempi* caprarum, *Pimaneu* boum, *Pimangamul* camelorum. Inepte ποιμην, quasi εν πεα μενων, explicatum a Graecis. ποιμην vero pro πιμην vel πιμαν, scriptura inducta a grammaticis. 8. 9.

Pyramis. Nomen sumptum ab altitudine. Nam רמה *Ramah excelsum*, coptice *Rama*, praefixo articulo *Pirama*. Ex quo πυραμις cum υ factum a Graecis, tamquam απο τυ πυρος, a flamma, quam pyramis imitatur figura sua, appellationem duceret. Ab Arabibus هرم *Haram* dicta, quod est ab eadem origine. Golii opinio parum probabilis. 159.

ni Pyrgos ΙΒ in Scala Kirker. duodecim signa Zodiaci: quae Graeci δωδεκατημορια, δωδεκατοπος, et δω-

δεκα πυργοι, *turres*, *arces duodecim*. Ex graeco πυργοι, eadem signa Arabes بروج *Burug*. Manilio quoque Zodiacum *arcem mundi* vocatum. Manilii versus explicati. Non intellecti a Fayo ac Stoebero. 159. 160.

* Actum de via lactea. Cur haec *via paleae* sive *straminis* vocata fuerit a Coptis aeque, atque Arabibus, Syris, Chaldaeis. 160.

* De lunae stationibus in signis Zodiaci disputatum. Quarum nomina sive coptica sive arabica enarrantur a pag. 161. ad 168.

* *Kolion*, arabice *Albatin*, statio lunae in ventre arietis. Quid sibi velit *statio connectens*, uti a Kirkero nomen redditum, ignotum. Fortasse *Kolion* factum a κοιλια venter, veluti κοιλιον. Nam *Batin* arab. venter est. Erratum in libro Camus: in quo *Batin*, quod est *venter* arietis, acceptum pro *Batin Alhhuth*, id est *ventre piscis*. 161.

* *Orias*, domicilium lunae in Tauro, quod praestant Pleiades. Hoc a Kirkero frustra redditum *Hori statio*. Stationum nomina, quae in Scala Kirker. recensentur, haud nota antiquis; sed aevo sequiori sive ex graeco sive ex arabico sermone deflexa. *Orias* heic, vel ductum ab ωριον, quod est signum Tauro proximum, vel idem fictum a ثريا *Toria*, quae est arabica huius hospitii lunaris appellatio. *Exastran*, quod sequitur, graecum est. Namque ita dicitur ab Arato Pleiadum αστερισμος, qui ab Eratosthene ἑπταστερον. Aliqui enim sex putabant Pleiadas, alii septem. Alterum Pleiadum cognomen apud Arabes est *gallina caeli*, vel *avis cum filiabus suis*. Hoc fere conveniens cum fabulis poetarum. Namque Atlantis filiae, quae Pleiades in caelo sunt, in columbas conversae feruntur, quod ipso nomine praeferunt. Pleiades enim πελειαδες, quae aves sunt ex columbarum genere, ab antiquis dictae atque habitae. 161. 162.

* *Klysos*, quarta lunae statio in suculis, ab Arabibus appellata *Aldebaran*, qua voce hyadas vel suculas cognominant, maxime illustriorem stellam ad oculum Tauri australem, quae a Graecis λαμπαδιας dicitur. Quid valeat *Aldebaran* contra Huetium ostenditur. Quaesitum de altero stellae cognomine الفنيق *Alfenik*, quod esse videtur a φοινιξ. Haec enim stella ruboris splendore insignis est: Unde ὑποκιρρος a Ptolemaeo, ארום *rubra* ab Hebraeis vocata, احمر item *rubicunda* ab Alfergano. *Klysos* in copticis facile fictum a قلايص, quae sunt hyades apud Alferganum eundem. Cuius vocabuli ratio panditur, a verbo قلص, quod *aquam crescere* atque *efferri* significat, ducta. Quippe hyades ortu suo imbres concitare putabantur. *Klysos* a Kirkero expositum *claustrum*, quo spectet, divinari non posse. 162. 163.

* *Theni*, *frons* Leonis: stellae quatuor, quae non sunt in ipsa Leonis fronte, sed ab ea in pectus descendunt. Quare stella in corde Leonis posita, *Alhaiwani*, id est *animalis* ab Alfergano dicta sit, investigatum. Zodiacum proprie solis orbem dici non posse. Alfergani verba explicantur. Golius eiusdem interpres semel et iterum castigatus. 164. 165.

* *Stephani* corona, domicilium lunae in Scorpione. Inditum graecum nomen a Coptis ex arabico *Alachlil* corona. Arabes videri primum الكليله *Alchile*, id est *chelas*, vocasse, uti est in globo caelesti Borgiano. Postea turpi errore vocem graecam in arabicam اكليل *Achlil*, quae *coronam* notat, mutatam. 166.

* *Aggia*, hospitium lunae in cauda Scorpionis, arab. *Alsciaulat*. Facile ductum a شق *Haggia*, findere,

inflexum esse, et *Haggio* ictus iaculi. Nomen sane conveniens in caudam Scorpionis, inflexam elatamque ad ictum inferendam. Sic etiam *Alsciaulat* potissimum notat sublatam scorpionis caudae partem. *Aggia* Kirkerus, quasi esset αγια, *sanctam* interpretatus, cui *statio translationis caniculae in caelum* visa est. Eandem stationem denominatam *Soleka*, ab eo scriptum nullo auctore. Sumptum hoc facile a Chalcidio, qui de caniculae stella, *Aegyptii*, inquit, σολεχων *vocant*. 166. 167.

* *Niscerintabia*, arab. *Benath Alnaasc*, id est *filiae feretri*. Quo tres stellae notantur in cauda maioris ursae fulgentes. Ratio cognominis exposita. Utraque ursa, quae *plaustrum maius* et *minus* a Graecis, *maius* et *minus feretrum* nuncupatae ab Arabibus. Castellus *Benath Naas* minorem ursam esse putans, Alfergani testimonio convictus. Idem signum *Benath Naasc* non fuisse acceptum pro Arcturo sive Arctophylace, uti docuit Ios. Scaliger. Sed aliquando maiorem ursam Arcturi nomine designatam probatur Alfonsi tabulis. Copticum nomen *Niscerintabia*, ex arabico expressum, pariter *filias loculi* significare demonstratur. pag. 168. 169.

* *Pithenio entepioh* defectus lunae, *Pimisci entepire* defectus solis, ad verbum pulsatio solis et lunae. Nam vulgo creditum, caedi solem lunamque, quum deficere cernebant. Etiam apud Iudaeorum magistros defectum solis et lunae verbo לקא seu לקה, quod est *vapulare*, denotatum. 169.

Ratphat lepus. Vox *fugacem* demonstrans; quod est valde leporis naturae consentaneum: unde illud Plauti, *citius fugiunt, quam lepus*. ⲣⲁⲧϥⲟ *Ratfo* in Thebaide est δασυς pilosus, ab *insitis pilis*, quod etiam in leporem cadere quam aptissime posset. Aliter acceptum, *Ratfo* est δασυπους (*Rat* enim pes, *Fo* pilus) quo modo lepus est appellatus a Graecis. Vox graeca ea aegyptia expressa videatur. pag. 171. 172.

Remoboth, monachorum genus in Aegypto apud Hieronymum. Scriptum coptice *Remhemboti*, nempe ad verbum *liberi abominandi*. Quae appellatio moribus eorum accomodata demonstratur. Iidem dicti *Sarabaitae* vel *Sorebotae*. Istud etiam cognomen, exposita eius potestate, eodem pertinere aperitur. Sunt enim Sorebotae, aegyptiace *Soremboti*, *errones detestandi*. Quare nomen haud esse ex hebraea lingua sumptum, uti visum Bocharto. *Rennuitae*, quomodo eos vocat Isidorus, prave acceptum a doctis, tamquam renuentes. Scribendum *Remuitae*, idem, ac Remuvitae vel Remubitae seu *Remobot*. Facta emendatio Isidori editione Matritensi comprobatur. 173. 174.

Rephan, زحل, Saturnus in Scala M. Pro زحل male ab Hottingero lectum رجل id est *vir*. Illud enim proprium ac usitatum Saturni nomen apud Arabes: cuius ratio a verbo زحل, quod est *tarde incedere*, probabiliter ducitur. Idem planeta قاتل, a verbo قتل *perimere*, dictus. Noxium quippe ac maleficum Saturni sidus. *Rephan*, quod in Amoso atque in Actis legitur, Saturnum denotare probatur, tum consensu doctorum, tum maxime auctoritate septuaginta interpretum. Iablonskius contra sentiens, oppugnatus. Achillis Tatii testimonium expenditur ac emendatur. Pleraque nomina planetarum apud Aegyptios incerta. Opinionem Iablonskii, qui *Rempha* solem ponit, nulla auctoritate nixam. Vocem non exprimere *regem caeli*; sed επουρανιον

caelestem; quod in Saturnum, qui altissimum caeli domicilium obtinet, apte convenit. Itaque ουρανιος I. ad Corinth. ⲡⲉⲙⲡⲉ redditum a Coptis. a pag. 174. ad 178.

Ριπλαμ *blitum* herba in append. Dioscoridis. Olus vile, quod tantum seritur ad vescendum. Inde nomen, ex verbo *Re* atque *Plom* esca compositum. 178.

Romi homo. Vocari sic potuit, quasi רום *Rom* celsus, elatus. Unde Ovidius - *Pronaque quum spectent animalia caetera terram - Os homini sublime dedit etc.* - Verius nomen peti ex lingua aegyptia, in qua *Romi* aut *Eromi* valet, *e limo factus*: ut in hebraea *Adam* ab *Adama* terra, est appellatus, et in latina *homo* ab *humo* ducunt grammatici. A *Romi* natum *Rem*, quod in vocibus compositis frquentissime occurrit. 178. 179.

Σααρθα pro σααλθα, *tussilago* in append. Dioscoridis. Nomen traxit a *Saala* tussire apud Orientales. Sic Arabes a *Saala*, tussilaginem *Soali* vocant, et βηχιον Graeci απο της βηχος, et a tussi *tussilaginem* Latini. Hanc enim herbam contra tussim prodesse referunt Dioscorides, Plinius et alii multi. 180.

Saluki vel *Salovki* انقليس, anguilla, muraena in Scala M. Vox arabica emendata et loco mota. Ea sumpta a Latinis; uti انكليس a Graecis. *Salovki* non aliud esse, quam צלובחא *Selobcha* vel *Selovcha*, pariter anguilla apud Iudaeos et Arabes. Kirkerus emendatus. 181.

Σαμψυχος amaracus: quem ita in Aegypto denominatum tradit Plinius. Commoda intepretatio nominis, *herba crocodili*. Namque *Sim* herba est Aegyptiis, *Psuchi* crocodilus. Terrestris autem crocodilus, quo genere suchos comprehenditur, *in terra tantum odoratissimisque floribus vivit*, ait idem Plinius. Amaracus vero quum magna in Aegypto copia gignitur, tum odoris suavitate in primis excellit. Σιφο in append. Dioscor. non esse vocem aegyptiam, sed Syrorum, eamque hyssopum, non amaracum designare. 182. 183.

Σαμψως hippomarathrum. Ob facultatem, qua valet, calculos in pulverem redigendi nuncupatum. Quae virtus herbae a Galeno, Plinio, Dioscoride atque aliis adscripta. 183.

Sauses, monachi coenobitae in Aegypto apud Hieronymum. Nomen, si bene percipiatur, *aequales congregatos* designare. *Souh* vel *Seuh* congregare, *Ses* aequalis aegypt. 184.

Σαφθω hyoscyamus, appollinaris in Dioscor. et Apuleio. Aegyptiace scriptum *Saphthoh*, veluti *caput turbans*. Hyoscyamum caput turbare, vertigines ac insaniam inducere docet Xenophon, Plinius, Scribonius, Dioscorides ac medici fere omnes. Quare μανιωδης herba haec et εμμανης dicitur a Graecis, *insana* a Latinis. Kirkeriana explicatio vocis rejecta. pag. 184.

Sachol capistrum copt. et Κημος graece, idem, ac شكل et كمام arab. φιμος vero a פום *os oris* chald. derivatum. *Sachol* idem esse, atque *Sacal*, gummi genus apud Plinium, non recte visum Bocharto. Kirkerus correctus. 185.

Sbo doctrina. Nomen etiam ab Horo memoriae proditum, qui docet, vocem exprimere πληρην τροφην. Unde a שבע, quod satietatem in Oriente significat, venire manifestum fit. *Sabo* et *Sabe*, quod Coptis est *scire*, *discere* a *Sbo* nequaquam differre. Inde forsitan *sapio* ac *sapiens* Latinis. 187.

Σιλιψιον urtica in append. Dio-

scor. a *Silapsi* mordere aegypt. denominata. Sicuti ab urendo urticam Latini, a κνίζειν vellicare κνίδην Graeci. 188.

Semberritae. Ita vocati, auctore Plinio ac Strabone, exsules Aegypti, qui a Psammitico defecerunt, atque insulam incoluere, quae ab iis nomen accepit. *Sembritae* idem valere, atque επηλυδες graece, id est *advenae*, docet Strabo. Reapse ϣⲉⲙⲃⲉⲣⲓ *Semberi*, unde sembritae, aegyptiace est novus incola, novus colonus, novus hospes. 189.

Σιμεον lychnis herba in append. Dioscoridis. Significatio aegyptiacae vocis est *herba luminis*, certe congruens in eam, quae *flammea* nuncupatur a Plinio, et λυχνις a Graecis ob flammeum colorem florum. Eadem de caussa σιμψρα ab Aegyptiis agrestem lychnida cognominatam videri, copt. *Simre* aut *Smehre*, id est *herbam solis*. Haec enim λαμπας vocata a Graecis, et sativae per omnia similis dicta a Dioscoride. pag. 189. 190.

Semeth, σεμεθ, nasturtium in Apuleio ac Dioscoride. Aegyptium nomen ⲥⲙⲉϩⲏⲧ *Smehet* vel ⲥⲓⲙϩⲏⲧ *Simhèt*, id est *herbam cordis*, a graeco καρδαμον non abludere: itaque recte dici nasturtium, quia cordatos facit, atque animum exacuit opinione antiquorum. Unde in tardos ac desides adagium, καρδαμον εσθιε. 190.

Semmeor chamaeleon herba in Apuleio. Scriptum aegyptiace ⲥⲙⲉϩⲟⲩϩⲱⲣ *Smeuhor*, id est *herba canina*. Eadem dicta κυνοξυλον et κυνοζολος a Graecis propter gravitatem odoris. Nomen etiam ab eo, quod canibus exitium afferat, sicuti docet Theophrastus, habere potuisse. Chamaeleon a chamelaea omnino diversum. Apuleius ac Kirkerus, qui ista confundunt, notati. 190.

Seriphium, id est absinthium marinum, planta, quae in Taposiri Aegypti *plurima* ac *probatissima* nascebatur narrante Plinio ac Dioscoride. Nomen ab Aegyptiis impositum, idque huiusmodi ϩⲣⲓⲙⲫⲓⲟⲙ *Herimphiom*. *Phiom* mare, *Herim* absinthium copt. Ab *Herimphiom* factum *Seriphium*. Namque adspiratam *H* per *S* Graeci ac Latini frequenter exprimunt. 162.

Σηραγγες. Quae fuerint aegyptiae seranges, investigatum. Fortasse vocem designare *fossas characteribus insculptas*. Tales descriptae ab Ammiano ac Martiano Capella. Seranges a syringibus omnino diversae. De terra Seriadica sermo institutus. Videri nullam fuisse. Locus Manethonis verosimili coniectura emendatus. Correctio Valesii parum probabilis. Seranges multo verius ex lingua aegyptia nomen ducere, quam ex hebraea. 194. 195.

Set vel *sat* cauda: a *sat* iactare appellata. Hinc σαθη Graecis. Eadem vis in voce usurpata a Latinis, qui etiam *caudam* nominant. 196.

Siovni balneum. Origo vocis ex arabica lingua: dictumque ob aquarum caliditatem; unde etiam nomen tributum ab Arabibus ac Latinis. *Siovni*, *concilium* a Georgio prave redditum; et *Manthok ente Siovni*, quae fornax balnei est, *ustrina concilii* in actis S. Epimii martyris. Ubi et *Ermetarium*, lignum, cui reos flagellandos alligabant, pro *caldario*; et *Reparius*, qui est ripariorum praefectus, pro *tabellario* ab eodem sumptus. Alia Georgii σφαλματα. 197. 198.

Sit scorpius a שִׂיט, id est a pungendo dictus: quomodo *Akrao*, commune Scorpii nomen in Oriente

a verbo non dissimili eiusdem significationis derivatum. 199.

Σκολυμος carduus. Nomen melius ex aegyptia lingua repeti, quam ex graeca. Nam ita scriptum ϣⲕⲱⲗϩⲙⲉⲥ *Scolhmes*, valet herba seu planta *aculeata*; quod ipsum carduus est. 200.

Slifi pulmo. Fortasse dicitur, veluti *Snifi*, spirans, spiritum ciens, sive, ut a Plinio descriptus, *animam attrahens* ac *reddens*. Sic etiam Graecis πνευμων aeque, ac πλευμων vocatus, unde *pulmo* Latinis. Posset idem a verbo *Lof*, fatuum ac evanidum esse, nomen ducere. Inanis enim ac insipidus pulmo. 200.

Smune apud Shenuth. Coturnix videtur esse, nomenque sumptum ab Arabibus, *qui Sumana* ob pinguedinem vocant. Coturnices olim nutriri solitae ad voluptatem et ludos. Alias coturnix *Peri* denominata in Aegypto. Cui simile *Perpereth* apud Aethiopes. Hoc autem fortasse a פרפרות *Parperoth*, quae sunt in Thalmude cupediae seu delicatiores cibi, significatum ducere. 201.

Σοβελ chamaeleon niger in append. Dioscoridis. A lepris ac lichenibus sanandis nata appellatio: quia *Sobh* leprae, *El* tollere Aegyptiis. Quae nigri chamaeleontis compertae ac testatae vires. 201. 202.

Σεμφια, elleborum album in append. Dioscoridis. Nomen interpretandum ἡρακλειος γονος *semen* vel *foetus Herculis*, quomodo Aegyptii Hierophantae elleborum vocant. Ratio vocabuli ex historia petitur. Nam plurimum nasci tradunt in Oetae iugo circa pyram, ubi Hercules igne consumptus est. 203.

Sonti resina, a *Sonti* pinus, unde defluit, vocata. Sic etiam cedrium, id est succum e cedro stillantem plerique ab arbore nomen habuisse putant. 204.

Sori, fossile, spectans ad metallorum genus. A Dioscoride, Plinio, Galeno celebratum. In Aegypto, ubi maior soreos praestantia atque copia, denominari coeptum, dictumque a *Sero* accendere vel urere. Nam soreos caustica vis potissimum commendatur ab antiquis. 204.

Συμ vitex, vimen, λυγος. In app. Dioscor. τον αγνον η λυγον Αιγυπτιοι σουμ. Fortasse σοῦμ pro *Soun* a *Son* vincire aegypt. derivatum. Eadem vis graeci nominis ac latini. 205.

Sumani genitalia: a *Tuamani* gemelli apud Arabes; quo pacto διδυμοι et *gemini* graece latineque testes significant. 205.

Sunhor Orion, sive αςερισμος Orionis. Nam *Su* astrum, *Or* Orion. Ita *Suntove* lucifer seu stella matutina, *Sunruhe* vesper seu stella vespertina, *Sunuhor* canicula seu stella canis. 205.

Surot astrum Veneris in Scala M. Nomen non esse factum a μαζουρωθ Iobi XXXVIII. 32. contra Iablonskium ostenditur. Hoc enim ex hebraeo expressum, non singulare astrum, sed plurium stellarum complexum denotare. *Surot* vel *Sourot* natum a زهرة *Zoharat*, quae sidus Veneris est apud Arabes. Inditum vocabulum a زهر splendere, pulcrum esse. Quemadmodum luna זיהרא pariter ob splendorem vocata a Chaldaeis. Stellam Veneris καλλιςην dici ab Aegyptiis, a Manethone proditum; uti ab Homero ἑσπερος, ὁς καλλιςος etc. Obiecta a Iablonskio facile refutantur, cumque secum pugnare manifestum fit. 205. 206. 207.

Σοφοιφ aristolochia herba in append. Dioscor. Vox a *Sop* tollere, et *Hefo* vel *Hof* vipera, serpens composita. Unde *Sophof* aut *Sophefo*, serpentes amovens, tollens. Quo insi-

gnis aristolochiae notata virtus contra serpentes eorumque morsus, quam veteres una voce testificati sunt. Eodem pertinet *Opetis*, aliud aristolochiae nomen in Apuleio. Sed hoc graecum est, videlicet σφιτης. 207.

Σπινθηρες scintillae, flammulae. Fortasse Graeci ab Aegyptiis vocem mutuati ⲁⲥⲡⲓⲛⲧϩⲉⲣⲱ *Aspinthero*, id est *linguae fornacis*, quae saepius dicuntur linguae ignis. Σπινθρακες Cant. VIII. 6. a σπινθηρες significatu non discrepans, pariter ex aegyptio sermone sumptum, scriptumque ⲁⲥⲡⲓⲛⲑⲣⲁⲕϩ *Aspinthrakeh*, id est *linguae carbonum*, flammulae. pag. 208. 209.

Stagul aranea. A *Sthot* filum, et *Gol* circumvolvere factum *Stagul*. Nam tale aranearum ingenium, fila circumvolvere, retiaque contexere ad muscas capiendas. 210.

Σωμα, locus vel septum Alexandriae, ubi regum sepulcra posita, de quo Strabo lib. 17. Futilis notatio vocis, a Casaubono prolata, σωμα dici ab Alexandri *corpore*, quod ibi conditum fuerat. Vera ex aegyptia lingua sumitur, in qua *Somhau* significat, quod res erat, nempe *murum* vel *septum sepulcrorum*. 212.

Σωφεθι rubia, erythrodanum in append. Dioscoridis. Copt. scriptum ϭⲟϥⲟⲩⲉ *Sophove*, ad litteram *planta rubia*, ερυθρα. *So* planta, *Phue* seu *Phove* rubia; ut Arabes فوة *Phua* vocant, Hebraei Chaldaeique פואה. Et in lib. nomin. hebr. *Fua rubrum*, et Philo φουα ερυθρον. 214.

Tabir praetorium, locus iuri dicundo: a דביר adytum, oraculum hebr. Eadem vox expressa a Graecis Δαβιρ lib. 3. Reg. *Tabir* Aegypti praefectura apud Kirkerum. 216.

Tanoser urbs Aegypti. Male Crozius in lexico *Anoser*, a Kirkero deceptus. Esse ιερακων πολιν, de qua Strabo, vocis indicio demonstratum. An Tentyra sit *Tanoser*, quaesitum. Tentyritas accipitrem colere probatur Cl. Aeliani testimonio eorumque nummis. 217. 218.

Ταρταρος Tartarus: nomen ab Aegyptiis traditum Graecis: idque dici a *Stherther* seu *Therther* tremere coptice. Tartarum a frigore ac tremore nuncupatum docet Plutarchus. 218.

Ταφρος, ταφρη, fossa. Vocabulum in Aegypto compositum. Inepte a ταφος sepulcrum derivare nonnullos. Nam ταφροι, Hesychio, Suida, Philoxeno testibus, fossae sunt, ductae circum urbes ac castra custodiae ac munitionis caussa; etiam aggeres et vallum. Scriptum videtur *Taphareh* Aegyptiis, quo, quidquid ad custodiam pertinet, designatur. Inde ταφρη et ταφρος Graeci. 219.

Temtham mulus. Idem *Tumtum* chald. quasi *occlusus*, quod a טום *Tom* obstruere dicitur. Aeque a Coptis *Themtham* a *Thom* obturare derivatum. 221.

Tenattes. Cognomen vestis, quam Hilarioni donavit Antonius abbas. Significatio eius ex lingua aegyptia depromitur, id est pallium obsoletum ac detritum, cuiusmodi est τριβων seu τριβωνιον graece. Idem esse *Tenatum*, quod est in alio codice. Rosweidus *Renatum* legens, idque habens pro pelliceo ependyte, atque a *Renone*, quae pellis erat usurpata Gallis ac Germanis, trahens, refutatus. *Eraciestes*, quod pro *Tenattes* exhibet vetus liber, explicatum. Eo Tenattis proposita significatio apertior fit. Eraciestes erasa est ac trita vestis, nempe ρασιοδης vel ερασιοδης, vox latino-graeca. Μοναχου ρασα Graecis recentioribus dicti τριβωνες, et monachi ρασοφοροι vocati, id est de-

rasa pallia ferentes; unde ῥακοφορεῖν monachi habitu indutum incedere. 221. 222.

Τέννις, lacus in Aegypto inferiore, tum tractus et ora ad lacum, quam βουκόλοι incolebant. Quae pars ab Heliodoro et Achille Tatio eleganter descripta. Videri nomen inditum ab ⲧⲁⲛⲉϩ, *boves agere, ducere*, βουκολεῖν; unde *Tenneh* βουκολίον. De *Mansala*, quam hodie vocant, oppido ad lacum sito sermo habitus. Cognomen antiquum esse, scilicet ⲙⲁⲛϣⲱⲗ *Mansal*, id est *locus spoliorum ac praedae*. 223. 224.

Τήβεννα, τήβεννος, toga. Spectata eius origine, *palmatam*, seu trabeam videri: quia *Beni*, *Benne* palma aegypt. Vox olim quasi in hunc sensum usurpata a Graecis. Dionysii Halicarnassei locus explicatus. Quid sit τήβεννα περιπόρφυρος, φοινικοπάρυφος, expositum. Non esse τήβεννον a Temeno quodam Arcade inventam ac denominatam. Vocem barbaram esse, visum Dionysio. Ab Aegyptiis cum ipsa re verosimiliter acceptam. Polymitae in Aegypto primum repertae. Praeter τήβεννον, etiam βένικον ac χλαμυβένικον dici, a ⲃⲉⲛⲓ declinatum a Graecis. 224. 225.

Τιθαι stratiotes in append. Dioscor. Dicta a *Tiabe*, quod est pugnare Aegyptiis, quasi herba pugnantium. Eodem pertinet graecum nomen στρατιώτης. Nam valere ad sananda vulnera Plinius ac recentiores herbarii docent. 226.

טוטפות *Totaphot*, schedae sacrorum librorum locis inscriptae, capiti adalligatae, ac e fronte pendentes. Vocem ex aegyptio sermone sumptam fateri Iudaeos doctores, Bochartum, Scaligerum. Scriptum videri ⲧⲉⲧ.ⲧⲁⲫⲉ, significans id, quod in capite est, vel ad caput pertinet. Inde Hebraei טטפה singulare, טוטפות plurale, proprie *capitalia*, quae vulgo *frontalia* reddunt. 227.

Tobi, vocatus mensis ordine quintus. Eo reditus Isidis e Phoenicia celebratus, narrante Plutarcho. Inde nomen. Nam טוב *Thob* reverti est in toto Oriente: et in Aegypto non dissimilis verbi *Tob* significatio. 228.

Ὑσγη, ὑσγινον: esse proprie purpureum colorem, ut aliqui putant, vi nominis confirmatum. Hoc enim ex Aegypto petitum, ὑσγη *Usge* inquam vel *Usige*, nihil ab ⲟⲩϭⲏϫⲓ *Usigi*, quae purpura est aegypt. discrepare. Non esse *Hysgen* plantam quamdam, neque coccum, uti a Pausania creditum. 229.

Phaki sesamum: a فقا *Phacca* quod est condire, vocatum. Nam sesami usus maxime ad condiendum. Unde σησαμοειδής, quod erat optime conditum, dicebant, et *papavere ac sesamo sparsum*. 230.

Φάνης Deus in orphica theologia. Vocem non graecam, sed aegyptiam esse, eamque forsitan a pulcritudine significatum ducere. Verius *Phanes* esse ⲫⲉⲛⲉϩ *Pheneh*, mundum, quod orphicae doctrinae maxime consentaneum. Idem Deus ab Hierophantis *Phanaces* denominatus apud Ausonium, *Mystae Phanacem nominant*. Non id corrigendum, neque mutandum in *Phanates* cum Accursio et Florido. Nam ⲫⲉⲛⲉϩ redditum φάνηχ: unde φανάχης seu φανάκης Graeci. 130.

فرما *Pharma*, *Pharama*, urbs vel oppidum Aegypti, Pelusio proximum. Nomen esse *Beromi* seu *Beromia*, quod valet *novum Pelusium*, ab Aegyptiis urbi impositum, quum primum exstructa est. Haec enim, quando Pelusium cecidit, in eius locum successit. A *Beromia* seu *Baramia*,

factum *Paramia* vel *Pharamia* apud belli sacri scriptores, et فرما *Farma* apud Arabes. 231. 232.

Pharus. Nomen datum a *Phro* vel *Pharo*, *os*, *ostium* aegypt. Habita haec insula ostium Aegypti, qua Graeciae totique Europae in Aegyptum mari erat aditus. Imperite Graecos *Pharon* ducere a φαω luceo, vel a φως φερειν. Multo enim antiquior appellatio, quam turris exstrueretur, unde lumen per noctem navigantibus elucebat. 232.

Phei pulex: ob saltum dictus ab Aegyptiis; uti *Ebn Tamir*, id est *filius saltans*, ab Arabibus. 234.

Pheli, faba: a *Fhul* item faba in Oriente non diversum. Vocalium discrimen in linguis Orientis atque Aegypti fere nihili est. 234.

Phepere saxifraga in Apuleio. Significatio vocis, *herba coturnicum*, quia *Peri* coturnix. Pastum saxifragae vires addere coturnicibus ad praeliandum. Idem de perdicibus a Plinio traditum. 235.

Phiom, arab. *Elphium*, in Scala Kirker. Aegypti regio, olim aquis obtecta, postea coli ac habitari coepta, aquis in tres alveos Iosephi opera derivatis. Inde nomen habuisse, quia *Phiom* Aegyptiis mare est. Elphium non ideo dici, quod ea vox arabice denotet *mille dies*. Historiam, unde hoc etymon petitur, fabulosam videri. Eadem plaga *Elgiubeh* vocata ab Arabibus. Cuius appellationis prolata ratio. 237.

Phoroneus Argi rex. Fortasse ab Aegyptiis denominatus ⲫⲟⲩⲣⲟⲉⲛⲉϩ *Phuroeneh*, id est *rex saeculi*, quia credebatur remotissimae vetustatis. Quod antiquorum, Acusilai, Platonis, Hellanici, testimoniis confirmatum. 238.

Φωσσων, φασσων, aegyptia vestis vel tunica: Coptice *Phossont* seu *Phassont*, indicans vi vocis *polymitam* seu *multiliciam*. Polymitas in Aegypto elaborari solitas. Talem putari Iosephi tunicam פסים *Phassim*. A φασσων factum φασσωνιον et ἡμιφασσωνιον. Quae paucis declarata. *Phosson* minus proprie a Lycophrone pro velis nauticis usurpatum. Idque inepte vel a φαω vel a φυσασθαι ductum a grammaticis. 239. 240.

Phostaton, Babylon Aegypti; Arabibus *Fostat*, et *Fostat Mesr* seu *Fostat Babel*, uti etiam Coptis ⲫⲫⲟⲥⲧⲁⲧⲟⲛ ⲛⲧⲉ ⲃⲁⲃⲩⲗⲱⲛ. Nomen latinum videri, hoc est *fossatum*, quo etiam usi Graeci recentiores. Id non modo fossam castris circumpositam, sed castra ipsa, vel castrum designare. Quod multis probatum. Babylone castra a Romanis posita, ac milites constituti, qui Aegypto praesidio essent. Inde cognomen *Fossatum Babylonis*. Aliae urbes χαραξ, id est *fossatum*, dictae pariter ob castra in iisdem fixa. Unde etiam petitum *castri* vocabulum, quod multis Europae locis inhaesit. Certius indicium esse, Babylonem, quae *Phostaton Babylon*, alias a Coptis *kastron Babylon* vocari. Arabes, qui *Fostat* a tabernaculis Amrii Mahummedani repetunt, non dubiis argumentis convicti. 240. 241. 242.

Chameref parvum animal, campis noxium, a nigritie nomen habens: quia *Ro* os, *Chame* niger. 243.

Charuki, الضب, crocodilus, lacerta. Arabicae vocis origo prolata: tum copticae, quae a *Charo* silentium, ducitur. Crocodilum quondam elinguem creditum. Testes Herodotus, Plinius, Plutarchus. pag. 243. 244.

Chemi Aegyptus in copticis libris, χημια in graecis. Ita vocata, vel a calore regionis, vel a nigritie sive telluris sive incolarum. Utraque vocis potestas est, quum in Oriente,

tum in Aegypto. Ab aliis cum Hieronymo a Chamo, a quo Aegyptii propagati putantur, nomen ductum. pag. 245.

Χενοσιρις, hedera. Nomen ab Aegyptiis hederae attributum, idque exprimere φυτον Οσιριδος, scriptum a Plutarcho. Namquo hedoram ab Osiride inventam ferunt. Χεν factum a ϣϣην seu ϣην φυτον coptice. Idem per נטה, quod *plantam* designare videtur, redditum ab Hebraeis. pag. 244. 245.

Chrur rana coptice, *Kurr* arabice, *Kurur* punice. In quibus sono vocis ranarum stridor expressus. pag. 247.

Orban buxus. A verbo *Oreb* odio habere, abominari cognominata. Nam *semen eius cunctis animantibus invisum*, et genus eiusdem *in omni usu damnatum* scriptum a Plinio, et illius fructum αβρωτον παντι ζωῳ a Theophrasto. 251.

Scial seu *Scal* myrrha. Non est aliud *Sacal* succi vel gummi genus in Aegypto, a Plinio laudatum. Βαλ autem myrrha apud Aegyptios eosdem, quod in Plutarcho legimus, vel natum ex prava scriptura, vel ex eo, quod illi *B* pro Scei aliquando usurpaverint. 253. 254. 111.

Scialuki crabro: vocatus a *Scioleh* aculeus, quasi aculeum habens. Unde proverbium, σφηκιαν κινειν, σφηκιαν ερεθιζειν, et in Plauto *noli irritare crabrones*. Sic autem *Scialuki* dictus, ut a *charo* silentium crocodilus, qui elinguis putabatur, *Charuki* appellatus. 254.

Sciari vel *Sari* palustris planta, uti iuncus, alga, biblus, de qua sermo est in Hesychio, Plinio, Theophrasto. Inde *Phiom Sari*, hebr. ים סוף, *mare iunci* ab algae ac iunci copia, quod Graeci ερυθραν θαλασσαν. Τῳ *Sciari* simile nomen apud Aethiopes. 255.

Sciau felis. Nomen vocem felis exprimens: uti *Gnao* in Italia, نعا in Arabia. 255. 256.

Sceltam, sinapi; ab Arabibus acceptum. Napo simile sinapi. Immo idem ναπυ Atticis, quod σιναπυ aut σιναπι caeteris. Reiectum napi etymon ab Isidoro notatum, ac τυ sinapi ab aliis grammaticis. Melius ab Oriente duci. Quid sit βλεπειν ναπυ apud Aristophanem. 259. 260.

Sceneset urbs in Thebaide, quam Graeci vocant χηνοβοσκια. Sicuti graece, sic etiam coptice ab anseribus denominatam, quos Aegyptii dicunt *Ceneson*. Quamvis caussa vetusti cognominis ignoretur. 261.

ϣεнноϩ *Scennoh*, seu *Schennoh* in Sophonia; *Schoenum* esse, de quo Graeci ac Latini verba faciunt, id est mensuram aegyptiacam ad deprehendendas locorum distantias. *Schennoh* ad litteram *mensura funiculi* seu funiculo inita, quantacumque haec mensura seu schoenus fuerit. Spatium quoque ita dimensum, *Schennoh* vel schoenum dici, ut in Sophonia нι ϣεнноϩ ητε φιομ, *schoeni maris*. Confici ex his, schoenum non esse vocem graecam, a σχοινος funis ductam, quae communis opinio doctorum, multo minus hebraeam, quod aliqui dixere. pag. 261. 262.

Scenosi, tamarice, myrice. Vocabuli sensus est *planta noxia*. Ex ea maleficia olim fieri consuevisse. μισρα pharmaca esse, odiis concitandis accomodata. Isidori ac Hieronymi παροραμα. Vulcanii ac Martinii emendationes ineptae. Tamarice unde sit. Notatio vocis proposita a Salmasio, repudiata. *Atle*, myrices cognomen in Alpino, non Aegyptiis proprium,

sed a Persis vel Arabibus traditum. 262. 263.

Scens byssus, idem, ac שש. Hebraeos accepisse ab Aegyptiis. Byssus serico proximum, aliud tamen. Chaldaeis ac Syris בוץ dici: unde *βυσσον* Graeci. Eadem vox serius usurpata ab Hebraeis. 263.

Scenisi cedrus, ad litteram *lignum picis* vel *cedrii*. Cedrium Arabibus *Aikitran*. Idem עטרן *Ghitran* Thalmudicis. Ex his *κεδριον* factum a Graecis, a quo arbori nomen inditum. *Kitran* vero vel *Ghitran* a verbis *Katar* seu *Gatar*, quae in Oriente valent *olere*, *stillatim fluere*. Plinium quoque ab Oriente cedrii nomen arcessere. Oppugnata Mazzocchii sententia, *κεδρον* petentis a קדרוס *Kadros*, quod est in Onkeloso. Verius, graecam vocem a Chaldaeo interprete redditam. *ρητινη* a رجن seu رجينة *Ragina*, vocata a Graecis; quamvis aliter sentiat Bochartus. رجن vero ab ארזין cedrinus duci probabiliter; quod ipsum ab ארז cedrus hebr. 264. 265.

Scento sindon: forsan a ϣⲉⲛⲧ *Sciont* plectere derivatum. A *Sento* autem *σινδων*; quia multi sindones aegyptias putant. Non id tamen plane compertum. Nam etiam tyriae sindones celebratae, quas auctor Etymolog. M. a Sidoniis inventas refert: Et סדין sindon est in libro Iudicum. pag. 265.

Slombeg *νυκτικοραξ* Levit. XI. Male a Crozio habitus *καταρρακτης*. Sensus vocabuli, *niger accipiter*, vel *accipiter nocturnus*, ex باز באז accipiter, et צלם niger constantis. *Mulag* vero pariter *νυκτικοραξ* Deuter. XIIII. factum videri ex املغ *Amlag*, quod fuscum nigrumque denotat arabice. 270.

Sciolmes culex: a *Sciolh* aculeus, et *Mes* nasci coniunctum. Nam culici aculeus ingenitus. Kirkerus correctus. 272.

Scionti vel *Sonti* spinae. Idem سنط *Sant* acacia, spina aegyptia vel arabica. Eodem pariter referri *Sittim* seu *ligna Sittim* Exod. 25. cum Hieronymo putant multi. Unde campis Sittim in Moabitide nomen datum. Sed hoc in quaestione positum. Acaciae vocabulum *Sont* vel *Sant* in Aegypto potius, quam in Arabia natum videri. *Sonti* primo spinam generatim, tum acaciam potissimum cognominatam. A *Sonti* facile *sentis* apud Latinos: quod Vossius et Mazzochius aliunde petunt. 272. 273.

Sciotref accipiter: a טרף *rapere*, *dilacerare* nomen habens: unde טרפית avis rapax, milvus in Oriente. 274.

Sciuscits sibilus, per onomatopoeiam dictus aeque, ac *συριζειν* graece, sibilus latine, שרק hebr. 275.

Sciosc, *βυβαλος* Deuter. XIIII. Locus a Wilkinsio male habitus. *Ehensciosc* *βυβαλος* in codic. Nan. prave a Mingarello redditum *pastores*. Eadem vox perperam a Georgio correcta, atque explicata *amaros boves*. Aliud animal *Fisciosc*, arab. *Alvebro*. Erratum Kirkeri. 276.

Sciosc pastor: a *Sciosc* opprobrium nomen sortitus. Notatio vocis a Moyse indicata, quum narrat, odio esse Aegyptiis omnes pastores gregis. Itaque historiae veritas vocabuli significatu, vicissim etymon vocis ac linguae copticae antiquitas Mosis narratione confirmata. 280.

Scioscen in Scala M. idem ac שושן, quod plerique lilium interpretantur, arab. سوسن, *σουσον* graece. Kirkerus *hyacinthum*, cui simile lilium antiqui referunt. 280.

Sge locusta, ab *Asgio* multiplicare appellata. Ob eandem caussam ארבה dici ab Hebraeis; quia רבה *multum esse* adsignificat. Locusta-

rum copiam in proverbio esse. 281.

Fukasi piscis saxatilis, arab. *caput petrae*. Male a Crozio ac Kirkero pro muraena acceptum. Namque factum a φυκις, quo modo Graeci pisces huiusmodi appellant. 284.

Charasouts lepus Psal. 103. Vox a Persis adscita; apud quos est *Charazicusc* lepus. Ratio vocabuli ex lingua persica explicata, scilicet *aures asini* habens, id est grandes, ut aures asini. Unde auriti lepores, ut asini dicuntur auriti. Probatum, *Charosouts* non esse χοιρογρυλλιον, ut vulgo putant. 286. 287.

Henufi vel *Hinufi* ubertas. Fere expressam a Coptis vim graeci nominis ευθηνια, quae ad litteram, bonus acervus frugum. Nam *Henufi* proprie *bona tritura*, quam Virgilius *magnam trituram* dixit. Contra *Hebon* penuria, fames, ad verbum *turpis* vel exigua *tritura*. 296.

Hensom ver. Male Kirkerus autumnum. Significatio nominis *initium aestus*. Ordo vocum in Scala M. restitutus. 296. 297.

Hepi fovea. *Han Hepi*, καταγαια Gen. VI. 16. male תחתים, id est infima arcae contignatio, a septuaginta interpretibus redditum. Rectius a Symmacho τα κατω. Locus Geneseos prave a Wilkinsio explicatus. *Hepi* ab *Hep* abdere ductum. 297.

Homt aes. Ex *Homt* vel *Hemot* factum ἡ ἰμυθ, de qua opus editum a Zosimo Panopolita. Την ιμυθ videri χαλκιδικην, quam scientiam Chemici profitebantur. Quid ea sit, ac quo differat a χαλκουργικη. Male χαλκιδικην in scholiis Apollonii Rhodii correctum, mutatumque in χαλδαϊκην a Rutgersio. Ιμυθης dictus Aesculapius in *Eclogis physicis*, sane quia χαλκιδικην, vel primus invenerit, vel plurimum excoluerit. 300. 301.

Hoiti vel *Hoite*. Hyaenam esse multis argumentis probatum. Male pro taxo vel mele acceptum a Kirkero et Crozio. *Hoite* vero dictum ab עיט *Hait*, quod est bestia rapax hebr. Notatio vocis, Hieremiae loco demonstrata, ubi עיט צבוע, id est *bestia rapax hyaena*. Hyaenae feritas ac rapacitas veterum testimonio confirmata. Locus ex cod. Nanianis prolatus. 306.

חרטמים *Hartummim* magi, sapientes, arioli in Genesi et Exodo. Vocem aegyptiacam esse, a Iudaeis doctoribus traditum. Forsitan his litteris expressam, ϩⲁⲣⲉϩⲧⲱⲙ. *Harehtom*, unde חרטם *Hartom*, id est *secretorum* vel *adytorum custos*. Rectius *rerum secretarum*, quod essent huiusmodi hominibus arcana sapientiae cognita, ac velut in custodiam credita. Clericus nomen a Chaldaeis petit, *clausorum inspectorem* interpretatus: cui tamen fere geminum, ⲥⲟⲡϩⲧⲱⲙ *secretorum spectator*, esse potuit in Aegypto. 304.

Giabagib. Satyrum esse vel Satyri similem, cum quo colloquutus fertur in solitudine Antonius abbas. Nomen ab Arabibus sumptum, nempe زبزب *Zebzib*, proprie pilosum significans. Quamquam *Zebzib* ferum animal feli assimile referant Arabes. Idem שעיר *pilosus* apud Hebraeos: quomodo שעירים in Isaia Hieronymus *pilosos* est interpretatus. 309.

Giani, Tanis urbs Aegypti: a situ appellata; quia *Giane* est humile, depressum. Cognomen urbis apud Hebraeos, Arabes, Graecos ab aegyptio originem habere. *Giane* vero appellativum, id est planum, humile, ab Oriente adscitum. Castelli alucinatio detecta. 310. 311.

Giapgip formica. A festinando ac opus urgendo nomen inditum, scilicet a *Giapgep*. Quare ad formicam piger missus a Salomone. 311.

Gelkes cimices, a *Giolg*, id est ab inhaerendo dicti. Quae cimicum proprietas est. 313.

Gegres, *Gigres*, panthera, leopardus, tigris. Nomen esse a *Ragreg* seu *Chragreg* frendere. Hoc autem a sono, quem frendentes edunt. A *Gigres*, Tigris appellata a Graecis: quamvis vocabulum ex lingua armenia repetat Varro. Hinc herba, quam Graeci *Oxalis*, Arabes حمض ob acrem saporem denominant, *Gegre* dicta ab Aegyptiis; quod eam manducantes dentes constringant, ac veluti frendeant. 316.

Gebhobui upupa. A voce upupae *Bu bu*, tributa appellatio. Unde eam ἔποπα Graeci, *upupam* Latini, rursus Copti *kukuphat*. Bestiarum voces articulatas non esse. Quare paullum diversis sonis efferri. *Gebobui* seu *Gebubui* a *Ge* dicere et *Bu Bu* coniunctum, *bubulans* latine reddi posse. Quod de bubone dictum in carmine de Philomela. 316. 317.

Gossipium. Vocabulum Aegyptiis nativum, idque huiusmodi ϫⲟⲥⲉⲡⲡⲓ *Goseppi*; significans *fructus* vel *fetus* τȣ *Seppi*, nempe eius plantae, quae inde gossipium vocata. An etiam *Xylon* appellata fuerit, quaesitum, quod scripsit Plinius. Verba Plinii examinata. Cur lina ex gossipio, *xylina* dicta sint. Notatio vocis prolata a Forstero parum verosimilis. 320. 321.

Saluks, scarabaeus. A سلح, id est a stercore nomen consequutus. Idem *pater pilularius* ob stercoris pilulas vocatus ab Arabibus, et σκατορύχος, id est *scrutator stercoris* a recentioribus Graecis. 324.

Sagembiri hirundo. Nomen compositum e *Sag* avis, et *Biri*, quod si pro ⲃⲉⲣⲓ accipiatur, esset *avis nova*: νέα χελιδών vetus adagium. Verius, *Biri* scriptum pro ⲃⲏⲣⲓ; unde est *avis verna*. Nam ἦρ βῆρος ver apud Aeoles. Hirundo ἐαρινὴ ὄρνις Oppiano, *praenuncia veris* Ovidio. ⲃⲏⲛⲓ in cantico Ezechiae unde sit. 325. 326.

Σισερτο, eryngium herba in append. Dioscor. Fortasse a virtute ciendi menstrua denominatum; scriptumque ϭⲓⲧϣⲣⲱ *Sitesro*, unde *Siserto*, significans *menstrua ducere*. Quod de erynge testatur Dioscorides, ac medici recentiores. 327.

Sle scorpius. Idem χηλαὶ Graecis. Potius vocem graecam natam a coptica, quam copticam a graeca. *Sle* seu *Slo* forcipem vocatum videri. Inde nomen scorpioni datum. A ⲡϭⲗⲏ factum ψάλις in Graecia. pag. 329.

צפרדע, rana. Fortasse nomen, ut multi putant, in Aegypto usurpatum, itaque expressum ϭⲓϥⲉⲣⲁⲧ vel ϭⲓϥⲉⲣⲁⲧⲉ, id est *pede saltans*, non gradiens, quod proprium ranarum. Similiter hebraeam vocem efferri posse *Tsipharade*, non habita ratione vocalium punctorum. Si haec ita sint, bina olim ranarum vocabula in Aegypto, alterum a coaxando ϫⲣⲟⲩⲣ, alterum a saltando ϭⲓϥⲉⲣⲁⲧ, quod nunc in usu esse desiit. 332.

Sre cochleare, a *Sre* excavare derivatum: quia usus eius in extrahendis e testa cochleis, ovis et aliis huiusmodi, notatus a Plinio ac Martiali. *Misthyri* autem, item cochlear, inter aegyptias voces recensitum a Crozio, e graeco μυστριον natum. 133.

Srompscial turtur. Ortum *Scial*

a צלצל turtur in Oriente. Adjunctum *Srompi* a Coptis; quia turtur pertinens ad columbarum genus: vel discriminis caussa; quum *Scial* myrrha sit aegypt. Croziana τῦ *Srompi* explicatio refutata. 333. 334.

ϭⲥ Dominus, ϭⲟⲓⲥ, vel ϭⲓⲟⲥ. Idem Doribus σιος Deus, et Laconibus σιορ, *S* finalem in *R* mutare solitis. Universe Ζευς, Δευς, *Deus*, Θεος, Σιος, copt. ϭⲓⲟⲥ vel ϭⲟⲓⲥ unum et idem Domini ac Dei nomen esse. 334.

Ψιαθος, ψιαθος, teges, storea. Nomen videri ab Aegyptiis inventum, idemque ita scriptum ⲡϣⲓⲉⲑⲟⲙ *Psiethom*; cuius propria significatio, *storea* seu *matta in longum extenta*, quales erant, quae humi sternebantur ad somnum capiendum. Hinc ψιαθος idem ac χαμευνη, χαμαιστρωτος, et *terratoria* apud grammaticos. 338.

Ψιμυθος, cerussa. Non graecae, sed aegyptiae originis habenda vox, nempe ⲡϣⲓⲙⲙⲧⲁⲧϩ *Psimtath*, id est *plumbi minutiae*. Nam fieri cerussam *plumbi ramentis tenuissimis* super vas aceti asperrimi impositis, atque ita distillantibus, a Plinio traditum. 340.

APPENDIX ETYMOLOGIARUM

Litteras graeco alphabeto a Coptis adiectas, plures vetustas esse sive antiquis Aegyptiis iampridem usitatas existimant. Ego, ut in superioribus dixi, in oppositam sententiam propendeo: a qua tamen, si ratio certior, aut probabilior suaderet, in contrarium flecti facile possem. Quod si vera esset illa opinio, ac plures earum litterarum originem suam Arabum scripturae deberent, inde illud consequi videretur, nullum exstare aegyptiacum codicem, in quo quidem eae consignatae invenirentur, saeculo octavo vel certe septimo vetustiorem. Qua quidem in re non valde moveor Augustini Georgii auctoritate, qui in fronte libri sui, *Fragmentum evangelii Iohannis graeco-copto-thebaicum saeculi quarti ex museo Borgiano*, nihil haesitans posuit. De cuius libri aetate longe aliter iudiravit vir multae eruditionis Woidius, ut ex praefatione ad novum testam. ex rodire Alexandr. ab ipso editum intelliges.

Pag. 2. v. 15. *Akori* (a) emendandum. Nam utroque loco scriptum comperi *Achori* (b) in cod. Borgiano. Quamvis *K* et *Ch* affines sunt et coniunctae litterae, quaeque facile inter se permutantur. (c)

Pag. 18. v. 7. Ἀλίβιχμ iuniperus, insanis opem praestans, quod a me, velut *ellibi*, id est *insaniam tollens*, acceptum est, facilius potuit a *lobi* insania, sine ulla additione, nomen durere. Quomodo aristolochia, pollens virtute contra serpentes, *Opetis* sive ὀφίτης simpliciter appellata est.

Pag. 20. v. 35. Arabicum Leonis librum inter codices Pinellianae bibliothecae recensitum lego.

Pag. 23. v. 21. Eadem ratione a Iablonskio rem explicatam video in libro *Collect. voc. aegypt.* post ejus mortem dudum edito a Tewatero, quem mihi, opere hoc absoluto ac litterarum formis impresso, quum Romam venit, legendum obtulit, vir eruditissimus Akerbladus. Id ipsum a Scholtzio iamdiu observatum, vel ex Iablonskii scriniis in lucem proditum idem Tewaterus refert pag. 461. Verum Scholtzii syllabus in hac huiusmodi librorum inopia, non modo invisus mihi fuerat; sed etiam, ut verum fatear, inauditus. Hoc idem in aliis perpaucis, sex nempe vel septem vocabulis, ut perinde atque ego exposueram, a Iablonskio accepta ac enarrata reperirem, contigit: quum tamen illa, in quibus ab eodem dissentio, multo sint plura; quae legentes notare cumque Iablonskianis conferre, atque, utra sint veritati propiora, statuere ac dijudicare poterunt.

Pag. 25. v. 18. Osiridis nomen similiter acceptum comperio a Schmidio *de Sacerd. Aegypt.* Cuius libri, quum illa scriberem, mihi copia non fuerat. Hoc me docuit Tewaterus in adnot. ad opus Iablonsk. pag. 188.

Pag. 39. voc. *Behensa*. Alterum loci vocabulum *Pemge* lego apud Georgium in praefat. libri *de miraculis S. Coluthi* pag. LII. idemque scriptum in cod. Parisiensi 63. aperuit Akerbladus: ubi haec, *Tipolis exerechou ete thai te tipolis pemge* (d). Namque *Exerechu* est certe *Oxyrynchos*, vitiose prolatum a Coptis recentioribus. *Pemge* porro habet Georgius loco cit. pro an-

(a) Ⲁⲕⲱⲣⲓ. (b) ⲁϧⲱⲣⲓ. (c) Sic ⲕⲟⲕϩ et ϧⲟⲕϩ scalpere, ⲕⲱϯ et ϧⲱⲧϧⲉⲧ inquirere, ⲕⲁⲕϯ a ϧⲱⲕ prurire &c.

(d) ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲉⲝⲉⲣⲉⲭⲟⲩ ⲉⲧⲉ ⲑⲁⲓ ⲧⲉ ϯⲡⲟⲗⲓⲥ ⲡⲉⲙϫⲉ.

tiquo urbis cogoomioe, ducens id a *Phemg* (a) οξυ, ex quo factum putat οξυρυγχον a Graecis, non recte. Neque enim hoc exprimit piscis proprietatem, ex qua *Brhensa* veteres Aegyptii, Graeci vero οξυρυγχον vocavere. Videtur idem mihi potius a vulgo ex verbo οξυρυγχος inerudite expressum vel detruncatum, Arabum more, qui hoc ipsum aliquando faciunt in graecis, uti *Halium* ex ἰλειον ασπαραγον, et *Bendok* ex ποντικον καρυον eos dicere observavimus pag. 155.

Pag. 43. v. 11. Liber Scalae M. Kirkeri manu exaratus, quem in hac pagina et in aliis interdum laudo, exstat in Bibliotheca Coll. Romani. Est autem is ipse, quem idem Kirkerus ex codice Valliano, ut in lucem ederet, descripserat.

Pag. 43. 41. His, quae diximus de *Dmenhure*, obest lectio Parisiensis glossarii copto arabici, *Tiermou katon* دمنهور (b) quam mihi, postquam liber meus ad finem perductus ac litterarum typis consignatus fuerat, notam fecit Akerbladus. Res utique dubia mihi videtur et anceps. Namque in Scala M. ms. quam Parisiis consuluit Akerbladus idem, a Kirkero olim Romae edita, Demenhur est *Timenhor*. Nec certe quis aliter arabicum nomen accipere, sive aliunde ducere possit. At vero in alio libro, quem supra laudavi, pro *Timenhor*, *Tiermukaton* legitur. Non absimili ratione discrepant itioerarii Antonioiani codices. Plures enim Hieropolin, quae Horopolis videtur, exhibent: Parisiensis Hermopolin. Haec inter se componant, qui possunt. Nam ego quidem vel Hermopolin, quaecumque ea sit, Horopoli proximam putem, unde confusae aliquando fuerint oppidorum appellationes: vel utrumque nomeo eidem loco quodam tempore attributum. Quae conjectura confirmari potest Athanasii loco ex epistola ad Antiochenses; ubi Dracontium, qui in hist. Lausiaca dicitur *pi episcopos ente ptiminhor*, eundem fortasse, ἑρμοπολεως μικρας επισκοπον nuocupatum reperio.

Pag. 56. v. 9. *Etesci* cum Epsilon etiam in codice copto-arabico Vaticaoo num. 73. scriptum lego.

Pag. 65. v. 20. Verosimilius puto, olim Aegyptios θου ventum dixisse, uti Arabea هوا, vel θου cum articulo, qui postea, ut in aliis contigit, venerit in partem nominis; unde πι θηυ.

Pag. 67. v. 21. Locus Herodoti in Euterpe non accurate expositus. Qui ita se habet, και ταδε αλλα Αιγυπτιοισι εστι εξευρημενα, μεις τε και ἡμέρη ἑκαστη θεων ὁτευ εστι, id est *Alia quoque ab Argyptiis sunt inventa*, scilicet *cujus Dei singuli menses diesque essent*.

Pag. 71. Quod scripsi de *Irmen* comparate ad ימין *Iammin*, sic accipe: uti *Iom* aegypt. est idem ac ים *Iam*; ita *Iemen* copt. a *Iammin* seu *Iammim* hebr. chald. non discrepat. Quae non tantum maria; sed etiam lacus ac piscinas denotant, uti *Iemen* apud Coptos.

Pag. 71. v. 33. *Iannoscer*, quod *accipitris lactucam* reddidi, aquilae etiam aut vulturis interpretari potuissem. *Noscer* enim huiusmodi rapaces volucres comprehendere videtur: ex quo, modo pro vulture vel aquila, modo pro accipitre usurpatum. Reapse id ipsum, quod Graeci narrant de accipitre, oculis adhibere succum lactucae, hoc ab aquila fieri, lib. *de virtut. herbar.* refert Apuleius.

Pag. 75. v. 9. Verba Diodori, οἱ γαρ Αιγυπτιοι &c. ita accipienda, uti

(a) ⲡϩⲉⲙⲝ. (b) ϯⲉⲣⲙⲟⲩ ⲕⲁⲧⲟⲛ دمنهور.

eadem pag. 137. exposita sunt. *Ameiri* vero utrum ab *Amaeu* maria ductum, eamque ob caussam revera de Nilo praedicatum fuerit, quaerendum.

Pag. 75. v. 19. Quae scripseram de *Ginior* (*a*) suo loco ponere oblitus, heic refero = *Ginior*, διαπερᾶν transire Matth. XIIII. 34. Marci VI. 53. *Pi Ginior* العبر transitus Scal. El. pag. 404. Male Kirkerus *transiens*, *considerans*, *exponens*. Pro *Ginior* etiam *Sinior* legimus in cod. Borg. et *Gioor* theb. Igitur *Ior* quod, non sine *Gin* vel *Sin* praeposito, ab Aegyptiis usurpari solet, est *trans*, *transire*, *transitus*; eundemque omnino habet usum, quem το עבר *Ever*, ei non multum dissimile, apud Orientales =

Pag. 77. v. 7. *Kakthi* pediculum denotare, ac potius *Kakti* fuisse scribendum, uti conieceram, persuadet glossarium graeco-copto-arabicum, in bibliotheca Colleg. *de propag. fide* adservatum, ubi haec *Phthires*, *nikakti*, القمل (*b*) leguntur.

Pag. 78. Καλασιριν aliter accepit ac explicavit Iablonskius in etymologiis aegyptiacis, a Tewatero editis. Equidem possem, si esset otium, contra dicere. Interim satius, quid in hac re existimandum sit, sapientum iudicio permittere.

Pag. 83. v. 12. Utrum *Kebnoni* significet carbunculum gemmam, quod scripsi dubitans, nunc dubium magis, magisque incertum videtur. Liber, unde locus, quem recitavi, depromptus, ad manum non est.

Pag. 95. v. 4. Quamvis *kes* vel *kos* aut *koos* aliquando pro eo, quod est sepelire vel sepulcro condere, usurpatum videatur: credo tamen, hoc verbo magis proprie multoque frequentius του εντaφιαζειν, quod est mortuos curare, aromatibus condire, fasciis involvere, significatum fuisse; uti observatum video a Iablonskio in libro eius, nuper prolato in lucem a Tewatero, pag. 389. Hoc facit, ut de sensu illorum, *ense koos empasoma*, nunc dubitem; quae ita acceperam, *et corpus meum intra se, tamquam sepulcro, condant*.

Pag. 101. v. 8. Origo verbi *Leon* inauris, quam haesitans proposui, mihi nunc minus probabilis videtur. Certe eam vocem in elencho aegypt. codicum Borg. pag. 575. in adnot. pro armillis vel annulis acceptam video. Ubi etiam *Lou*, alias fimbria, non dissimili significatu pro annulis usurpatum cernitur.

Pag. 108. v. 23. Incertum est, utrum huic solitudini *Sahre* vel *Mansahre* Arabes an Aegyptii nomen dederint. Si id ab Aegyptiis factum, eam a *Ssraht* ἡσυχια, quies, secessus, forsitan vocare potuerunt.

Pag. 110. vers. 36. Quamvis inter *Macht* (*c*) viscera copt. et verba Orientis, idem denotantia, magna similitudo intercedat: vocem tamen a *Chet* (*d*) venter ducere, vel eodem referre, fortasse commodius iudicabitur.

Pag. 112. v. 1. His adde *Sciol ebol* (*e*) in elencho codicum aegypt. Borg. pag. 569. quod pro *Bol ebol*, *dissolutus* videtur fuisse positum.

Pag. eadem v. 13. Etiam *Brehi* bitumen leges in Scala Kirker. pag. 204. et in lex. copto-arabico Vatic. num. 73.

Pag. 116. v. 4. Idem Aristoteles εχινομητρα histor. animal. lib. 4. cap. 5. unde Plinius *echinometra* lib. 9. cap. 31.

Pag. 117. 24. *Ni mescioti ente Chemi* non sunt nomi vel praefecturae Aegypti, quomodo accepit Bonjourius, sed omnino certam partem vel provin-

(*a*) ϫⲓⲛⲓⲟⲣ.
(*b*) ⲫⲑⲉⲓⲣⲉⲥ ⲛⲓⲕⲁⲕϯ القمل.
(*c*) ⲙⲁϧⲧ. (*d*) ϧⲏⲧ.
(*e*) ϣⲱⲗ ⲉⲃⲟⲗ.

ciam designant, ut ex attenta lectione epistolae facile intelligi potest, fortasse illam ipsam, quae in actis Anubi martyr. *Pthosc ni mesteioti* vocatur. Quod vero ad *nomon* attinet, teneo, quod scripsi, vocem esse assumptam a Graecis, sed certa quadam ac speciali significatione fuisse in Aegypto usurpatam. Neque tamen nomos a pascuis, quasi omnes Aegypti provinciae pascendis gregibus essent aptae, vocatos puto, quod primum a Bocharto, postea vero a Iablonskio in libro recens edito oppositum est; sed ab eodem verbo *νεμειν*, quatenus hoc distribuere ac partiri, vel etiam regere, denotat apud Graecos, nomen traxisse arbitror: unde nomi sint Aegypti regiones, in certas divisae ac distributae partes, vel Aegypti praefecturae, ut apud Plinium *praefecturas oppidorum, quas nomos vocant*. Qui vocabuli sensus cum nomi aegyptio cognomine *Thosc*, *οριον*, *διαταγη*, fere conveniunt, ut alterum mihi ab altero, *Thosc* inquam ac *Nomos*, natum, sive expressum videatur.

Pag. 121. v. 34. Τῷ *Morochtos*, quod ego *Emrocht* (*a*) scriptum ab Aegyptiis conieci, simile offerunt thebaici libri in elencho codicum Borg. pag. 511. ubi legitur *Semrohe* (*b*), certe herba illa, quae Malach. III. 2. dicitur *ποα πλυνοντων*, uti in eodem elencho adnotatum, constante vocabulo ex *Sem ποα herba*, et *Rohe*, memphit. *Roch*, *πλυνειν* purgare. De ea verba facit Hieronymus in comment. ad Hierem. ac *nasci* refert *in locis humectis ac virentibus, et ad lavandas sordes eandem vim habere, quam et nitrum*, Quum ergo idem sit huius herbae usus ac morochti lapidis, eadem utrique in Aegypto ab expurgando ac lavando tributa est appellatio.

Pag. 136. Verbia Hori Apollinis accurate perpensis, locum opinandi esse video, vocabulo *Nun*, non quidem Nilum simpliciter, sed eum potissimum exundantem ab Aegyptiis fuisse nuncupatum. Hoc si verum esset, is potius a *Nun*, *αβυσσον* apud eosdem significante, appellationem sortitus videretur. Verumtamen, quum maxima, et instar abyssi cuiusdam, Nili exundatio in inferiori Aegypto, seu *Delta*, ut appellant, annuatim fiat; mirum non sit, eodem nomine, quo Nilum in hac parte forsitan vocabant, abysson quoque fuisse denotatam: fere, ut ab *ωκεαμη*, quo modo idem Nilus propter aquarum copiam est dictus, oceanum postea denominatum probabili ratione demonstravimus.

Pag. 153. v. 9. הושיע *Hoscia salvare* hebr. et *Ugiai* vel *Usai* aegypt. non diversa verba esse, videtur in dubium verti non posse. Utrum vero Aegyptii ab Hebraeis acceperint, an contra Hebraei ab Aegyptiis, vel primitus ab una ac communi lingua derivata sint, antequam homines in varias terras dispersi, diverso sermone uti coepissent, quomodo sacra historia nos docet, compertum non est.

Pag. 159. Quod mihi de Pyramidis nomine iampridem facili coniectura persuaseram, ac Georgio Zoegae, istud a me postulanti, non paucis ab hinc annis aperueram, idem ab Adlero creditum, ac a Silvestro Sacyo relatum, modo me Tewaterus in adnot. ad librum Iablonskii pag. 925. ab sese nuper emissum, certiorem fecit. Libellum Sacyi, viri linguarum cognitione nobilis, *de Pyram. nomin.* a me frustra quaesitum, hactenus videre non potui.

Pag. 168. v. 4. In codice copto-arabico Vaticano num. 73. *αρτιλος* et *αρτιλογια* legitur, quomodo heic ego scribendum conieceram.

Pag. 171. v. 28. Etiamsi hiatum ex plurium vocalium concursu fugiant homines naturae ductu: haec tamen loquendi regula in plurimis neglecta ab Aegyptiis ex eorum libris deprehenditur.

(*a*) ⲙⲣⲟϧⲧ. (*b*) ⲥⲙⲣⲱϩⲉ.

Pag. 172. v. 5. *Phat* a *Fo* vel *Foi* non videtur duci potuisse. Propterea *Ratfo* vel est *δασυς* simpliciter ab insitis pilis; vel, si *Rat* pro pede accipiatur, est *δασυπης*, quo nomine lepus est nuncupatus a Graecis: qui vocem fortasse ab Aegyptiis sumpsisse putentur.

Pag. 187. v. 13. Σβω doctrina aegypt. quod a שבע ductum conieci, pariter a Trillero in *observat. crit.* ex eodem fonte derivatum, nos monet vir multae lectionis Tewaterus in adnot. ad Iablonskium pag. 274. Trilleri opus me non vidisse in tanta talium librorum penuria, mirum nemini accidet.

Pag. 200. v. 20. *S* in voce *Slifi* pro indice praesentis participii habere non est necesse. Est enim haec addititia littera, quae in pluribus vocabulis quadam loquendi consuetudine initio apposita est.

Pag. 205. v. 13. Σαν *σουν* in append. Dioscoridis lectum a Iablonskio, prout ego ex ingenio emendaveram, disco ex libro eius, prodito in lucem a Tewatero. Non tamen originem vocis, ab eodem notatam fuisse video.

★ Pag. 207. v. 11. Praestat heic alteram τη *Surot*, quae stella Veneris est, significationem notare, ex aegyptia lingua depromptam. Quippe nomen duci posset ab *Urot* (*a*) id est laetitia aegypt. Unde *Suurot* (*b*) sidus laetitiae. Quod certe Veneri aptum ac consentaneum esset: quae, quum nitet laetissima luce, tum est diei praenuncia: ex quo *φωσφορος* et *ἑωσφορος* vocatur a Graecis, *Lucifer* a Latinis. Quod si *Rot* aegypt. denotans *ανατελλειν*, id est exoriri, pariter de ortu solis vel siderum diceretur; tum vero etiam, ut alias *Suntove*, *la stella del Mattino*, Venus denominatur in Aegypto, ita eadem plane eodem sensu *Surot*, quasi *stella ortus seu diluculi* appellata videretur.

Pag. 213. v. 1. Posui *Hos. cap. x. v. 4. scriptum vides* &c. quia Prophetas minores, ex codice Montfauconii a Bonjourio olim Romae descriptos, una cum etymologiis meis evulgare mens erat, adiectis eorundem prophetarum thebaicis reliquiis, ex bibliotheca Borgiana depromptis. Sed hos, quamvis a me iampridem ex apographo Bonjouriano pariter descriptos, postea emendatos ac adnotatos habeam, editionem tamen eorum certis de caussis prorogare, sive in aliud tempus rejicere opportunius iudicavi.

Pag. 213. v. 3. Ovorum nomen fere idem in Aegypto ac in Graecia. Non tamen Aegyptios a Graecis accepisse affirmabimus, quum pariter Aegyptii potuerint tradere Graecis.

Pag. 214. v. 7. Facilius *Stemet* obediens a *Sotem* audire sine ullius vocis additione duci potest.

Pag. 214. v. 22. *Sosce* campus theb. omnino a *sesc*, *sosc*, aequalis, aequalitas theb. dicitur: quae memph. *scesc*, *sciosc* scribere solent.

Pag. 217. v. 27. *Danusar* arab. esse idem eiusdemque loci nomen ac *Tanoser*, idque *vulturum*, vel *accipitrum urbem* aegypt. designare extra dubium est. At vero, quum fuerit Tentyra nobilior urbs, quam *ιερακων πολις*, idemque vocabulum *Tanoser*, quoad significationem suam, illi etiam convenire possit, fortasse hoc tritius ac vulgatius Tentyrae cognomen, quam *ιερακων πολεως*, fuisse existimemus; si tamen haec, uti a Strabone exhibetur, alia a Tentyra ac diversa habeatur.

Pag. 229. Utrum *Tori*, una cum simili arabica voce, *regula* interpretandum sit, ambigo. *Akes* vero idcirco *ακις acies* eodem loco a me redditum, quia fere cum regulae, qua utuntur *τειχοδομοι*, significatu convenire visum est.

(*a*) ⲟⲩⲣⲱⲧ. (*b*) ⲥⲟⲩⲟⲩⲣⲱⲧ.

Pag. 230. v. 25. Unde Φανακης seu *Phanaces* venerit, Iablonskius pariter non vidit, cumque Accursio φανατης vel φαννητης corrigere voluit. Sic enim ille in libro recens edito pag. 373. *In quibus Ausonii versibus pro φανακης reponendum φανατης, et in latinis Phaneten, nemo negaverit, qui loca veterum de celeberrimo Orphicorum Phanete attente expenderit*. Legendus is tamen est: nam et ab eadem origine, unde ego arcessivi, scilicet a *Pheneh* (*a*), *Phanetis* vocabulum ducit; eundemque ab Aegyptiis αιωνα habitum, veterum testimoniis confirmat. Ego enim taedio ac labori parcens, unde ista peti possent, tantum indicaveram.

Pag. 232. ad voc. Φαρος. Iablonskius in libro, qui post absolutum hoc opus in manus venit, existimat, φαρον ab Aegyptiis denominatam, veluti *Phareh* (*b*), φυλακην, *custodiam*: in quo Strabonis maxime testimonio nititur lib. 17. pag. 792. Sed hac in re equidem ab eo multum dissentio. Neque enim, quod ait Strabo, si bene intelligo, id de Pharo insula dicit; attamen de ora Aegypti atque loco, ad quem postea Alexandria condita est; tunc autem vicus erat Rhacotes, multo tempore, antequam Pharus jactis molibus continenti iungeretur. Quippe ait loco cit. Primi reges Aegypti, suis contenti opibus, extraneos vero, maxime Graecos, odio habentes, *επεστησαν φυλακην τῳ τοπῳ τουτῳ, κελευσαντες απειργειν τους προσιοντας· κατοικιαν δ'αυτοις εδοσαν την προσαγορευομενην Ρακωτην, ἡ νυν μεν της Αλεξανδρεων πολεως εστι μερος το ὑπερκειμενον των νεωριων· τοτε δε κωμη ὑπηρχεν. τα δε κυκλῳ* &c.

Pag. 239. ad voc. Φωσσων. Iablonskius in libro, quem supra laudavi, *Phosson* habere nomen putat a *Foi* pilus, ac vestem e pilis confectam seu *cilicium* esse vult: quod certe, meo quidem iudicio, longe abest a vero. Nam antiqui omnes, Pollux, Hesychius, auctor Etymol. M. Suidas, hoc genus vestis e lino fuisse testantur, nemo unquam e pilis. Λινον autem παχυ apud Pollucem, ex quo facti Phossones, est linum densiore textura, seu multilicium; uti supra a me fusius v. φωσσων expositum est. Utrum de hac voce quidpiam subiunxerit Tewaterus, ignoro: quia librum eius in fine mutilum detulit Akerbladus. Desunt enim quaecumque a pag. 465. ab eodem scripta ac observata sunt.

Pag. 245. v. 33. Sunt, qui ארץ חם *terram Cham*, non a Chamo repetant, sed ibi *Chem* legant, ac vocem pro *Chemi*, id est Aegypto, accipiant. Verum non modo Hebraei; sed etiam Graeci ac Latini omnes, atque adeo ipsi Copti interpretes, *Cham* eodem loco legendum offerunt.

Pag. 262. v. 23. *Sknuh* (*c*) theb. quod ego, a *Sek* ducto vocabulo, tractum sive intentum funiculum interpretatus fueram, nunc paullo aliter explicandum existimo. Nam idem mihi nomen videtur, ac *Scennoh* (*d*) memphit. litteris *Sk* του *Sc* loco substitutis, quod minime est a thebaica scribendi consuetudine alienum.

Pag. 266. v. 30. Quamvis supra aliter visum fuerit: nunc tamen *Scei* (*e*) quidem fossa a שׁיחה; *Scek* autem seu *Sciok* a שׁקע potius natum crediderim.

Pag. 270. 32. *Sne* hortus ad *Sne* rete fortasse pertinet, propterea, quod horti in Aegypto cannis reticulato opere consertis protegerentur. Quod ipsum in monumentis cernere ac observare licet. Nihilominus nomen, hortum aeque ac rete significans, recte, opinor, a גנן cingere, protegere a nobis derivatum est; unde etiam in Oriente utraque retis atque horti significatio profluxit.

(*a*) ⲫⲉⲛⲉϩ. (*b*) ⲫⲁⲣⲉϩ. (*c*) ⲥⲕⲛⲟⲩϩ. (*d*) ϣⲉⲛⲛⲟϩ. (*e*) ϣⲏⲓ.

Pag. 271. v. 15. *Sciuscious ei* valet etiam salutare, laudare, honorare, ut in Encom. Macarii Episcopi Tkouen. *Efohi eratf efsciusciousci emmof* (a). Quod a *Sciusciu* laus, laudare, addita particula αυξητικη, derivatum videtur. Hinc pariter *Sciuseiousci* sacrificium, vel sacrificii honos duci potest.

Pag. 283. In codice Vaticano copto-arabico num. 73. pro *Fori* scriptum *Bori*, بوري. Piscis nomen, ut monui, ab oppido quodam repetit Castellus. Cuius opinionis si forte antiquum aliquem auctorem non habuit, vicum contra a pisce appellatum, verosimilius videatur. Urbes enim atque oppida a bestiis, quas colerent, in Aegypto cognominare mos erat.

Pag. 283. v. 10. Quum scripsi litteram *Fei* (b) pro *Fe* ف, vel *Phi* fortasse Coptos ex Arabum consuetudine usurpare coepisse, non memineram eorum, quae multo ante legeram in charta papyracea Borgiana, graecis litteris in Aegypto secundo vel tertio saeculo exarata, quae a Nicolao Schowio, viro eruditissimo, in publicum edita ac explicata est. Ibi enim non semel eadem littera, pro *Phi* φ posita observatur; ut in Ορσανυφις, Οννωφρις, χορτοφαγος. Nisi vero illa eiusdem litterae φ psullum diversa scriptura potius habeatur, quam alia littera *Fei*; quae nunc certe non facile in copticis libris pro *Phi* (c) sumpta atque adhibita invenitur: quamvis eadem fere sit utriusque potestas.

Pag. 286. In lexico graeco-copto-arabico, qnod est in Biblioth. Coll. *de Propag. fide* sic legitur, *lagoos*, *charasouts*, للارنب (d) quo significatio τυ *Charasouts*, quem leporem esse docui, manifestior fit.

Pag. 288. v. 19. *Chelsciri* adolescens copt. ab *Elgiri* puer arab. natum, mihi certe verosimile videtur. Non tamen *Sceri* filium pariter a *Giri* vocatum puto. In quo observanda scripturae diversitas. Nam *Sceri* filium Copti per Eta. *Chelsciri* autem per Iota notare solent. Quod enim in Zacharia *Chelsceri* legimus, librarii negligentiae tribuere facile possumus. Chei vero in *Chelsciri* an ita se habeat, ut χ in *Chuom* et *Chuab*, quemadmodum scripsi, non habeo plane compertum.

Pag. 293. v. 28. Potius *Hannub*, quam *Hamnub*, scribendum videtur. Reapse *Hannub* aurifex habes in elencho codicum Borg. pag. 575. Sunt tamen eius scripturae alia exempla in libris copticis, ut in eodem elencho pag. 632. *Baiscemnufe* theb. pro *Faiscennufi*; item *Scemnufe pro Scennufi*.

Pag. 294. 26. Ad *Hebi* iugum, de cuius vi atque origine suspicionem meam protuli, το *Nahb* vel *Nahbef*, item iugum, referri posse videtur: quod ipsum alias, id est pag. 130. cum *Nahbi* humerus bene conveniens demonstratum.

Pag. 297. v. 17. Qua ratione *Hetche* usurpatum a Coptis, eadem *Hethet* eos dixisse reperies apud Crozium pag. 26. Exempla huiusmodi, in quibus verbo casus praeponitur, alia quoque in hoc libro occurrent.

316. 13. Tigridis, ferae nomen ex lingua armeniaca certe repetit Varro. Plinius vero de Tigri flumine loquens, ab eadem origine, id est a sagitta, vocabulum ducit. Nam inquit, *a celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi sagittam*.

(a) ⲉϥⲟϩⲓ ⲉⲣⲁⲧϥ ⲉϥϣⲟⲩⲛ ϣⲟⲩϣⲓ ⲙ̀ⲙⲟϥ.

(b) ϥ. (c) ⲫ.

(d) ⲗⲁⲅⲱⲟⲥ ϧⲁⲣⲁϭⲱⲟⲩⲧⲥ الارنب.

Pag. 304. v. 9. Vtrum *Bai* caelum, quod mihi legisse videbar, aliquando dixerint Aegyptii, oblata nunc est dubitandi ratio. Nisi ita dictum reperiatur, profecto *Charabai* tonitrus ab arabica origine, quam supra indicaveram, repetendum.

Pag. 320. Teneo, quod scripsi, gossipii arborem *xylon* simpliciter denominatam fuisse, vero consentaneum non videri: itaque *εριοξυλον* vel *εριον απο ξυλου*, lina quaecumque *απο ξυλων* seu *δενδρων εριοφορων* gignerentur, per sese complecti. At vero, quum lina ex gossipio caeteris, praesertim *candore mollitieque* praestarent, ut ait Plinius, eademque in usu, maxime Aegyptiorum, frequentiore essent, hinc saepe factum, ut vocabulo generis ad speciem translato, xylina lina pro gossipinis sumerentur: quod nomen falso idem Plinius, ut mihi videtur, ab eo, quod ex frutice, quem *Xylon* vocarent, facta essent, iis datum fuisse coniecit. Nam gossipion, inquit, *plures xylon vocant, et ideo lina inde facta xylina*. Quae supra a nobis accuratius explicata sunt.

Pag. 320. v. 10. Eadem vox *Ge* legitur etiam in lexico copto-arabico Vat. num. 73. Sed in Scala M. *Pige*. Hic autem *Uge*.

Pag. 325. 32. In eodem codice copto-arabico Vatic. pro *Sag embiri* scriptum video *Sag ember* (a).

Pag. 328. v. 18. *Sasiton* vel *Sisaton*, genus vestis monachorum, ideo scapularium putavi, quia cum *Klaft*, quod cucullium vel cucullus est, coniunctum vidi in elencho cod. Borg. pag. 351. In eamque sententiam sum etiam indicio vocis inductus.

Pag. 334. v. 2. Dixi, unde *Srompi* columba nomen habeat, me nescire. Nunc iniecta suspicio, forsitan *Srompi* aut *Sirompi* appellatam, quasi *Torquatam*. Est enim columbarum genus, quarum collum circulo quodam sive annulo diversi coloris, quasi torque, insignitur. Unde *torquata columba* apud Propertium, *torquati palumbi* apud Martialem. Postea nomen a Coptis latius usurpatum. Porro annulum *Rompi* seu *Rampi* ab Aegyptiis vocari, didici e duobus codicibus Parisiensibus, quos mihi notos fecit Akerbladus, in quibus *Nrampi* حلق legere est. Inde *Rompi* annum fuisse cognominatum, recte idem Akerbladus existimat.

(a) ϭⲁϫ ⲙⲃⲉⲣ.

ERRATA					CORRIGE
Pag. 1.	vers.	11.	nomen	lege	casus
24.	v.	17.	XVIII.		XIIII.
27.	v.	1.		lege	العربا
28.	v.	24.	Orienlales		Orientales
30.	v.	9.	διηρθρωμινα		διηρθρωμενα
30.	v.	36.	φοινιαις		φαινονες
31.	v.	10.	ubi κοιτη.. quae ita		ubi haec κοιτη.. ita
68.	v.	2.	efluere		effluere
69.	v.	7.	μυμφεσθαι		μωμασθαι
69.	v.	36.	θαπθειν		θαπτειν
71.	v.	31.	169.		196.
74.	v.	3.	etiam		pariter
91.	v.	34.	docent		docet
95.	v.	5.	confrigant		confringant
95.	v.	9.	Habac. III.		Nahum. I.
107.	v.	3.	الهون		الهارن
108.	v.	33.	Iohan,		Iohan.
110.	v.	6.	القلوم		القلزم
110.	v.	22.	μεταστοιχειωσεις		μεταθεσεις
110.	v.	29.	κουφων		κυφων
111.	v.	3.	מעת		מערת
111.	v.	27.	ita tamen ut,		ita tamen, ut
117.	118.		τυχουσης κελιως σημ αινει		τυχουσης πολιως σημαινει
118.	v.	4.	το		τυ
120.	v.	29.	חכר		חבר
120.	v.	29.	פה		פח
127.	v.	8.	aqua		aquam
133.	v.	36.	نعج		نعج
141.	v.	12.	אנם		אגם
152.	v.	23.	a Crozio		non bene a Crozio
157.	v.	13.	357.		337.
158.	v.	14.	πεμψεμτε		πεμψεμπτε
159.	v.	27.	των Astronomicon		Astronomici.
169.	v.	13.18.	Arctophilacem, Arctophilax		Arctophylacem, Arctophylax
174.	v.	36.	زخل		زحل
175.	v.	26.	ascentior		assentior
176.	v.	21.	habetissima		hebetissima
178.	v.	16.	φαμμακωδη		φαρμακωδη
182.	v.	17.	جفاح		تفاح
192.	v.	15.	الشيخ		الشيخ
199.	v.	4.	עקרר		עקרב
199.	v.	19.	παραθαλλασσια		παραθαλασσια
214.	v.	12.	ερυθρυδανον		ερυθροδανον
215.	v.	4.	οφασμα		υφασμα
243.	v.	34.	ضبب		ضبى
246.	v.	22.	555.		455.
246.	v.	21.	فقهم		فهم
246.	v.	23.	heic *migina eorum*		dele

247.	v.	14.	ονομαιτοποιημα	ονοματοποιημα
249.	v.	39.	αρχαιευτατου	αρχαιοτατου
258.	v.	30.	Macobii	Macrobii
260.	v.	24.	μονωπ'	μετωπ'
262.	v.	31.	γεομετρειν	γεωμετρειν
268.	v.	11.	כתונא	כתונא
268.	v.	12.	Caph.	Caph
268.	v.	35.	ψορδων	χορδων
284.	v.	12.	χθυς	ιχθυς
291.	v.	10.	dentium, frendorem	dentium frendorem
298.	v.	1.	loquar	loquor
314.	v.	12.	paaestigium	praestigium.
14.	v.	21.	ⲟⲩⲱ	ⲁⲟⲩⲱ
130.	v.	29.	ⲃⲉⲣⲉϭⲙⲓⲟⲩⲧⲥ	ϩⲣⲱ
158.	v.	7.	ⲧⲉⲧⲛⲁⲣⲡⲉⲗϭⲉ	ⲧⲉⲧⲛⲛⲁⲣⲡⲉⲗϭⲉ
170.	v.	13.	ϣϥϣⲏϩ	ϣⲫⲱⲛϩ
214.	v.	8.	ⲙⲛⲧⲥⲙⲛⲧ	ⲙⲛⲧⲥⲧⲙⲛⲧ
216.	v.	31.	ⲧ	ϯ
233.	v.	10.	ⲫⲁⲧ	ⲫⲁϣ
250.	v.	9.	ⲛⲟⲩⲛ	ⲛⲟⲩⲛ
265.	v.	32.	ϣⲉⲛⲥ *byssus* ad ϣϣ	dele

Si quando legeris Anub, Panesneb, Benofer &c. ea more latino declinato, ut in patrio casu Anubi, Panesnebi, Benoferi.